







THEOCRITUS,

BION ET MOSCHUS.

GRÆCE ET LATINE.


ACCEDUNT

VIRORUM DOCTORUM ANIMADVERSIONES,

SCHOLIA, INDICES;

ET M. ÆMILII PORTI LEXICON DORICUM.

VOL. I.



LONDINI:

EXCUDEBAT A. J. VALPY, A.M.

SUMPTIBUS RICARDI PRIESTLEY.

MDCCCXXVI.

THEOCRITI RELIQUIÆ.

TEXTUM RECOGNOVIT ET CUM ANIMADVERSIONIBUS

T. C. HARLESII, J. C. D. SCHREBERI,

ALIORUM EXCERPTIS SUISQUE

EDIDIT

THEOPHILUS KIESSLING,

PHIL. D. AA. LL. M. SCHOLÆ EPISCOPALIS, QUÆ CIZÆ EST, CONRECTOR,
SOCIET. LAT. JENENS. SODAL. HONOR.

ACCEDUNT

EPISTOLA JAC. MORELLII AD HARLESIUM,

ET ARGUMENTA GRÆCA.

PRÆFATIO.

Quum verendum sit, ne reperiantur multi, qui, Schaeferum, virum præstantissimum, memoria tenentes Harlesianæ Theocriti editioni typis iterum excudendæ professione publica operam addixisse suam, non sine indignatione aliqua mirentur, quod hæc editio meis qualibuscunque curis adornata, castigata atque aucta in publicum prodeat: attinet, et mutati consilii et totius hujus instituti paucis rationem reddere, quo lectores, si possint, editori insperato mitigentur. Schaeferus enim, qui literarum antiquarum studia omni modo adjuvat, quum plurimis usque et gravissimis negotiis sic distineretur, hujus editionis iterationem ut pro rationibus librariæ, cujus sumtibus liber prodit, justo longius a se extrahendam esse videret: factum est, ut ante triennium fere præter opinionem literis humanissimis ab eo invitarer, ut, quam ipse administrare jam non posset, provinciam pro se ego susciperem. Reluctabar primo conditione audita; nam ita me noram, ut probe intelligerem, librum a Schaefero et promissum et exspectatum non sine meo periculo per me emitti atque vulgari. Verum ubi pristinus amor Theocriti, quem jam olim in Beckii et Hermanni scholis studiose tractassem, neque ullo posthac tempore prorsus de manibus deposuissem, resuscitatus est, auctoritate confirmatus Schaeferi, auxilia omnia, quæ ad rem gerendam necessaria et utilia viderentur, prolixa voluntate offerentis, causam suscepi, susceptamque ita transigere allaboravi, ut ne Schaeferum pœniteret, quod suum me vicarium esse voluisset. Quod ut plane me assecutum esse non spero, neque dubito, quin in pluribus operis partibus longe infra viri eximii, qui quicquid scribit, docte, subtiliter et eleganter scribere solet, exspectationem sub-

stiterim, multaque erraverim, quæ forsitan cavissem, si largius otium datum fuisset, nec tantum horulas aliquot relictas ex muneris scholastici negotiis, quæ probe exercitum et occupatum me tenerent, ad omnem materiem colligendam, disponendam et expoliendam impendere licuisset, ita lætabor certe, si cognovero, Schaeferum judicare, operam meam in hac nova Theocriti editione curanda non male versatam esse, si quidem ex illo velut præjudicio spem capere licebit, fore, ut alii quoque viri docti non nimis longe ab illa sententia recedant, atque adeo hanc repetitam editionem magis etiam quam primam usui, cui Harlesius eam destinarat, respondere existiment.

At erunt, opinor, qui censeant, Harlesianam poetæ bucolici editionem omnino non iterandam fuisse; eam enim jam illo tempore, quum primum prodiit (1780), multas multorum nec inmeritas reprehensiones expertam esse; quumque ab illo inde tempore Græcarum literarum studia communi virorum præstantissimorum cura et labore insignia incrementa ceperint, hanc editionem istorum bonorum prorsus expertem hac ætate, si recoquatur, multo magis explodendam esse. Enimvero quum in libris edendis nonnihil etiam librariorum honestorum rationibus concedendum sit, tum ad primæ editionis tenuitatem et maciem, quantum fieri posset, tollendam et removendam novo editori ea libertas data fuit, ut in negotio gerendo suo solius arbitrio et judicio, nemine interpellante, uteretur. Qua quidem libertate omni ita ego sum usus, ut quæ ab Harlesio scripta essent, partim corrigerem, partim rescinderem, partim alio ordine disponerem, multo etiam plura adderem nova, ex libellis maxime, in quibus loca Theocritea tractantur, excerpta, id inprimis quovis loco spectans, ut juniores poetæ lectores largam materiam collectam haberent, qua instructi ad poetam legendum, interpretandum et illustrandum possent accedere. Sin etiam iis, qui jam sunt idonea literarum Græcarum cognitione instructi, hac opera nonnihil adjumenti attulisse videbor, ea ut se aliquantum certe tædio, quod in varii generis libellis non sine magno temporis dispendio perquirendis et evolvendis devorandum est, liberatos sentiant, hoc in lucro deputabo.

Textum, quem vocant, hæc repetita editio habet eum, quem ad certas verasque artis criticæ leges castigatum dedit Valckenarius, ita tamen, ut non neglecta fuerint, quæ alii post Valckena-

rium viri critico acumine literarumque Græcarum accurata scientia insignes, Ahlwardtus, Beckius, Brunckius, Eichstadtius, Gaisfordius, Graefius, Heinrichius, Hermannus, Jacobsius, Schaeferus, alii, sive codicum ducti auctoritate, sive argumentis ex sola linguæ Græcæ indole repetitis in poetæ scriptura mutanda et novanda existimarunt. Aliis contra mutationibus ex sola conjectura natis rarissime locum esse datum, et vel cum aliqua probabilitatis specie dari potuisse, vix est quod moneam. In paucis enim scriptoribus iis quidem locis, qui, si sententiæ, quæ lectioni vulgatæ subjecta est, aut veritatem, aut convenientiam saltim cum reliquis spectes, in mendosis sunt habendi, judicium de genuina auctoris manu restituenda adeo est incertum atque lubricum, quam in Theocrito. Quæ fluctuatio inprimis etiam inde nascitur, quod pauciora hujus poetæ carmina supersunt, quam ex quibus plenam quasi numerisque suis absolutam ingenii ejus fœcundissimi maximeque varii imaginem haurire possis. Permultis igitur locis male affectis accidit, ut interpres, destitutus imagine illa velut certa duce, ad summum assequatur, quid non sit Theocriteum, quid autem sit Theocriteum, vel quid ipsum vatis phantasiæ liberrimo impetu vaganti quovis loco obversatum fuerit et reponendum sit, prorsus incertum relinquatur. Hoc non falso a me pronuntiari, testes sunt innumeræ fere conjecturæ a criticis et editoribus poetæ extusæ et commendatæ, quarum aliæ poetæ bucolico obtrudunt dicendi et cogitandi rationem Tragicorum poetarum, aliæ Epicorum, aliæ aliorum auctorum, prout alios alius maxime cognitos haberet, ceterisve præferret. Summa igitur cautione et circumspectione in Theocrito opus est, ut, ubicunque genuina scriptura restitui non possit, spuria certe arceatur et propulsetur. Illi tamen conatus vario capti eventu, quorum numerum haud sane exiguum in hanc editionem congessimus, Græcarum literarum doctoribus, qui opera nostra uti volent, magnam opportunitatem præbebunt, discipulorum ingenia plurimis modis ad magnam horum utilitatem exercendi et agitandi, ita quidem, si discipulos sua ipsos meditatione invenire jubeant, qua de causa singulæ conjecturæ sint rejiciendæ, et qui sint illi loci, qui adhuc a melioribus codicibus medicinam exspectent. Hujusmodi enim loci bene multi restant; unde etiam factum est, ut in Latina huic editioni adjecta interpretatione subinde Græcis, quæ in textu sunt posita

Latina minus respondeant. Discrepantem tamen cum Græcis interpretationem iis solis locis nobis indulsimus, ubi, quum vulgata lectio aperte esset falsa, alia conjectando inventa aptior quidem, quam illa, nec tamen ultra omnem dubitationem evecta suppeteret.

Non minorem opinionum discrepantiam, quam est illa, de qua adhuc diximus, procreavit Theocriti dialectus. Dissensum adjuvant et vero augent codices adhuc collati, qui et ipsi in hoc genere mire inter se discordant. Neque magis, quam codicum auctoritas, argumenti, quod in singulis idylliis tractatur, diversitas certam hic rationem, quam tuto sequaris, monstrat, si quis forte in iis carminibus, quæ mere sunt bucolica, formas duriores unice præferendas esse censeat. Certam igitur legem, quam in formis Doricis vel recipiendis vel repudiandis, vel, sicubi plures a codicibus offerrentur, in delectu habendo, sequeremur, nos non habuisse, ipsi profitemur. Maluimus tamen in hac parte sobriam et doctam Valckenarii modestiam, quam solutam et sæpe temerariam Brunckii licentiam imitari; quanquam non ita nos nomini Valckenariano emancipavimus, ut si quando in forma Dorica a magno Batavo nondum recepta tuenda plures codices conspirarent, eam non amplecteremur, aut si in eodem carmine idem verbum et Dorica forma signatum et non Dorica legeretur, illam huic non anteponeremus. Atque hoc loco silentio prætermittendum non videtur, quod permultis horum carminum locis intelleximus, verborum barytonorum infinitivum in ην exeuntem tanto a tot codicibus consensu offerri, ut, si casu id acciderit, mirum prorsus habendum sit. Passim etiam verborum forma ex præpositione ποτί pro πρός composita a me adscita est, a codicibus nempe oblata, eademque nescio an sæpius etiam, quam a me factum est, in iis carminibus, in quibus asperior dialectus regnat, admittenda sit. Verum hæc tota Græcæ grammaticæ pars, quæ in dialectis explicandis versatur, exspectat adhuc principum Grammaticorum nostrorum doctam, operosam et circumspectam diligentiam, multaque, quam nunc, certiora tenebimus, quando poetarum bucolicorum editio, cujus ab Hermanno spes facta est, lucem adspexerit.

Quemadmodum Harlesii editio a critica supellectili ceteroquin leviter instructa hoc certe præcipuum habebat, quod prima varias lectiones e codice Augustano enotatas exhiberet: ita hanc itera-

tam editionem simili dote auctam emittere licuit. Præter uberrimum apparatum enim a Gaisfordii editione suppeditatum in promtu habuimus varietatem lectionis ex codice Florentino, qui jam est in cimeliis L. B. a Schellersheim (unde Schellershemianus appellatur a nobis post viros clarissimos, Creuzerum in Meletematis et Matthiaeum in editione Arati) a juvene docto, Guil. Rinckio, Badensi, tum seminarii philologici, quod Heidelbergæ floret, socio, excerptam, quam Creuzerus Schaefero utendam miserat, qui mihi ejus usum liberaliter concessit. Est ille codex (utor verbis, quibus in schedulis a Creuzero missis codex describitur) exaratus sæculo XIV. bombycinus, et sic satis integer, hinc inde tamen madore corruptus, literisque evanidis impeditior. Continet Hesiodum cum scholiis et interlinearibus et aliis, maximam partem editis, rubro ut plurimum colore scriptis; Dionysii Periegesin cum scholiis; fragmenta LXX. interpretum; grammaticas diatribas; etiam Theocriti Idyllia quatuordecim cum argumentis Græcis præter Idyllia i. ii. iii., item scholia maximam partem edita. Qui hunc codicem descripsit, ut accentibus recte ponendis magnam diligentiam adhibuit, ita literam paragogicam ν in versuum fine ibi quoque, ubi versus proximus a consona incipit, nunquam fere neglexit. Quas præterea continet liber lectiones bonas, eas suo quamque loco commemoravimus; quarum tantus est numerus, ut non dubitemus præferre hunc codicem tribus codicibus Venetis, quorum Morellius V. C. in Epistola ad Harlesium data, quæ huic editioni adjecta est, notitiam nobis tradidit.

In notis condendis hanc in universum rationem tenui, ut Harlesianas retinerem quidem omnes, nec tamen non mutatas, sed ita, ut plurima in iis, sive falsa essent, sive nimis trita, sive non satis definite dicta, sive alio quocunque nomine improbanda, aut plane rescinderem, aut verbis aptioribus exprimerem. Ita factum est, ut multæ notæ, licet Harlesii nomine insignitæ, pristinis dissimiles prorsus jam appareant. Earum multis poteram pro Harlesii nomine apponere meum; quod facere nolui, quum, quæ in iis traderentur, si dicam, quod res est, neque me neque Harlesium haberent auctorem. Norunt enim, qui istam editionem usu cognitam habent, notas textui subjectas perpauca continere, quæ Harlesius ex suis copiis ad singulorum locorum vel crisin vel explicationem et illustrationem contulerit, sed maximam eas

partem ex notis priorum editorum, et passim quidem cum summa festinatione excerptas esse. Quæ festinatio quum non semel obscuritatem dictorum non exiguam invexisset, non equidem potui, quin ex iisdem commentariis, ex quibus ille hausisset, Reiskii, Toupii, Valckenarii, aliorum, harum observationum continuitati plurima insererem, ut certe intelligi possent. Stilo quoque Harlesii limam ubivis, tacitus quidem, adhibui, non metuens, ne hanc, qua usus sum, licentiam manes Harlesii, hominis, dum in vivis esset, mitissimi, ægre sint laturi. Quæ autem præterea nova eaque non pauca primus ego veteribus addidi, nominis mei signo distincta, in iis hoc potissimum spectavi, ut qui nostra opera uti vellent, summam fere eorum, quæ post Harlesii ætatem in Theocritum viri docti commentati essent, in unum volumen compactam haberent. Sedulo igitur excussi libros et libellos ad hanc literarum Græcarum partem pertinentes, indeque omnia quæ rationibus nostris commoda et apta esse viderentur, diligenter et religiose excerpsi et enotavi. Spicilegium tamen et vel messem haud sterilem quin reliquerim, nullus dubito; nam per ingentem fere librorum philologicorum numerum observationes in Theocritum dispersæ sunt, quorum omnium copia non nisi iis qui in otio et instructissimis bibliothecis habitant, patet; at dedi, quantum per sedulam indefessamque diligentiam colligi licuit. Quod si non nimis leve esse viri docti judicaverint, maximopere lætabor, meamque operam non frustra collocatam esse existimabo. Magno inprimis studio denuo evolvi Joannis Henrici Vossii, eximii Theocriti quoque interpretis, commentarios, quibus Virgilii carmina bucolica illustravit; ne tamen libri nostri moles nimium excresceret, plerumque satis habui, illorum commentariorum loca, in quibus Theocriti causa agitur, indicasse. Ex ingenti porro farragine lectionum variarum eas præcipue selegi, quæ partim judicium suspensum aliquantum tenere possunt, an in vulgatæ scripturæ locum substituendæ sint ipsæ;* partim specie fallaci lectores minus exercitatos facile inducunt, in iis ut aliquid, quod probari possit, deprehendere sibi

* Ex quo numero maxime hæ visæ sunt memorabiles: Idyll. i. 62. *κοὔ τοί τι φθονέω*, et, *κοὔ τί τυ κερτομέω*. vii. 94. *ᾧ τυ γεραίρεν ἀρξεῦμαι*, et, *ὅττι γ' ἀείδεν ἀρξεῦμαι*. xiii. 48. *ἀμφεκάλυψε*, et, *ἀμφεδόνησε*. xvii. 94. *ἀσφαραγεῦντι*, et, *ἀμφαγέρονται*. xxv. 9. *αἳ μέν ῥα νέμονται*, et, *αἱ μέν ῥα νάοντος*. xxv. 279. *ὄφρα μοι εἴη*, et, *ἰωχμοῖο*, xxvi. 34. *κάτθετο*, et, *θήκατο*.

videantur; partim denique, ut sunt aperte falsæ ac vitiosæ, salubri tamen exemplo demonstrant, in quæ monstra sanæ ac genuinæ lectiones ab oscitantibus librariis distorqueri et depravari soleant, ita tamen, ut in nulla depravatione vestigia et indicia lectionis veræ prorsus sint abolita et abstersa.

Ad manus fuit etiam exemplar editionis Harlesianæ, cujus marginibus Harlesius ipse multa, iterandæ editioni, ut videtur, profutura allevit. Harum observationum partem, quæ probabilia nec nimis levia contineret, Harlesii nomine distinctam reliquis viri docti notis inserui, multo plura nullo, opinor, lectorum cum damno suppressi.

Argumenta Latina, singulis carminibus præmissa, repetenda curavimus ex editione Gothana, anno 1808, vulgata, iisque passim nonnulla, quæ non recte abesse posse viderentur, addidimus et inseruimus.

Scholia adjecta descripsimus ex Wartoni editione, cujus usum Beckii liberalitas nobis concessit. Sunt quidem hæc scholia, ut satis constat, non magni, nec tamen nullius momenti ad partes aliquot antiquitatis Græcæ cognoscendas; quumque Wartoni editio, quæ scholia aliquanto auctiora, quam aliæ editiones, exhibet, non multorum admodum manibus versetur, hujus accessionis veniam facillime nobis datum iri speramus.

At enim, inquient, qui hæc legent, ex iis quæ adhuc de opera repetitæ huic editioni præstita disseruisti, tu nihil nisi aliena partim descripsisti partim breviata repetiisti, sicque rem non admodum laudabilem gessisti, ita ut crimen scriniorum alienorum compilatorum vix effugere posse videaris. Audio; at fuit hæc editio jam initio sic ab Harlesio instituta, ut, nisi ab aliis reperta et excogitata denuo repeterentur, plane non posset repeti; et quotaquæque veteris alicujus auctoris editio, quæ quidem commentario instructa est, nova tantum neque antea dicta profert? Denique hoc bona fide affirmo, non leviter me ac præcipitanter omnia, quæcunque occurrerent, dummodo corpus inflarent, corrasisse et consarcinasse, immo singula, quibus in hoc commentario locus deberi videbatur, diligenter examinata demum adscivi, sæpissime etiam judicium meum et velut ἐπίκρισιν subjunxi; plurima denique tum ad interpretationem tum ad rem criticam pertinentia de meo nova dedi, ne ipse ἀσύμβολος ab hoc opere discederem; in quibus si viri docti judicabunt inesse, quæ pro-

banda sint utiliterque monita, tum id quod maximopere expetendum esset, consequutum me esse existimabo.

Quod autem versionem Latinam eamque novam textui comitem dedi, hoc forsitan multo etiam minus, quam quæ alia videantur reprehendenda, ferendum esse censebitur. Potuisse eam absque incommodo omitti, quis est qui neget? Veruntamen quum versionem Latinam jam prima editio exhiberet, poterat editori novo certe indulgeri, ut editionem novam primæ neque hac parte dissimilem esse vellet; quumque illa versio, quæ erat Crispini, permultis locis barbara esset et inelegans, sæpissime etiam a lectionibus nunc receptis longe discedens, atque ita his certe locis limæ usum efflagitaret: malui eam plane abjicere et novam conficere; qua re hoc simul commodi sum consecutus, ut, quoniam hæc editio, quanquam uberrimis commentariis instructa et vel onerata, commentario perpetuo, quem vocant, careret tamen, interpretatio Latina liquido demonstraret, quam ego sententiam singulis locis subjectam esse arbitrarer. Neque vero unquam iis ego assensum præbere potui, qui usque clamitant, pestem esse scholarum veterum auctorum versiones, quippe quibus discipulorum studia misere retardentur et infringantur. Immo erectioris juvenes ingenii etiam si hujusmodi auxiliis utuntur, ad justam veterum linguarum cognitionem pervenient; si qui autem invita Minerva literarum studia tractant, etiam sine versionibus parum proficient. Mala illa, quæ etiamnum a multis magistris, gravissimis verbis seculi segnitiem et torporem accusantibus, a versionibus velut fonte suo derivantur, longe alias habent causas. Qui ipsi literas antiquas probe callent, modo via et ratione agant, etiam discipulos non nimis magno negotio ad earumdem amorem diligentemque tractationem perducent. Omnia hic posita sunt in bona indole studiique alacritate et patientia.

Hæc habui, quæ de repetita hac editione meisque in ea repetenda partibus lectores benevolos atque idoneos æquosque harum rerum arbitros monerem. Qui si operam meam juvenibus Theocritum primum aggressuris utilem esse judicabunt, tum eo quo unice tetendi, pervenero.

Scripsi Cizæ extremo Decembri CIↃIↃCCCXVIII.

JACOBI MORELLII

AD THEOPHIL. CHRISTOPH. HARLESIUM

EPISTOLA

DE CODICIBUS MANUSCRIPTIS THEOCRITI IN BIBLIOTH. REG. VENET. ASSERVATIS, DE THEOCRITI LOCO AB HIERON. ALEANDRO JUN. IN DISSERTATIONE INEDITA ILLUSTRATO, DEQUE SCRIPTIS NONNULLIS ALEANDRI NONDUM EDITIS.

V. C. THEOPHILO CHRISTOPHORO HARLESIO
JACOBUS MORELLIUS S. P. D.

Quod novam Theocriti editionem facturus, si quid ad eandem opportunum habeam, tecum ut communicem petis, jure tuo facis, Harlesi mi; quippe ad Græcos Latinosque scriptores recensendos ac illustrandos ejusmodi adjumenta ipse publice præbuisti, ut, qui eorum studio tenentur, nihil non se tibi debere omnino intelligant: a me autem ut id fidentiore animo postules, ego alacriore efficiam, par equidem est; cum, pro veteri justaque amicitia nostra, hujusmodi officiis implendis jam adsueverimus. At enim, post operam eximiam a tot eruditione atque critice summis viris in emendando ac expoliendo poeta adhibitam, neque multa sunt a me expetenda; neque omnia, quæ fortasse possem, ut expendam et afferam, curæ aliæ litterariæ permittunt. Hæc igitur æqui bonique facias, quæ sine magno temporis impendio comparare licuit.

Ac de codicibus quidem manuscriptis bibliothecæ Regiæ, cui præsum, ut primum dicam; tres tantummodo, qui Theocriti Idyllia habeant, in ea extant, sæculo XV. non vetustiores, neque dialecto Dorica accurate servata descripti. Horum primus, No. ccccLXXX in Indice impresso notatus, Bessarionis Cardinalis jussu, a Joanne Rhoso Cretense Presbytero, cujus est mihi perspecta manus, exscriptus, cum Oppiani, Dionysii Periegetæ, Nicandri, Arati, Hesiodi, Apollonii Rhodii, Orphei et Callimachi poëmatibus, Theocriti Idyllia octodecim priora continet, Argumentis jam editis et Scholiis instructa: textus, olim vulgo receptus, lectiones probabiles vix ullas offert, quas præsertim editio Aldina non præbeat, vel ex codice Lipsiensi Reiskius non protulerit: Scholia, quæ in octo tantum priora Idyllia adsunt, vulgata fere omnia sunt; ac si ineditum aliquod occurrit, lucem idem haudquaquam meretur. Secundus, in Indice impresso No. ccccLXVI notatus, olim Bessarionis, cum Pindari Olympiis, Hesiodi Operibus et Diebus, et Oppiano de Piscatione, Theocriti Idyllia novem priora habet: textus lectionem in antiquis editionibus exhibitam ut plurimum fert, a quibus persæpe cum codice Augustano, ac identidem cum Lipsiensi quoque discedit: prolegomena adsunt, nimirum Vita Theocriti, Argumenta singula ex editis composita, aliaque, cum variis lectionibus nonnullis; glossæ interlineares insunt, nullius prope-

modum usus: scholia accedunt, quorum ineditum nullum est. Tertius, ex bibliotheca Cœnobii SS. Joannis et Pauli in Marcianam translatus, cum Julio Polluce, Æschyli tragœdiis tribus, Dionysii Periegesi, Hesiodi Operibus et Diebus, Theocriti Idyllia octo priora continet: horum textus codici Lipsiensi hæret, in quo Idyllia eadem octo tantummodo sunt. Non sane multa magnive momenti subsidia ad novam editionem ex his Venetis codicibus comparare licet, quum varias lectiones plerumque objiciant, quæ ex antiquis editionibus cognitæ, bene in recentioribus rejectæ fuerint, neque ut ad lucem denuo eæ revocentur quicquam intersit. Suppetunt nonnullæ tamen, quæ ad bonitatem textus firmandam, vel etiam cognoscendam, librumque totum expoliendum quodammodo faciunt; hæ nimirum, codicibus ccccxxx. ccclxvi. ac tertio litteris A.B.C. denotatis, ad editionem an. 1780 Lipsiæ a te factam accommodatæ.

In prolegomeno de inventione Bucolicorum est *πρῶτον ἀχθῆναι .... Σικελίας διῆλθεν ... τὴν θεὰν ἰδίοις ποιήμασι καθυμνήσαντες ... Ἐν τοῖς Συῤῥακουσίοις* (sic semper) *στάσεως ποτὲ γενομένης ... εἰσελθόντος .... οἱ δὲ ἀγροῖκοι δῶρα ἐκόμισαν, καὶ τὴν θεὰν γεγηθότες ἀνύμνησαν· ἔπειτα ταῖς ἀγροίκαις ᾠδαῖς τόπον ἔδωκαν καὶ συνήθειαν.* Proleg. de differentia Bucolicorum *τὰ δὲ βουκολικὰ .... εἰλήφασιν, κρατιστεύοντος τοῦ ζώου.* Omnia Cod. B.

Idyll. i. 81. *Πρίηπος.* A. B. C.—110. *πάντα.* A. B.—126. *ἀγατὸν.* A. B.—Idyll. ii. 5. *τεθνάκαμες.* A. B. C.—24. *λακεῖ.* A. B. C. —65. *ἄρξομ᾽ ἐγὼ.* B. C.—101. *ὑφαγέο.* A. B.—126. *Εὗδον δ᾽.* A. B. C.—Idyll. iii. 13. *Ἁ βομβεῦσα.* A. B.—27. *μ᾽ ἀποθάνω.* A. B. —29. *ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα.* A. B. C.—46. *οὔρεσι.* A. C.— Idyll. iv. 28. *ἐπάξα.* A. *ἐπάξω.* B.—Idyll. v. 3. *ἀμνάδες.* C.—20. *αἴτε πιστεύσοιμι.* C.—45. *τουτεὶ.* C.—108. *ὑπερπηδῆτε.* B.—Idyll. vi. 12. *ἐπ᾽ αἰγιαλοῖσι.* A. B.—20. *καλὸν ἀείδεν.* A. *καὶ τάδ᾽ ἀείδεν.* B.—22. *ποθ᾽ ὁρῶμαι.* C.—25. *ποθορῶμαι.* C.—Idyll. vii. 22. *αἱμασιεῦσι.* B.—63. *ἀνήτηνον.* B. C. *ἀνήτινον.* A.—64. *παρὰ κρατὶ.* A. B. C.—94. *ὅττι γ᾽ ἀείδειν.* A. B.—106. *μήτι τὺ.* B. C.— 129. *ἦμεν.* B. C.—Idyll. viii. 3. *ἥστην.* A.—14. *ἰσομάτορα.* A. B. C. —18. *ἐπόασα.* A. *ἐπόησα.* B. C.—27. *φαλαρὸς.* B.—57. *ὕδασι δ᾽ αὐχμὸς.* A. B.—58. *ἀγρομένοις.* A.—91. *οὕτω καὶ νύμφα γαμηθεῖσα.* A. B. C.—Idyll. ix. 2. *εφεψασθω.* A.—7. *ὁ μόσχος.* A. B.—12. *θέρους.* B.—18. *πρὸς ποσὶ.* A. B.—26. *σιτήθην.* A. B.—Idyll. x. *οὔδαμα* 8. 9. 10. A, ut in sequentibus, unus.—20. *Ἀλλά γε καὶ.*— 25. *ὧν γὰρ χ᾽ ἀψεῖσθε.*—Idyll. xi. 53. *γλυκίον πέλει οὐδὲν.*—60. *Γαλάτεια, νῦν τό γε νεῖν γε.*—Idyll. xiii. 24. *μέγα λαῖτμα.*—61. *ἐπακούσας.*—75. *πεζὸς.*—Idyll. xiv. 66. *ἐπ᾽ ἀμφοτέροις.* A.—Idyll. xv. 10. *ποτ᾽ ἔριν.* A.—32. *ὁποῖα .... ταύτῃ γε.* A.—88. *πλατειάσδοισαι.* A.

In Idylliis xvi. xvii. xviii. tanta est ubique editionis Aldinæ cum codice consensio, ut ex isto ducta illa omnino videatur. Hinc Idyll. xviii. 10. pro *λίαν*, uti vulgo editum, *φίλος* est, quemadmo-

dum una editio ea fert, codicibus Ottoboniano et Gothano suffragantibus: "quam varietatem inter calami aberrationes abjecere summi viri; satis mire, quum φίλος pro unice vera scriptura sit habenda, inque futura poëtæ recensione jure postliminii sine hæsitatione restituenda," scribit Carolus Fridericus Heinrichius in Observ. in Auctores Veteres Partic. I. Hannoveræ 1794. 8. p. 66. Item Idyllio eodem 29. est κόσμος, ut in editione Aldina aliisque priscis nonnullis; ac versus quoque 36. Ἄρτεμιν ἀείδοισα κ. τ. λ., quo editio Aldina sola, cum duobus codicibus allatis et uno etiam Parisino, caret, in hoc itidem deest.

Nihil novum ut in his offendas, Harlesi præstantissime, facile est; neque pro eximia in rebus ejusmodi eruditione te certe fugiunt, quæ post Theocritum an. 1780. a te denuo editum, ad ejus recensionem aut illustrationem a criticis et philologis prodiere. Non æque compertum tibi esse potest, Hieronymum Aleandrum juniorem de loco quodam Idyllii xvii. 25. in ea fuisse sententia, quæ non equidem nova sit, minus tamen recepta; cui in scripto inedito is auctoritatem quandam conciliat, Bourdelotio quoque approbante (Animadv. in Heliodori Æthiop. lib. iii. p. 71. ed. 1619.). Quam multa antiquitatis peritia, philologiæ humaniorumque litterarum laude Aleander floruerit, tum scriptorum illustrium testimoniis et commentariis, præsertim Leonis Allatii, Jani Nicii Erythræi, Niceronii, Mazzuchellii, Lirutii, luculenter traditum est; tum vero ex libris ipsius editis plane constat. De scriptis ejus omnibus conjunctim edendis consilium olim inierat Justus Fontaninius V.C., de popularium suorum gloria nunquam non valde sollicitus, atque adeo inedita multa ipsemet exscripserat; neque tamen, curis aliis bono litterarum identidem distentus, perfecit. (Fontanin. Epist. Venetor. ad Magliabechium, Tom. i. p. 224. Aminta difeso, p. 162.) Ex ejus apographis ad rem comparatis liber mihi est, qui cum scriptis aliis ineditis Dissertationes quatuordecim historicas philologicas criticas Variarum Lectionum, uti dicere mos fuit, ex autographis Romæ in Bibliotheca Barberinorum servatis a Fontaninio descriptas continet; quæ licet nondum vulgatæ, in usum tamen litterarum adhibitæ nonnunquam sunt. Harum una, quæ ad Theocritum quoque pertinet, hujusmodi est:

De Incessu Deorum. Homeri sententia adversus Heliodorum expensa. Dii νέποδες. *Theocriti locus illustratus, item et Horapollinis sublato mendo.*

"Rudia esse omnium initia artium, non est cur quisquam patefacere laboret: id res ipsa identidem docet. Primi pictores, testante Æliano in Varia Historia, adeo imperiti fuisse dicuntur, ut cum leporem canemque pinxissent, aliave hujusmodi, necesse habuerint inscriptione monere, illum esse leporem, hunc canem. Ipsi vero statuarum fusores simulacra efformabant pedibus, cru-

ribus velut una compactis; unde morem manasse existimo Hermulas fingendi quasi unico pede stantes, translata veterum fictorum imperitia ad quoddam religionis præscriptum: forsitan vero gemini in aqua pedes hominis, quos pingebant Ægyptii ad fullonem indicandum, quod ex Mercurii similitudine ab iis factitatum scribit Horapollo, eodem, quo diximus, schemate compositi erant. Verba Horapollinis libro primo ea sunt: γναφέα δὲ δηλοῦντες, δύο πόδας ἀνθρώπου ἐν ὕδατι ζωγραφοῦσι. τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἑρμοῦ ὁμοιότητος δηλοῦσι. Ab illa artis ruditate videtur Dædalus primus discessisse; itaque cum statuas quodam ambulantium schemate efformasset, proditum vulgo est, abiitque in proverbium, Dædali statuas opus fuisse vinculis alligari, ne fugerent: tametsi et ipsa Dædali opera rudia fuisse, nec aspectu decora, testetur Pausanias Corinthiacis. Dædalei illius artificii testis est antiquus auctor Palæphatus, si libellus, qui nunc extat, ejus vere est, quem Artaxerxis tempore vixisse scribit Suidas; hæc enim habet: λέγουσι περὶ Δαιδάλου, ὡς ἀγάλματα κατεσκεύασε πορευόμενα. τὸν δὲ ἀνδριάντα δι' αὐτοῦ βαδίζειν, ἀδύνατον εἶναι δοκεῖ ἔμοιγε. τὸ δὲ ἀληθὲς τοιοῦτον. οἱ πότε ἀνδριαντοποιοὶ καὶ ἀγαλματοποιοὶ κατεσκεύαζον ἀνδριάντας συμπεφυκότας ἔχοντας τοὺς πόδας. Δαίδαλος δὲ ἐποίει διαβεβηκότας τὸν ἕνα πόδα. οἱ δὲ ἄνθρωποι ἔλεγον, ὁδοιπορεῖν τοῦτο τὸ ἄγαλμα, ὃ εἰργάσατο Δαίδαλος, ἀλλ' οὐχὶ ἑστηκός. 'Narrant de Dædalo, quod ambulantes statuas efformabat: at mihi quidem fieri non posse videtur, ulla ut statua sua sponte incedat. Veritas autem ita habet. Ejus temporis statuarii simulacra effingebant conjunctos habentia pedes, Dædalus vero divaricata altero pede faciebat. Quamobrem aiebant homines, fabrefactas a Dædalo statuas non consistere, sed ambulare.' Ita prorsus hunc auctorem explicat in Chronico Eusebius, quum sic scribit: 'Ea, quæ de Dædalo fabulæ feruntur, qui visus est simulacra fecisse se moventia; primus enim omnium pedes statuarum a se invicem separavit, aliis conjunctim eos fabricantibus, ut Palæphatus memorat.' At Diodorus Siculus non in pedum tantum aut crurum, sed et in manuum atque oculorum efformatione Dædalum præ ceteris statuariis excelluisse tradit; cujus hæc sunt verba libro quarto Bibliothecæ: πρῶτος ὀμματώσας, καὶ διαβεβηκότα τὰ σκέλη ποιήσας, ἔτι δὲ τὰς χεῖρας διατεταμένας ποιῶν εἰκότως ἐθαυμάζετο παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. οἱ γὰρ πρὸ τούτου τεχνῖται κατεσκεύαζον τὰ ἀγάλματα τοῖς μὲν ὄμμασι μεμυκότα, τὰς δὲ χεῖρας ἔχοντα καθειμένας, καὶ ταῖς πλευραῖς κεκολλημένας. 'Primus vero cum oculos exprimeret, cruraque faceret divaricata, et manus exporrectas effingeret, merito admirationi erat hominibus; qui enim præcesserant ipsum artifices, statuas efformabant oculis non admodum patentibus, manibusque demissis atque ad latera affixis.' Qui fictiles vidit Deorum icunculas, quæ in veterum Ægyptiorum cadaveribus passim reperiuntur, aliaque Ægyptia signa, quales fuerint rudes antiquorum statuæ, hic descriptæ a Diodoro, plane intelliget. Credit tamen Scaliger in notis ad Eusebium,

artificio quodam Dædali vere factum, ut statuæ moverentur; id enim tradit Themistius de ligneo quodam Veneris simulacro, cui Dædalus motum indiderat, infuso argento vivo. Verum ut ut in sigillo aliquo minuto præstitum hoc fuerit, de grandioribus Dædali operibus haud facile dici id potest, et adhibenda potius est fides vetustioribus, quos laudavi, scriptoribus, quibus consonant Harpocration, Tzetzes, aliique. Nam quod ait Scaliger, hoc magis competere in Praxitelis et Phidiæ signa longe expolitiora, quam illa Dædalea, hoc verum esset, si ii sculptores eodem, quo Dædalus, tempore vixissent; etenim soliti tantum homines rudia illa simulacra ob oculos habere, ex præstantia, quæ subsequuta est, statuarum Dædali in admirationem ducti, ambulantes quodammodo illas videre visi sunt. Hinc proverbium exortum, quod ad consequentia sæcula transmissum est, etiamsi nobiliores exinde progressus ars statuaria fecit. Picturam, sculpturamque, quemadmodum et alias artes, gloriabantur Ægyptii apud se ortas: iidemque priscam illam ruditatem in Deorum statuis atque imaginibus mordicus retinuerunt, atque, ut veneratio quædam inest antiquitati, ad mysteriorum arcana traducta res est; quasi non ex artis imperitia, sed ex rerum sacrarum disciplina, eo quo diximus modo prisci opifices simulacra Deorum effinxerint. Id quale sit, egregie ostendit Heliodorus, dum in suis Æthiopicis Homeri locum libri Iliados ex sacra Ægyptiorum doctrina explanare conatus est; Calasiridem enim libro tertio inducit de Diis loquentem, qui sese in homines transformant, sed eos facile a sapientibus dignosci ait, ac qua ratione id fieri queat, ita disserit: *ἀλλὰ τοῖς τε ὀφθαλμοῖς ἂν γνωσθεῖεν ἀτενὲς διόλου βλέποντες, καὶ τὸ βλέφαρον οὔποτε ἐπιμύοντες, καὶ τῷ βαδίσματι πλέον, οὐ κατὰ διάστασιν τοῖν ποδοῖν, οὐδὲ μετάθεσιν ἀνυομένῳ, ἀλλὰ κατά τινα ῥύμην ἀέριον, καὶ ὁρμὴν ἀπαραπόδιστον, τεμνόντων μᾶλλον τὸ περιέχον, ἢ διαπορευομένων. διὸ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν Αἰγύπτιοι τὼ πόδε ζευγνύντες, καὶ ὥσπερ ἑνοῦντες ἱστᾶσιν. ἃ δὴ καὶ Ὅμηρος εἰδὼς, ἅτε Αἰγύπτιος, καὶ τὴν ἱερὰν παίδευσιν ἐκδιδαχθεὶς, συμβολικῶς τοῖς ἔπεσιν ἐνεπέθετο, τοῖς δυναμένοις συνιέναι γνωρίζειν καταλιπών.* Quæ sic Polonus interpres Latine reddidit: 'sed ex oculis notari possunt, cum continuo obtutu intueantur, et palpebras nunquam concludant; et magis etiam ex incessu, qui non ex dimotione pedum, neque transpositione existit, sed ex quodam impetu aëreo, et vi expedita findentium magis auras, quam transeuntium. Quamobrem statuas quoque Deorum Ægyptii ponunt, conjungentes illis pedes, et quasi unientes. Quæ etiam Homerus sciens, ut Ægyptius, et doctrina sacra instructus, occulte et involute versibus reddidit, relinquens intelligenda iis qui possent.' Versus deinde Homericos apponit Heliodorus, eosque nonnihil explicat. Ejus tamen mihi opinio nequaquam probatur; puto enim poetam docere tantummodo homines voluisse, Deos, etsi humana effigie vulgo insignirentur, non ex eadem tamen, qua homines, materia fuisse; proinde

augustiorem iis tribuit formam, staturam etiam, quæ humanam excedat, et proprium quendam sanguinem, qui nec vere sanguis dici queat, propriam etiam loquendi rationem, dum pluribus locis asserit, multarum rerum nomina alia apud homines esse, alia apud Deos. Diversum etiam vocis sonum dat illis Virgilius; quod Servius animadvertit ad eum locum libri vi. 'Nec mortale sonans;' ubi ita loquitur: 'Alia enim vox numinis est, ut: Nec vox hominem sonat: item: Vocisque sonus, vel gressus euntis.' Ex quibus colligere est, de incessu idem sensisse Homerum, ac proprium quendam ambulandi modum Diis tribuisse, ex quo cognosci facile possent: quod et Maro imitatus est, cum ait de Venere: 'Et vera incessu patuit Dea.' Nec vero expressisse, quinam esset hic ambulandi modus, quemadmodum nec docuit, quis esset sanguis e Veneris vulnere manans, sat habens dicere, alium esse ab humano sanguine. Statius sane tantum abest ut Deorum incessum absque alterna pedum motione fieri existimaverit, ut potius aut grandiorem gressionem, quemadmodum loquitur alicubi Pacuvius, aut spissiorem iis tribuerit. Nam lib. x. Thebaidos de Virtute Dea e cælo lapsa, et Menœceo sub Mantûs facie apparente, sic canit:

. . . . tamen aspera produnt
Ora Deam, nimiique gradus.

Servius vero cum ad illud Virgilianum de Venere, 'Ipsa Paphum sublimis abit,' sic scribit: 'divino incessu, id est sublimiter,' innuere videtur, Deorum incessum intelligi, cum sublime feruntur. Sed quicquid Homerus ea in re senserit, illud nobis compendifecit Heliodorus, quod Ægyptiorum doctrinam didicimus de incessu Deorum absque ullo pedum usu; quemadmodum membrorum omnium usum Diis adimebat Epicurus, teste M. Tullio. Ex eo, ni fallor, occasionem ludendi arripuit Apuleius libro Metamorphoseon ultimo, ubi Isidis pompam describit; quod enim in usu nunc est, ut aliquando pueros Angelorum Sanctorumque Martyrum habitu incedere faciamus in sacris pompis, quæ 'Processiones' appellantur, id et Ethnicis usurpatum fuit. Itaque Apuleius de iis, qui Ægyptiorum Deorum forma et insignibus ornati erant in pompa illa Isiaca, ita ludens loquitur: 'Nec mora, cum Dei, dignati pedibus humanis incedere, prodeunt;' quasi dicat, non eo, quo Dii solent, modo tunc ambulasse, hoc est absque alterno pedum motu, sed, ut Arnobiano more et verbis loquar, 'anticipationibus itionum,' quia nimirum non divinis, sed humanis pedibus incedebant. Hujusmodi de incessu Deorum apud Ægyptios opinio permovit Theocritum, ut Deos appellaret νέποδες; quo epitheto pisces jure optimo, quibus nulli sunt pedes, insignivit Oppianus. Ac ne quis miretur, νέποδες vocari Deos, qui pedes haberent, is velim in mentem revocet, ἄποδες quoque dici hirundinum genus quoddam, quæ pedum usu minus valent, quamvis pedibus non careant. Versus Theocriti

hic describam ex xvii. Idyllio, ubi ait, Herculem lætari, nepotes suos Ptolemæi progenitores in Deorum numerum relatos esse:

> *Χαίρων υἱωνῶν περιώσιον υἱωνοῖσιν,*
> *Ὅττι σφέων Κρονίδας μελέων ἐξείλετο γῆρας·*
> *Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, θεοὶ νέποδες γεγαῶτες.*
> Ille suos gaudet longa de stirpe nepotes,
> Queis senio vegetos exemit Juppiter artus,
> Æternos dici divos, pedibusque carentes.

Casauboni interpretationi non assentior, qui cum *νέποδες* aliquando apud Græcos *nepotes* significari ex Eustathio didicisset, eo sensu hic accipiendum esse censuit; neque Heinsii, qui eo amplius, contra fidem veterum librorum, pro *θεοὶ* reposuit *ἑοὶ*, non ferens *συνίζησιν*, qua vox *θεοὶ* eo loci unica syllaba effertur; siquidem indigna est Theocrito illa perissologia: 'Gaudet Hercules suorum nepotum nepotibus, qui immortales dicuntur, cum sibi sint nepotes.' Quid enim opus illi erat, postquam Herculis nepotes appellasset, eosdem e vestigio nepotes denuo nominare? Oportuit viros doctos attentius animadvertere, cum Ptolemæo Theocritum loqui, ut mirum non sit, si Ægyptium regem adulans, sacram Ægyptiorum doctrinam, quasi aliud agens, inserere, et quodammodo comprobare videatur. Sigilla, uti diximus, Ægyptiorum Deorum, quæ ex conditis cadaveribus quotidie extrahuntur, et quæ præterea in antiquis monumentis extant, omnia videre est cum cruribus pedibusque compactis. Horum præcipue, quem eundem cum Apolline et Sole statuebant, eo positu solebant effingere; quod Pignorius meus luculenter docuit in Explicatione Tabulæ Isiacæ, qua in Tabula bis Horus indiscretis pedibus effictus est. Addit Pignorius veteris gemmæ typum ex scriniis clarissimi viri Nicolai Fabricii Peirescii. Huic affines et duos ego apponam; alterum ex antiquo amuleto æneo deaurato, quod Romæ vidi, alterum ex gemma apud eundem Peirescium. (*Desunt hi typi.*) Nescio, an id voluerit Horapollo, cum de Ægyptiorum hieroglyphico hibernum solstitium signante ita loquitur: *δύο πόδες συνηγμένοι καὶ βεβηκότες, δρόμον ἡλίου τὸν ἐν ταῖς χειμερinαῖς τροπαῖς σημαίνουσι.* Notant in Mss. legi *δύο πολύποδες*, quam lectionem tueri Pierius nititur. Sed scriptum fortasse fuit *δύο Ὥρου πόδες*, et tota sententia hoc modo reddenda: 'duo Hori pedes simul compacti firmatique Solis cursum, cum in solstitio hiberno est, significant;' ut præter eam, quam ex Heliodoro ingessimus, aliam quoque magis arcanam significationem habeant Hori pedes indiscreti."

Quænam Dissertationibus Aleandri aliis argumenta sint, cognoscere tibi neque inutile neque injucundum facile fuerit: indicem itaque subjicio, titulis earum exscriptis.

Commodiani veteris scriptoris versus quidam prolati et correcti: in iis quæsitum, quis fuerit Deus invictus.

Sortes extenuatæ. Asserta vulgata lectio in Livio et Obsequente. Rejecta Lipsii opinio et correctio. Sacrorum voces. Varro pluries emendatus, et apud Varronem Ennius et Nævius.—Utraque Dissertatio innotuit ex allatis a Fontaninio in epistola ad Magliabechium inter Epist. clarorum Venetorum ad eum T. i. p. 222. et a Philippo Turrio in Monumentis Veteris Antii p. 163. et 15. ed. Rom. 1700.

De Palladio et simulacro Dianæ Ephesiæ locus Apollodori, et alius in Minutio Felice illustrati, et vulgata lectio a censoribus vindicata.

Deorum lacrymæ, Deorum sanguis. Nemesianus correctus. Ovidius, Homerus, aliique scriptores explicati.—Meminit Fontaninius in Epistola ad Magliabechium.

Apum præsagia. Virgiliani loci illustrati.

Provincia Venetiarum. Urbs Venetiarum. Cassiodoro, Paulo Diacono, Servio aliisque scriptoribus lux data. Strabo emendatus.

De lectorum altitudine apud veteres. Virgilius, Silius Italicus, Valerius Episcopus Cemelensis, Plautus, Seneca philosophus, Servius illustrati.—Mentionem injicit Aleander Schediasmatis de tricliniarii altitudine apud veteres a Ludovico Cresollio ad se scripti; quod in codice Veneto Marciano, olim Fontaninii, ineditum exstat, et Cresollium de hisce dissertationibus ita demum alloquentem objicit: "Faciendum tibi est, ut tua illa Florida et Στρώματα, quæ paras, luce dignissima, quam primum videamus, quæ sine dubio hæc et mille talia variæ eruditionis splendore illustrabunt."

De pyrgo, seu turricula aleatoria. De fritillo. Quædam hucusque non observata. Martialis, Juvenalis, Artemidori, Joannis Antiochensis loci illustrati. Epigramma ex Anthologia emendatum. Defensa apud Valerium Maximum vulgata lectio, contra quam Justo Lipsio et Christophoro Colero visum. Equos apud Persas Soli sacros fuisse.

Illustrata et emendata Vetus Inscriptio. Mos dedicandi imagines membrorum, quæ sanitati redderentur. Caput in tutela Cybeles. Pedes in tutela Cereris. Pindaro lux data. Supplicare quid sit. Genuflexio. Mater ἁπλῶς pro Deûm matre. Locus Jamblichi declaratus et emaculatus.

Artemidori locus illustratus, aut verius emendatus. Burgus quid. Arthritidis curationes.—Dissertationem a me acceptam edidit Joannes Gothofredus Reiffius T. ii. p. 456. Artemidori Lipsiæ an. 1805. denuo editi, et uberrime illustrati.

Locus in Aristotelis Poetica emendatus et illustratus. Quid sit κερκίδος φωνή. Rejecta Scaligeri et Castelvetri sententia.

De agnitione ex paralogismo Theatri. Pervestigatum conjectatione argumentum fabulæ in Tragœdia, quæ inscribebatur

Ulysses falsus nuntius. Aristoteles in Poetica qua explicatus, qua emendatus.

His Carmina Anacreontica Aleandri accedunt, hendecasyllabis inscripta Nicolao Fabricio Petrisci Domino et in Senatu Aquensi Consiliario Regio:

Cui dono veterem levem libellum,
Conscriptum teneris mihi sub annis,
Cum me addicta jocisque lusibusque
In primo nova flore veris ætas
Suasit ludere versibus minutis,
Quales scribere Anacreon solebat? etc.

Argumenta sunt: i. Ad Manes Anacreontis. ii. Amandum esse, et bibendum. iii. De Cupidine. iv. De Vino. v. De eodem. vi. De Auro. vii. Ad Cupidinem. viii. Excusat fuscum colorem. ix. Unde carminum suavitas. x. De Avaritia Neæræ. xi. De forma Neæræ. xii. De aqua rosacea. xiii. In statuam Medeæ. xiv. Ad Cupidinem. xv. De Oleo. xvi. De Amore puellarum. xvii. De se et Cupidine. xviii. De Fistula. xix. Ad Sodales. xx. Tumulus sui cordis. xxi. In Spem. xxii. Somnium. xxiii. De labiis Neæræ. xxiv. Bibendum esse. xxv. Idem. xxvi. Idem. xxvii. De oculis Neæræ. xxviii. De monili Neæræ. xxix. De flabello Neæræ. xxx. De Vino. xxxi. De Rosis. xxxii. De iisdem. xxxiii. De Culice. xxxiv. De suo furore. xxxv. Quam optet metamorphosim. xxxvi. De Vino. xxxvii. De Cicada. xxxviii. De sævitia fœminarum. xxxix. Ad Pictorem. xl. Lectoribus.—Carmen vii. Fontaninius edidit in libro suo inscripto L' Aminta di Torquato Tasso difeso e illustrato, Venetiis impresso an. 1730. p. 163. Carmen xxi. in lucem protulit Millinus, Vir eruditissimus, qui hæc ipsa Carmina apud hominem privatum Aquis Sextiis repperit, T. ii. p. 262. operis sui inscripti Voyage dans les Departemens du Midi de la France, an. 1807. typis Parisiensibus impressi.

Aleandri aliorumque Epistolæ ineditæ, ex autographis a Fontaninio sumptæ, libro eodem meo sequuntur, præsertim de Calendario Romano sub Constantio Imp. scripto, in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi servato; quod Jo. Georgius ab Herwart denuo in lucem emiserat, neque tamen pro merito illustraverat. Adjumenta ab Aleandro ille sibi quærebat; quem tantam ea in re operam posuisse constat, ut, Allatio teste (Apes Urbanæ, p. 124.), commentarium integrum in illud conscripsisset, ac propediem in lucem exiturum Pignorius polliceretur (Magnæ Deûm Matris et Attidis initia, p. 16. ed. Venet. 1624.). Nunquam id effectum fuisse, secus atque Fridericus Lindenbrogius et Jo. Albertus Fabricius putabant, recte censuit Christophorus Saxius, qui cum de Calendario illo ejusque editionibus in Præfatione in Jacobi van Vaassen Animadversiones ad Fastos Romanorum sacros, Trajecti an. 1785. impressas p. xxv. dissereret; editione tamen Vindobonensi an.

1781. cum annotationibus Xysti Schier, qua Furio Dionysio Philocalo tanquam auctori Calendarium tributum est, non sibi comperta; unam tantummodo, sed pulchram, Aleandri observationem, ex ejus apparatu pro Commentario conficiendo, a Philippo Turrio in Monumentis Veteris Antii typis editam, se novisse affirmabat. Sunt vero de Calendario Epistolæ Aleandri ad Herwartum tres an. 1617. Herwarti ad Aleandrum septem ann. 1617. et 1618. Joannis Seldeni ad Nicolaum Fabricium Peirescium duæ an. 1618. Laurentii Pignorii ad Aleandrum una, Jacobi Sirmondi ad eundem una an. 1617. Peirescii ad eundem tres Italice scriptæ ann. 1618. et 1620. Inter eas eminent Herwarti, Aleandri et Pignorii tres, quibus loca non pauca Calendarii obscura invicem explicant; ac Peirescii duæ, quarum altera Calendarium passim illustrat, altera tum de eo, tum de quatuor aliis chronologiæ veteris monumentis tunc ineditis, ab Ægidio Bucherio capite xiv. Commentarii in Canonem Paschalem Victorii Aquitani, Antverpiæ an. 1633. in lucem prolatis, et ipsis cum Calendario, ex opinione Balleriniorum fratrum (Observat. in Opp. S. Leonis Pap. T. i. p. 496. ed. Ven. 1753.) Furio Dionysio Philocalo velut auctori adjudicandis, exquisita eruditione is fuse disserit. Epistolæ sex ad Aleandrum iis immixtæ sunt: Hieronymi Bignonii duæ an. 1617. Sirmondi una an. 1618. Pignorii una an. 1614. Peirescii duæ an. 1620. ejusdem una ad Pignorium an. 1620. quibus scriptorum, gemmarum insculptarum, instrumentorum, inscriptionum, aliorumque antiquitatis operum explicatio argumentum est. Aleandri sequuntur, manu Fontaninii omnia:

Judicium pro libro anonymo (Danielis Heinsii) Laus Asini inscripto, adversus aliud Paganini Gaudentii de libro eodem.

Additamentum Hieronymi Aleandri, nomine Abrahami Bzovii, quod ad petitionem Ducis Bavariæ inseri debuit alteri editioni Tomi xiv. Annalium Ecclesiasticorum ejusdem Bzovii, impressi Coloniæ an. 1618; quum idem Dux offensus fuisset propter ea, quæ scripserat de Ludovico Bavaro; ideoque Joannes Georgius Herwartus contra eum edidisset Monachii Ludovicum IV. Imperatorem defensum. Inc. "Non minori etiam discordia," etc. Adscriptum est: "Hæc omnia inseruit Bzovius in Tomo xiv. Annalium rursus recognito, et edito Coloniæ Agrippinæ apud heredes Antonii Boetzeri 1625. a col. 241. no. 12. usque ad col. 250. no. 15. sub anno 1314."

Lezioni quattro Accademiche. 1. Intorno al culto del Dio Mitra in Roma. 2. Delle Strene. 3. Del Giudizio di Paride, e di mitologie di varia erudizione, che da esso si possono trarre. 4. Sopra la quarta Particella della Poetica d'Aristotile, in cui si conclude, non potersi scrivere poesia in prosa.

Fontaninii apographo toto relato, notitiam Commentarioli Aleandri addere liceat, cui titulus: De tribus servitutibus rusticis,

Itinere, Actu, Via, deque vèterum tum Vehiculis, tum Sedilibus Enarratio ad Legem vii. Digestorum Lib. viii. Tit. iii. De Servitutibus Prædiorum Rusticorum. Licet ineditus, innotuit idem Allatio, Fontaninio, Lirutio, aliisque, Philippo autem Bonarotio typis ut ederetur plane dignus videbatur (Osservazioni sopra alcuni Medaglioni ec. p. 115.): ac re quidem vera est ille recto judicio conscriptus, antiqua eruditione refertus, inscriptionibus, nummis, imaginibus, instrumentis affabre depictis exornatus. Constat id probe mihi, qui et ipsum jamdiu habeam accurate ac nitide scriptum in codice bibliothecæ domesticæ, æquali auctori, et fortasse eodem, quem Romæ apud Marcellum Severolium exstitisse traditum ab illis est.

Jam vero ut finem scribendi tandem faciam, admonet epistolæ modus, urget sollicitudo de opera in re alia litteraria moleste, at necessario, insumenda. Tu vale, Harlesi mi, litteras juvare perge, meque, ut amas, ama. Venetiis prid. Calend. Aprilis, MDCCCIX.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ

ΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ

ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ.

THEOCRITI IDYLLIORUM

INDEX.

ΘΥΡΣΙΣ Η ΩΙΔΗ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ α'.

ARGUMENTUM.

Poeta Daphnidis, qui herois loco inter pastores Siculos habebatur, celebraturus obitum, aditum sibi parat a Caprarii cujusdam et Thyrsidis pastoris colloquio. Post mutuas laudes, quas sibi invicem tribuunt (1—11), Thyrsis caprarium rogat, ut carmen syringe moduletur (12—18). Quod hic per Panis religionem renuens Thyrsidem, capra et poculo artificiosissime facto (27—56) præmii loco propositis, permovere studet, ut carmen de Daphnidis morte canat (19—63). Thyrsis, conditione accepta, Nymphis invocatis, orditur carmen, quod a descriptione doloris, quo feræ et armenta ob imminentem Daphnidis mortem affecta fuerint gravissimo, progreditur (64—75). Tum dii, ruris pastorumque custodes, Mercurius atque Priapus, ipsique pastores ægrum Daphnidis animum blandis alloquiis erigere conantur (77—93). Quibus omnibus quum nihil respondisset, in Venerem, quæ post illos accesserat, gravissime invehitur, quippe quæ superbis quibusdam Daphnidis in Amorem vocibus exacerbata morbum, quo tabescit, ei immisisse putanda sit (95—113). Tum verbis suavissimis et vitæ et iis rebus, ex quibus olim voluptatem perceperat, valedicit, simulque cum sermone vitam finit, Venere frustra eum in vitam revocare annitente (114—141). Carmine finito Caprarius pastori promissa præmia, insigni laude addita, tradit.—De Daphnide ejusque amoribus conf. Schol. Theocrit. Idyll. v. fin. quæque laudavit veterum loca Heynius in Argum. Ecl. Virgil. v. Sed tenendum est, hanc fabulam a multis diverso modo esse traditam; hinc nemo veterum reperitur, cum quo Theocriteum carmen penitus conspiret. Quæ diversitas non satis animadversa interpretes Theocritea cum iis, quæ alii narrant, conciliaturos in varios errores implicavit.

ΘΥΡΣΙΣ ΠΟΙΜΗΝ ΚΑΙ ΑΙΠΟΛΟΣ.

Θυρ. Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,
Ἃ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται· ἁδὺ δὲ καὶ τὺ

1. In Brunckii Analectis Vet. Poet. Græc. tom. i. est Idyll. viii. Primus et secundus versus ingenium et diligentiam interpretum mire exercuerunt. Stephanus, Heinsius, Wartonus et Brunckius legunt ἁ sine accentu (uti scribi jubet etiam Koehlerus, V. C.) et interpungunt post παγαῖσι, ita ut supplendum sit οὖσα. Niclas in

Τυρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ.
Αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον, αἶγα τὺ λαψῇ·

Specimine Theocriteo (Luneburgi 1764. edito) ψιθύρισμα adcusativum, qui a μελίσδεται regatur, essc putat: id quod etiam Reiske judicat, qui præterea conjicit τοι ψιθύρισμα, prius autem καὶ refert ad sequens ἁδὺ δὲ καὶ τὺ συρίσδες, ut sit constructio: ἡ πίτυς, ἡ πρὸς ταῖς πηγαῖς οὖσα, μελίζεταί σοι ἡδύ τι ψιθύρισμα. Koehler, si quid hic in poeta tentandum sit, legendum putat: ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμά τοι ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα, ἁ ποτὶ ταῖς παγ. etc. ut hæc sit constructio verborum: ἡδύ τί ἐστι τὸ ψιθύρισμα, ὅ σοι, αἰπόλε, ἡ πίτυς, ἐκείνη, ἡ πρὸς ταῖς πηγαῖς οὖσα, μελίζεται. Ego vero cum Valckenario nihil muto et interpretor: 'dulcis' sive 'dulce quid,' aut 'jucundum quid est lenis susurrus pinus illius, quæ ad fontes cantat.' Audacter vero [Non est hæc dicenda audacia in pastoribus, qui in saltibus et sub dio degentes familiaritatem quandam cum arboribus contrahunt. Kiessl.] folia pinus ab aura ventoque leniter mota loqui et canere finguntur. ἁ πίτυς ᾄδει apud Moschum v. 8. "Mænalus argutumque nemus pinosque loquentes semper habet." Virg. Ecl. viii. 22. [Hic locus Virgilianus cum J. H. Vossio p. 403. et Servio ex serie orationis de cantu pastorum per nemus resonante capiendus est. Cum loco Theocriteo rectius contuleris. Virg. Ecl. vii. 1. "forte sub arguta consederat ilice Daphnis." Kiessl.] "Voce nemus loquitur," Manil. iii. 656. ubi v. Stoeber. Longus in Pastor. i. c. 11. (ubi vide Mollum et Boden) p. 72. (p. 21. Schaef.) εἴκασεν ἄν τις καὶ τοὺς ποταμοὺς ᾄδειν, ἠρέμα ῥέοντας, καὶ τοὺς ἀνέμους συρίττειν ταῖς πίτυσιν ἐμπνέοντας.—Ψιθυρίζειν vero proprie esse 'in aurem susurrare,' quod tenuissima voce fieri solet, uti Idyll. ii. 141. tunc de foliorum strepitu sonoro, (Aristoph. Nub. 1006. ὁπόταν πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ), etiam de avium minuritionibus usurpari, scholiastes et Casaubonus Lectt. Theocrit. p. 60. docuerunt. Harl.—Verbum ψιθυρίζειν, quod recte derivant a ψίω, τὸ λεπτύνω, est ex genere verborum ὀνοματοπεποιημένων, planeque exprimitur nostris vocabulis 'flüstern,' 'lispeln,' 'säuseln.' Versu secundo etiam Schaeferus scripsit ἁ, quod probat H. Vossius in libello academico inscripto, Notæ in Theocritum, Heidelbergæ 1813. Idem vir doctus quum contendat, antithetica καὶ ἁ πίτυς—καὶ τύ postulare, ut ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα accipiantur pro accusativo, miror, quod non Heinsium et Brunckium sequutus scripsit ἁδύ τι καὶ τύ, id quod Wartono teste in Cdd. Benedictinis legitur. At hæc antithesis non perit, etiamsi repudiaveris hanc rationem, cui plura obstant. Primum enim recte Dahlius judicat, hac ratione probata verborum seriem esse perplexam sensumque minus poeticum. Quæ perplexa verborum compages a Theocritea simplicitate valde abhorrens tanto magis carminis initio offendit. Deinde, quod monuit etiam Censor libelli Vossiani in Ephemerid. Univers. Litter. non intelligitur, quid fiat articulo τὸ præposito substantivo ψιθύρισμα. Diversi generis sunt hi loci Theocritei, Idyll. viii. 82. ἁδύ τι τὸ στόμα τοι, καὶ ἐφίμερος, ὦ Δάφνι, φωνά. xx. 28. ἁδὺ δέ μοι τὸ μέλισμα —. Attamen Etym. M. p. 819. 1. (p. 742. Lips.) ἡδύ τι τὸ ψιθύρισμα τῶν δένδρων ἠκούετο. item Idyll. xiv. 56. ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατ. si hic locus est sanus.—Denique dubito, an nusquam substantivum propria, quam habet, vi positum cum verbo καταχρηστικῶς posito sic jungatur, ut hæc juncta forent in hac locutione: ψιθύρισμα μελίζεσθαι. Contraria quidem ratio, μέλος ψιθυρίζειν, proba est. Nondum igitur Valckenarii rationem ut duram repudio, donec certa ratione termini positi fuerint, ultra quos usus figuræ, quæ ἓν διὰ δυοῖν vocatur, salva orationis elegantia, progredi non possit. Nihilo minus tamen Valckenarii explicationi præfero hanc, qua ψιθύρισμα per se solum de venti sibilo intelligitur, quam jam Eobanus Hessus reddidit, locum sic interpretans: 'Ædepol dulcis hic est vicinus spiritus auræ, Dulcis et hæc strepitu fontes prope consita pinus.' Eandem probat Censor ante dictus, qui comparat Virgil. Ecl. v. 82. "Nam neque me tantum venientis sibilus Austri, Nec percussa juvant fluctu tam litora—:" item Homeri (Iliad. v. 526.) πνοιᾶς λιγυράς. Idem statuit, quum pinus non facile proxime aquas nascantur, ποτὶ conjungendum esse cum μελίσδεται hoc sensu: die Fichte, welche mit den Bächen in ein melodisches Gemurmel einstimmt. At hæc vis præpositionis πρός hujus idyllii v. 24. et Odyss. x. 68. non confirmatur, neque multum tribuerim argumento a pinubus petito. Certe πεῦκαι prope aquam natæ occurrunt apud ipsum Theocritum xx. 40. ὑψηλαὶ δ' ἐπεφύκεσαν ἀγχόθι πεῦκαι.—Versum 1. citat Hermogenes περὶ ἰδεῶν lib. ii. cap. 3. p. 316. edit. Porti (cujus locum repetit Vavassor de Ludicra Dictione, p. 112.) et Scholiastes Aristo-

Αἶκα δ' αἶγα λάβῃ τῆνος γέρας, ἐς τὲ καταῤῥεῖ
Ἁ χίμαρος. χιμάρῳ δὲ καλὸν κρῆς, ἔστε κ' ἀμέλξῃς.
Αιπ. Ἅδιον, ὦ ποιμάν, τὸ τεὸν μέλος, ἢ τὸ καταχὲς

phanis ad Nub. v. 1003. atque ex his scholiis quater Suidas in Ἀδύ· Ἁ πίτυς· Τῆνα· Ψιθυρίζει. Kiessl.

3. Συρίσδες, et v. 14. 16. συρίσδεν cum Valck. Jacobs. et Schaeferus dederunt. Nos, ut Harlesius, alteram scripturam τυρίσδες in scholiis Græcis et pluribus cdd. (v. Gaisford. et ad h. l. et ad viii. 4.) repertam, cum Casaubono et Brunckio ut magis Doricam prætulimus.—Ad Theocriti locum alludit Longus in Pastoral. ii. p. 64. Schaef. ἐσεμνύνετό τις, ὡς λύκον ἀποκτείνας· ἄλλος, ὡς μόνου τοῦ Πανὸς δεύτερα συρίσας. Ceterum summis, quibus potest, laudibus Thyrsis amicum effert, quem soli Pani cedere affirmat. Vid. Voss. ad Virg. Ecl. p. 214. Kiessl.

4. Voculam κα, quæ Dorum est, sive seorsim ponatur, seu voculæ αἱ subjungatur, semper produci, docuerunt Toupius in Appendicula Not. ad h. l. et Valckenar. ad v. 10. Conf. ii. 100. 142. iii. 27. xi. 61. xviii. 56. Aristoph. Acharn. 736. Kiessl.

5. ἐς τέ, Dorice pro εἰς σέ, non mutandum est, uti Toupius in Addendis suasit et Brunck. rescripsit, in ἐς τύ· v. Valcken. nec poeta in vocc. καταῤῥεῖ et χίμαρος ita festivus mihi fuisse videtur, ut, quod quidem Toupius opinatus est, adluderet ad χείμαρος. Proprie quidem καταῤῥεῖν de lapsu aquarum sive χειμάῤῥου dicitur, sed eleganter ad alias quoque res transfertur, præcipue, si h. l. pastores ad radicem montis aut in valle confabulantes, e contrario capras de summis rupibus pendentes mente concipias; ut pulcre notavit Niclas. vide sis quæ scripsi ad Bion. i. 55. qui nostrum imitatus est, in Anthol. Gr. Poet. et καταῤῥεῖ, μεταφορικῶς ἀντὶ τοῦ κατενεχθήσεται, jam Schol. scripsit. Harl. Apollonius Dyscol. de Pronom. p. 366. ed. Bekk. ἡ σέ ὁμοίως πρὸς πάντων κοινή. Δωριεῖς διὰ τοῦ τ· εἰς τὲ καταῤῥεῖ, Θεόκριτος· πρὸς δὲ τὲ τῶν φίλων, Ἀλκμάν (Fragm. Alcmanis Lyr. ed. Welcker. p. 69.). Gregorius de Dialect. p. 615. Æolibus hoc assignat. Etiam alios grammaticos præter Apollonium et Gregorium idem de forma τέ sensisse, intelligitur ex iis quæ Apollonius p. 365. de forma τίν disputat; quæ repetita sunt a Schaefero ad Gregor p. 73. Sic forma τέ pro σέ satis defenditur auctoritate Grammaticorum, cui accedit auctoritas codicum Theocriti hoc quidem loco nihil varietatis offerentium, et vis analogiæ; nam nominativo τύ respondet accusativus τέ. Ne encliticam quoque formam τε efferrent, in causa fuisse videtur particula τε. Attamen hoc animum advertere potest, quod præter hunc locum, in quem e vs. 6. jam olim per errorem ἐστὲ potuit irrepere, et locum Alcmanis per omnia Theocriti carmina in codicibus ne vestigium quidem formæ τέ occurrit, sed ubique τὺ pro σὲ scribitur. Quamobrem Toupii et Brunckii rationem, ἐς τὺ præferentium, nondum convulsam esse censeo.—Ad illustrandum usum verbi καταῤῥεῖν commode laudat Jacobs. Callim. Frag. 96. πάλιν τὸ δῶρον ἐς Θάλητ' ἀνώλισθε. Horat. i. Carm. xxviii. 28. 'tibi defluat æquo a Jove.' Kiessl.

6. καλὸν κρέας scribi jubet Valcken. cum D. Heinsio, tum ut versus sit instar vicinorum bucolicus (conf. Epist. ad Röver. p. xv.), tum ut hic quoque suo more scripsisse videatur Theocritus: v. Idyll. v. 140. ix. 25. [Etiam Brunck. Dahl. Schaefer. Jacobs. receperunt κρέας. Me numeri bucolici et alia Theocriti loca nondum permovere potuerunt, ut formam duriorem κρῆς, de qua vid. Gregor. de Dial. p. 235. expellendam censerem. Eodem certe jure, quo ἐς τέ, retinetur. Kiessl.] ἔστε 'donec,' 'dum,' et κ', quoniam κε sive κεν a poetis pro ἂν usurpatur, regit conjunctivum: v. Idyll. v. 22. vi. 32. ἔστε, quod Eustathius (ad Iliad. α. p. 162=122. 25. Add. Etymol. M. p. 382. 8. Devarius de Græcæ Ling. Partic. p. 146.) ex ἕως contractum credit, scribendum putarunt Casaubonus et Heinsius, atque Brunck. ita edendum curavit. Sed vide Valckenarium. Harl. Valckenar. hanc contractionem, quæ nulla est, jure ad Grammaticorum nugas rejicit. Sed tamen ἔστε, quod pluribus codicibus (conf. Gaisford.) confirmatur, etiam eo commendatur, quod Dorienses alia quoque verba per spiritum asperum pronuntiabant, quo spiritu in aliis dialectis carerent.—Unus cod. Med. apud Gaisf. exhibet χιμάρων, alii χιμάρω sine ι finali. vid. ad Idyll. v. 22. Kiessl.

7. καταχὲς Dorice pro κατηχές, 'perquam sonorum,' 'cum magno sonitu.' v. Reiske et Valcken. Sensus est: 'carmen tuum, o pastor, dulcius est quam aqua, quæ cum sonitu per saxa defluit ex alto monte.' conf. Virgil. Ecl. v. 45—47. 83. 84. Suavitatem comparationis ostendit jam Stephanus in Prolegom. ad minor. edit. et p.

Τῆν' ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ.
Αἴκα ταὶ Μῶσαι τὰν οἴϊδα δῶρον ἄγωνται,
Ἄρνα τὺ σακίταν λαψῇ γέρας· αἰ δέ κ' ἀρέσκῃ
Τήναις ἄρνα λαβεῖν, τὺ δὲ τὰν ὄϊν ὕστερον ἀξῇ.
Θυρ. Λῇς, ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν, λῇς, αἰπόλε, τᾷδε καθίξας
Ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, ᾇτε μυρῖκαι,

83. Observ. Harl. Valckenario videtur poeta scripsisse,—ἢ τὸ καταχὲς Τῆνο, τὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν, ὕδωρ, in hanc sententiam: ἅδιον—ἢ ἐκεῖνο τὸ κατηχὲς ὕδωρ, ὅπερ ὑψόθεν κατὰ τῆς πέτρας λείβεται· 'tuum mihi carmen, o pastor, dulcius aquæ rivo saliente, ex alto monte cum sonitu per saxa defluentis.' Reiskius verbum καταλείβεται sic iterandum censet: τὸ σὸν μέλος καταλείβεται (scil. ἀπὸ τοῦ σοῦ στόματος) ἥδιον ἢ ἐκεῖνο τὸ κατηχὲς ὕδωρ ἀπὸ τῆς πέτρας καταλείβεται. Jacobs. verba sic jungit: ἅδιον ἢ τῆνο τὸ καταχὲς ὕδωρ καταλείβεται ἀπὸ τᾶς πέτρας· pro vulgari ὃ καταλείβεται. Neque in ordine verborum neque in structura inest, quod jure possit offendere; nam ut τὸ καταχὲς τῆνο, ita v. 13. τὸ κάταντες τοῦτο· pronomina autem τῆνο et τοῦτο sunt δεικτικῶς capienda, atque ipsa oratio est compendiaria, qualis in comparationibus esse solet. Similis orationis color deprehenditur v. 53. sq. μέλεται δέ οἱ οὔτε τι πήρας, οὔτε φυτῶν τοσσῆνον, ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖ· quod dictum est pro his: ὅσον πλέγματος περὶ ᾧ γαθεῖ. Add. Idyll. iii. 54. iv. 39. Ut autem hic Theocritus dicit ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὕδωρ, ita Hesiodus Theog. 786. ὕδωρ ψυχρόν, ὅ, τ' ἐκ πέτρης καταλείβεται, et Theocr. vii. 137. ἱερὸν ὕδωρ Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο κατειβόμενον κελάρυσδεν.—Ceterum Reiske vituperat Scholiasten Lipsiensem, qui ad καταχὲς annotaverat ἠχοῦν ἐν τῷ κάτω φέρεσθαι: nam κατὰ in ejusmodi compositionibus significare 'magnitudinem,' 'multitudinem,' 'vehementiam,' 'plenitudinem,' ut in κατηχεῖν, κάθυγρος, κατάδενδρος. itaque κατηχὲς esse 'perquam sonorum.' v. L. Bos. Obss. p. 88. Plura collegerunt Zeune ad Viger. p. 637. sq. et Cattier in Gazophyl. Græc. p. 87. sqq. Kiessl.

10. σακίταν scholion apud Niclas explicat λιπαρόν, πίονα, ἢ κατὰ τὴν μάνδραν σιτιζόμενον. Harl. In cod. Flor. P. scriptum est, αἴκα δ' ἀρέσκῃ· quod cur sit repudiandum, v. ad vs. 4. Kiessl.

11. ἀξῇ (2 pers. fut. medii) pro vulgato ἀξεῖς aut Calliergi ἀξῇς cum Valcken. e codd. recepi. Valcken. item malit, probante Brunckio, τύγα—ὕστερος. Atque ἄγεσθαι ὄϊν scil. δῶρον (vid. v. 9.) est 'ovem tamquam præmium suo sibi jure vindicare.' Harl. Eurip. Alc. 1030. τὰ μὲν γὰρ κοῦφα τοῖς νικῶσιν ἦν Ἵππους ἄγεσθαι. Quod Valck. ad locum Theocriti affirmat, victores τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα vel ἄκρα non φέρειν sed φέρεσθαι dici, id non omnino verum videtur; nam Homer. Iliad. xviii. 308. ἤ κε φέρῃσι μέγα κράτος, ἤ κε φεροίμην. coll. xiii. 486. et ix. 124. οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο, et Soph. Trach. 80. ἄρας ἆθλον. add. Parrhasii Epigr. i. (Brunck. Anal. V. 2. p. 60.) γνήσιον Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης—laudat. ab Osanno in Anal. Crit. Poes. Rom. Sc. p. 4.—Conjectura ὕστερος, Valckenario probata, ab Hemsterhusio huic versui fuit adscripta.—Τύγα autem nullo modo in locum optimæ lectionis τὺ δὲ substituendum est. Nam sic sæpe δὲ in apodosi cum vi quadam ponitur. conf. Idyll. xxi. 20. Iliad. α. 58. Schneider. ad Xenoph. Mem. p. 157. Buttmann. ad Demosth. Or. c. Mid. p. 129. Hermann. ad Viger. not. 241. Kiessl.

12. λῇς] a verbo Dorico λῶ, h. e. θέλω. v. Schol. et Koen. ad Gregor. Cor. p. 115. (p. 251. sq. Schaef.) Harl. Add. Maittaire de Dial. p. 278. Sturz. Citat hunc versum scholiastes Callimachi ad vs. 19. H. in Dianam, ubi conf. not. Fabri. Anacr. x. 6. ὁ δ' εἶπε δωριάζων· λάβ' αὐτόν, ὁππόσου λῇς.—Cur Nymphæ hic cum Heinsio pro Musis habeantur, ratio idonea afferri potest. Sunt enim Musæ proprie Nymphæ eorum fontium, qui vates ad canendum excitant; v. Voss. ad Virg. Ecl. iii. 84. p. 141. estque hæc obtestatio Thyrsidis pastoris canendi peritissimi, et apud Theocritum vii. 92. commemorat pastor, se a Nymphis carmen edoctum esse, ubi Scholiastes Lydos Musas Nymphas dixisse affirmat. Conf. Idyll. v. 140. Add. Lycophr. Cass. v. 274. ibique Schol. et Potter.—De καθίζειν v. quæ collegit Valcken. in Ruhnkenii Epistolis editis a Tittmanno, p. 165. Kiessl.

13. ὡς] intelligendum est εἰς aut πρός,

Τυρίσδεν; τὰς δ᾽ αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομευσῶ.
Αιπ. Οὐ θέμις, ὦ ποιμάν, τὸ μεσαμβρινὸν οὐ θέμις ἄμμιν
Τυρίσδεν· τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες. ἦ γὰρ ἀπ᾽ ἄγρας

non solum ubi animatis, sed etiam inanimatis rebus ὡς additur. v. Ernesti ad Xenoph. Mem. ii. 7. 2. et Klotz ad Tyrtæum p. 81. quare dubito subscribere conjecturæ Valckenarii ὦ (pro οὗ vel ὅπου)—αἷ τε μυρῖκαι. Harl. Major huic loco, qui repetitur Idyll. v. 101., concinnitas conciliatur, si eo, quo voluit post alios Harlesius, modo intelligitur; ita enim τᾷδε—ᾇτε ('ubi') sibi respondent. Atque jam olim sic intellectum esse, ostendit tum codicum duor. Flor. et Vaticani lectio ἐς, quam Brunckius prætulit, (calidius forsitan, quum in omnibus locis, ubi legitur ὡς significans πρός vel ἐς, etiam ἐς in lectionis varietate deprehendatur:) tum locus Bionis Fragm. xii. αὐτὰρ ἐγὼν βασεῦμαι ἐμὰν ὁδόν, ἐς τὸ κάταντες Τῆνο,—quæ scribens Bion aperte Theocriti locum ante oculos habuit. Valckenarii contra rationem submolestam reddit illa ter repetita loci demonstratio, *hic* considens, *ubi*—*hic* collis. Ut igitur Harlesii interpretationem nondum desero, ita in ea sum opinione, usum loquendi, quo ὡς pro πρὸς ponitur, quum de re animata sermo est (de quo egerunt Wyttenbach. ad Julian. p. 168. ed. Lips. Hermann. ad Viger. p. 807. viri docti ad Gregor. p. 78. Poppo in Obss. in Thucyd. p. 222. add. Porson. ad Eurip. Phœn. 1415. et Ruhnken. Epist. edit. a Tittmanno p. 186.) ultra Atticos vix videri extendendum esse.—Denique omittendum non est, Hermannum in libro de Rat. Gr. Gr. p. 114. contendere, ὡς nostro loco significare 'ubi,' uti τὼς in Theocr. Epigr. iv. Kiessl.

μυρίκη, 'tamariscus:' vide interpretes ad Virgil. Ecl. iv. 2. (Voss. p. 181.) Harl. Myrica est Tamaris Gallica Linn. die französische oder wälsche Tamariske. conf. Plin. lib. xiii. cap. 21. Schreb.

15. Quum veteres meridiei quietem adtribuerent, (v. Callim. H. in Lav. Pallad. 72. ibique interpretes,) 'eodemque tempore deos quoque somnum capere putarent,' (Aura Nympha apud Nonnum Dion. xlviii. 258. πόνων ἀναπαυομένη θήρης εὗδε μεσημβρίζουσα·) negat caprarius, sibi, Pane, deo suo, dormiente, licere fistula canere. conf. Philostrat. Iconum lib. ii. cap. xi. p. 828. ed. Olearii. De qua veterum opinione plura docte disputat Jo. Bened. Carpzov. in disp. Philosophorum de Quiete Dei Plac. ubi p. xvi. sqq. nostrum quoque locum illustrat. Dein Pan venator et venatu fessus recubare solitus sub arbore et "somno lassatas sumere vires" (ut Nemesianus Ecl. iii. 3. canit,) passim obvius est. v. Warton. et Niclas. (conf. Orph. H. x. 9. Homer. H. xix. 13.) Μεσαμβρινὸν denique Dorice pro μεσαμερινὸν vel μεσαμέριον dictum illustrat Spanhem. ad locum Callimachi paulo ante laudatum p. 679. ed. Ern. Harl. De Pane conf. J. H. Voss. ad Virg. Ecl. ii. 31. p. 69. sqq. eundemque de diis dormientibus ad Georg. iv. 401. sqq. p. 868. sqq. Non tam religiosus, quam Theocriti pastor caprarius, est ovium pastor in Anthol. T. ii. No. 227. p. 694. ed. Jacobs. χὼ ποιμὴν ἐν ὄρεσσι μεσαμβρινὸν ἀγχόθι παγᾶς συρίσδων. Conf. etiam Theocrit. Epigr. 5. ἐγγὺς δὲ στάντες λασίας δρυός, ἄντρου ὄπισθεν, Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες ὕπνου. Veterum superstitio facile hominum studiis cedebat, et, si quando dii minus præstitissent, quod piis precibus ab iis efflagitatum esse videretur, contumeliose adeo eos tractare religioni sibi non ducebant; quam feritatem inprimis Pan expertus est.—Ceterum recte statuit Niclas, non male censuisse Scholiastas, non tam vocis modulationem humanæ pertinuisse ad somnum Panis interrumpendum, quam sonum fistulæ, quæ erat ejus ἰδίωμα. Nam quod Heinsius dicit, caprarios modo sub Panis tutela fuisse, hoc falsum est; nam "Pan ovium custos" est apud Virg. Georg. i. 17. et apud Ovid. Fast. ii. 277. sq. "Pan erat armenti custos, Pan numen equarum; Munus ob incolumes ille ferebat oves." Hunc versum et tres seqq. citat Stobæus Flor. xx. p. 105. ed. Grot. 172. Gesn.—Brunck. dedit ἄμμι. Kiessl.

16. δεδοίκαμες] Formam Syracusanam δεδοίκομες (verbum Theocriteum δεδοίκω, v. Idyll. xv. 58. a perfecto δέδοικα deductum) restituit D. Heinsius, probantibus Toupio et Valckenario; eandemque formam etiam Brunck. in textum revocavit. Harl. De hac verborum forma Heraclidæ leguntur apud Eustathium monita in Od. θ. p. 1596. init.=308. 38. et Il. ε. p. 576=438. 13. Add. Koen. ad Gregor. Cor. p. 189. sq. et Maittaire de Dial. p. 284. et p. 295. ed. Sturz. Etiam Dahl. et Jacobs. receperunt δεδοίκομες, quam formam, in carmine xv. sine hæsitatione præferendam, in hunc locum invitis codd. inferre ausus non sum. Kiessl.

Τανίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται· ἐντὶ δὲ πικρός,
Καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.
Ἀλλὰ (τὺ γὰρ δή, Θύρσι, τὰ Δάφνιδος ἄλγεα εἶδες,
Καὶ τᾶς βωκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο Μώσας,)
Δεῦρ', ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα, τῶ τε Πριήπω
Καὶ τᾶν Κρανιάδων κατεναντίον, ᾇπερ ὁ θῶκος
Τῆνος ὁ ποιμενικὸς καὶ ταὶ δρύες. αἰ δὲ κ' ἀείσῃς,
Ὡς ποκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ᾇσας ἐρίσδων,

17. *πικρός*] proprie ad iram, inprimis ulciscendi cupiditatem, pertinet. Jam Orientales, moniti a feris, quarum irascentium nares dilatantur, iræ sedem in naribus collocarunt. adde Niclas et Casaubon. p. 52.—*ἐντὶ δὲ πικρός*, quod dat Stobæus Serm. xx. p. 172. 19. Gesn. et p. 105. Grot. (p. 376. Schow.) malunt Koehler. et Valcken. [Nos quoque recepimus *δὲ* pro *γε* cum recentioribus editoribus, etiam Gaisfordio, idque nonnulli quoque Theocriti cdd. exhibent. Stobæus præterea *ποτὶ ῥῖνα*, quod vulgato deterius Valckenario videtur. Ego vero accusativum, vel ad sonum hic suaviorem, præferam. v. etiam Matthiæi Gr. Gramm. maj. §. 418.—Aristot. Eth. iv. 11. *οἱ πικροὶ δυσδιάλυτοι, καὶ πολὺν χρόνον ὀργίζονται· κατέχουσι γὰρ τὸν θυμόν*. Rhet. i. 10. 8. *ὁ δὲ πικρὸς διὰ τιμωρίαν*. Est Lat. 'amarus.'—Pan a pastoribus metuebatur propter morum asperitatem. v. Voss. ad Virg. Ecl. p. 514. Kiessl.] Tum *κεκμαὼς* ex uno Laurentianorum reddendum censet Brunck. Harl.

19. *ἄλγεα εἶδες*] 'tu vidisti Daphnin amore contabescentem;' hanc lectionem, quam primus dedit Junta 1515., Stephanus, Valckenar. Reiske, Jacobs. Schaefer. Dahl. præferunt reliquis, quæ apud Scholiast. in librisque scriptis et editis quibusdam reperiuntur, *ἄλγε' ἄειδε*, ut primus dedit Editor Demetrius Chalcondylas Mediol. 1493. et Aldus Venet. 1495., et *ἄλγε' ἀείδες*, quod scripsit Callierg. 1516. et Koehler. probavit. Locus Virgil. Ecl. v. 10. potius suadet *οἶδας*. Pro particula *δή*, quam plures Cdd. omittunt, ex Mediceis unus Cd. præbet *ποτε*. Kiessl.

20. *ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο Μώσας* (plures Cdd. *Μοίσας*). Conf. Idyll. iii. 47. *ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας*. Horat. Epist. ii. 1. 32. "venimus ad summum fortunæ." Pind. Nem. vi. 39. *ἐπεὶ οἱ τρεῖς ἀεθλοφόροι πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς ἦλθον*. Adde loca a Jacobs. citata Herodot. vi. 126. *ὃς ἐπὶ πλεῖστον δὴ χλιδῆς εἷς ἀνὴρ ἀφίκετο*. Epigr. *ἀδέσπ.* 683. *εἰς ἄκρον Μούσης καὶ ἥβης ἧκον ἐλάσσας*. Ælian. Hist. An. x. 16. *σοφίας εἰς ἄκρον ἐληλακότα ἄνδρα*. Kiessl.

21. *Πριήπω*] h. e. statuæ Priapi. v. Schol. Brunck. dedit *Πριάπω*. Harl. *πτελέα*] ulmus campestris, Linn. Ulme, Rüster. Schreb.

22. *Κρανιάδων*] Ita Scholiastes, optimi codd. et edd. primæ (Mediol. Ald. Florent.), hancque lectionem Valcken. et Brunck. revocarunt in textum. *Κρανιάδαν* Stephan. Heins. Warton. Reiske, qui tamen maluit *κρανίδων* (quod in pluribus cdd. extat. v. Gaisf. K.) improbante Valckenario ob metrum violatum. Scholiastes autem intelligit *νύμφας κρηνίδας* statuas fontanis Nymphis positas. Harl. Dicitur *Κρηνίδες* (v. Mosch. iii. 29.) et *Κρηνιάδες* (cf. Epigr. *ἀδέσπ.* 709.), ut *Ἑλικωνίδες* et *Ἑλικωνιάδες*, monente Toupio. *Κρηνιάδες* possunt de ipsis fontibus intelligi. *Κρανιάδαν* autem prorsus rejiciendum est, quum in genitivo tertiæ declinationis Dorienses nunquam *ων* in *αν* mutarint. v. Bentl. Opusc. Philol. p. 115. Lips. et adnotata ad Idyll. v. 148. Kiessl.

23. *ποιμενικὸς* (pro *πωμενικός*, quod exhibent Edd. Med. Ald. Call. et paucæ aliæ. add. Maittair. p. 218. K.) post Juntam cum parte codicum et Stephano dedit Valcken. et Brunck. (quos sequuntur editores recentiores. K.) cui Dores non dixisse videntur *πωμὰν* pro *ποιμάν*. Harl. *δρύες*] 'Eichen,' sive ejusmodi quales apud nos crescunt, sive alius generis fuerint. Schreb. Add. J. H. Voss. ad Virg. Georg. i. 8. p. 50. sq. K.

24. *ὡς ποκα*] *ὡς ὄκα* vel *ὄκα* exstat in aliquot Cdd. et edit. Junt., videturque adeo lectio *ὡς ὀκὰ* præferenda esse vulgatæ, quæ loco vii. 78. non satis defenditur. Sæpius autem particulæ *ὡς ὅτε* sic leguntur apud Pindarum, et 'ut cum' apud poetas Latinos, ut Tibull. iii. 4. 33.—Pro *Λιβύαθε* F. C. Matthiæ conjecit *Λιλύβαθε*, a promontorio Siculo; acute et docte. Po-

Αἶγά τέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι,
Ἃ δύ' ἔχοισ' ἐρίφως ποταμέλξεται ἐς δύο πέλλας,
Καὶ βαθὺ κισσύβιον, κεκλυσμένον ἁδέϊ καρῷ,
Ἀμφῶες, νεοτευχές, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον·
Τῶ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσός,

tuit tamen Chromis esse servus e Libya Siciliæ vicina. Ceterum structura orationis hæc est: ἐρίζων πρὸς Χρόμιν ᾖσας. conf. Idyll. v. 23. 136. Kiessl.

26. ποταμέλξεται] futurum med. pro passivo [conf. quos citat Matthiæ in Gram. Gr. p. 690. adde Fischer. ad Aristoph. Plut. v. 114. p. 64. ed. Beck. et quem laudat Schaef. ad Dionys. Hal. de Comp. Verb. p. 97. Porsonum ad Eurip. Med. v. 336. Kiessl.] 'mulgebitur in duas mulctras,' h. e. tantam vim lactis præbebit, ut, quamquam binos hœdos lactet, tamen, si ter per diem mulgetur, duas etiam mulctras impleat. Virg. Ecl. iii. 30. "bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus." Harl. Florentinus Geopon. xviii. 9. capras διδυματοκεῖν ὡς ἐπὶ πολὺ dicit. Illas singulos fere parere; quasdam vero vel a natura, vel a pabuli beneficio esse gemelliparas, quin partum nonnunquam quintuplicem edere Ægyptias, observat ex antiquis Physicis Bochart. Hieroz. i. 3. 24. Niclas. Add. Vossium ad Virg. Georg. p. 599. De formula ἐς τρὶς conferatur Herman. ad Viger. p. 857. et ab hoc laudatus Huschke in Anal. Crit. p. 155. Est autem ἐς δύο πέλλας eadem ratione dictum, qua ἐς τρίς. Kiessl.

27. "κισσύβιον quid sit, disputant præter schol. ad h. l. Athen. Deipn. xi. 2. 7. p. 477. Pollux vi. 16. Suidas. Schol. ad Odys. ix. 346. Macrob. Sat. v. 21. Quæ ex illorum disputationibus pro certo comperi, hæc sunt: Est vas potatorium, ansatum, ligneum, ab initio forte ex hederaceo ligno factum, unde etiam κίσσινος σκύφος dixisse Euripides videtur; deinde vero ex quocunque, sed ornatum ut plurimum hedera, rusticis et pastoribus proprium." Niclas. Euripidis loci hi sunt: alter Androm. Fragm. xxvii. p. 422. Vol. ii. Beck. πᾶς δὲ ποιμένων ἔῤῥει λεώς· ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφον, πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλου γάνος. alter Cycl. 389. σκύφος τε κισσοῦ παρέθετ' εἰς εὖρος τριῶν πηχέων. Add. Bentl. ad Callim. Frag. cix. Riemer in Lex. Gr. S. h. v. censet, κισσύβιον factum esse per literarum trajectionem a κίβυσις pro κιβύσιον.—Vulgo rusticorum iste scyphus parvulus erat et μόνωτον ποτήριον, uti tradit Philemon Gramm. apud Athen. xi. p. 467. hoc autem capacius κισσύβιον eo etiam commendat possessor, quod fuerit ἀμφῶες, duabus ansis instructum. Ita Valck. ad h. l. et in Ep. ad Röver. p. xxv. Kiessl. Uberior autem hujus poculi descriptio est caput et pars hujus eclogæ præcipua: nec ideo culpanda, ob nimium, qui videtur quibusdam, ornatum. Haud pari ratione excusari potest calathi descriptio in Moschi Europa, ut ostendi in Antholog. Gr. Poet. p. 258. sq. Harl. Κεκλυσμένον καρῷ Heinsius interpretatur de κηρογραφία; Riemer sub v. κλύζω, mit Wachs in der Gravüre ausgegossen. Niclas contendit, caprarium dicere, poculum suum intus non picatum esse, sed cera bene olenti inductum oblitumque; et Vossius vertit, mit duftendem Wachse gebonet, quod secutus sum. Conferenda est de omni loco Everhardi Van Driel Oratio pro Theocritea poculi descriptione, dicta et edita Trajecti ad Rhenum 1788. 4. quæ certe non sine voluptate legitur. Kiessl.

28. γλυφάν] 'scalptoris manum' sive 'cælum,' h. e. sculpturæ instrumentum, 'adhuc redolens.' v. Salmasii Exercit. Plin. p. 1044. B. p. 735. sqq. ed. Ultraj. Harl. Γλύφανον etiam 'tornus' verti potest, quod vocabulum pro 'cælo' (Meissel) et 'scalpro' (Grabstichel) ponitur. v. interpr. ad Virg. Ecl. iii. 38. et Heyne in lib. Antiquar. Aufsätze. P. ii. p. 145. sq.—Etym. M. p. 235. 15. v. Γλυφίς· λέγεται γλυφὶς καὶ τὸ γλύφον ἐργαλεῖον, ὃ καὶ γλύφανον ὠνόμασε Θεόκριτος. Kiessl.

29. χεῖλος] improprie de extremitate poculi. conf. Klotz. ad Tyrtæum p. 55. Altenb. compara Virgilium in Ecl. iii. 38. qui limam addidit. Harl. Τῷ, quod in Juntæ edit. et pluribus Cdd. cum vitioso ποτὶ pro περὶ invenitur, præter necessitatem dedit Valcken. Τῶ legit Scholiastes. Dahl. comparat Hes. Scut. 146. Kiessl. κισσός] 'hedera,' 'Epheu,' etquidem vel ea, quam Casp. Bauhinus hederam arboream, vel quam poeticam appellat in Pinace Theat. Bot. p. 305. Ambæ enim non forma externa, sed fructu differunt, illa nigro, hæc aureo. Schreb. De triplice hederæ

Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονισμένος· ἁ δὲ κατ' αὐτὸν
Καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.
Ἔντοσθεν δὲ γυνά, τὶ θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται,

genere conf. Voss. ad Virgil. Ecl. p. 120. sq. adde Sprengel. Histor. Rei Herbar. Tom. i. p. 163. Hoc loco intelligitur hedera nigra s. poetica, qua olim Bacchus, Pan et poetæ coronabantur, quæ a croceis corymbis (gelbe Fruchttrauben) *χρυσόκαρπος* et Theocrito in Epigr. iii. 3. *κροκόεις* vocatur. v. Bentl. ad Horat. Epist. i. 19. 10. KIESSL.

30. *κεκονιμένος* plures Cdd. et Brunck. at nihil interesse, monet Valckenar. (Thomas M. *καὶ κεκονισμένος καὶ κεκονιμένος.*). *Κονίζειν* vero vel *κονίειν* esse ' pulverem adspergere,' dein in genere ' adspergere ;' et diversum esse a *κονιᾷν*, ' calce illinere,' idem observat (citans Eustathium in Iliad. γ. p. 289. 38. et ρ. p. 1153. 13.) vertitque locum (quem alii aliter et hic et ad Virgil. Ecl. iii. 38. interpretantur) ita : ' hedera auri pigmento velut adsperso exornata.' HARL. *ἕλιξ*] hedera major sterilis, a prioribus non genere (vel, ut nunc loquuntur botanici, specie), sed tantum ætate juvenili diversa. Huic folia angulosa sunt; cum vero *ἀποκιττοῦται*, ut Theophr. l. iii. c. 18. loquitur, anguli oblitterantur et margo fit continuus. Hæc sterilis, hedera autem fructifera est.—*Ἑλίχρυσος* denotat cum plantam, non, ut videtur, aliam quam quæ Gnaphalium Stœchas a Linn. appellatur; tum lapidem, *ἀρσενικὸν* veteribus, nunc auripigmentum dictum. Forsitan hic neque planta, neque lapis, sed color intelligendus est citrinus, huic cum flore vel potius calyce istius communis. Atque v. 29. et seqq. sic vertendi mihi videntur : ' Cui circum labra innectitur superne hedera, hedera maculis flavis (coloris helichrysi) adspersa. Circa hanc autem helix circumvolvitur, fructu ornata croceo.' ' Hedera,' sc. sculpta, ' maculis flavis adspersa,' sc. in foliis. Talis hederæ foliis variegatis meminit Theophrastus l. c., talemque sponte crescentem Tournefortius reperit in litore Maris Nigri. Cf. ejus Voyage du Levant, Tom. ii. p. 247. Circa hanc ' circumvolvitur helix,' foliis ab ista facile distinguenda. Sed cum hæc neque floreat, neque fructum ferat, testibus Theophrasto l. c. Plinioque, difficile videtur explicatu, quomodo nihilo minus in hoc poculo ' fructu croceo ornata fuisse' potuerit ? nisi statuamus, artificem hic licentiæ cuidam sculptoriæ indulsisse ; vel etiam, fructum fuisse hederæ, helici autem, utpote quæ huic circumvolvebatur, ornamento fuisse. Cum fructus color croceus fuerit, hederam poeticam Casp. Bauhini hic fuisse sculptam manifestum est, quam *καρπὸν κροκίζοντα* ferre Dioscorides l. ii. c. 210. tradidit ; et quæ ab hodiernis Græcis *κίτζο* appellatur, teste Forskolio. Ceterum notandum est, poculum caprarii non solum sculptum, sed etiam pictum fuisse. SCHREB. Poetarum veterum loca, in quibus *ἑλιχρύσου* fit mentio, dedit Athenæus xv. p. 681. A. Nostro loco cum Heynio et Vossio ad Virgil. Ecl. iii. 38. Jacobsio ad hunc Theocriti locum et Boettigero in libro : Vasengemälde i. 1. p. 82. haud dubie intelligendus est ' flos helichrysus' s. Gnaphalium stœchas (die Rheinblume), qui flos elegantissimus iterum memoratur Idyll. ii. 78.—Aliter Riemer in Lexico Gr. sub v. *κονίζω*.—*Ἕλιξ* autem jam a Niclasio non de tertio hederæ genere (fruchtloser Kriechepheu), sed de hederæ poeticæ capreolis s. claviculis accepta est. ' Aristoph. Thesm. 999. *κύκλῳ δὲ περί σε κισσὸς εὐπέταλος ἕλικι θάλλει.*—Totus locus sic explicandus est : ' poculi oram superne ambit hedera poetica, cujus foliis intertexti et quasi adspersi sunt calyces floris helichrysi, ibidemque claviculæ hederaceæ croceis corymbis gestientes devolvuntur.' Ex Vossii sententia ad Virgil. l. c. proposita tres cirri hederacei, superne invicem implicati, omnem poculi oram sic ambiunt, ejus ut totam aream in tres partes dividant, quarum prima continet mulierem cum duobus amatoribus (32—38.) ; altera senem piscatorem (39—44.) ; tertia puerum cum vulpeculis peræ insidiantibus (45—54.). KIESSL.

32. *ἔντοσθεν*] i. e. sub illis hederaceis corollis implicatis inter se atque sic consertis, ut umbraculi instar efficiant. Hæc explicatio, a simplicitate valde commendabilis, adeo huic loco convenit, ut *ἔκτοσθεν*, quod Van Bergen reponi voluit, minime probandum censeam.—*Γυνά τις θεῶν* codices plerique et editiones primæ, idque probarunt Niclas, Reiske, Warton. At vel versus numeri ostendunt, unice veram esse lectionem *γυνά, τὶ θεῶν δαίδ.* (' divinum quoddam opus '), quæ est in codice Flor. et in scholiis atque varietate lectionum edit. Brubachianæ subjuncta memoratur, item a Stephano, Valcken. Brunckio et recentioribus editoribus recepta est.

Ἀσκητᾷ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι· πὰρ δέ οἱ ἄνδρες
Καλὸν ἐθειράσδοντες ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος
Νεικείουσ' ἐπέεσσι· τὰ δ' οὐ φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς·
Ἀλλ' ὀκὰ μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελεῦσα,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον. οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
Δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίσδοντι.
Τοῖς δὲ μέτα γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται

Solet quidem pronomen τὶς postponi, ut vs. 56. αἰολικόν τι θάημα; at etiam præmittitur, ut Iliad. α, 62. ἀλλ' ἄγε δή, τινὰ μάντιν ἐρείομεν. Adde Hermann. de Emend. Rat. Gr. Gram. p. 95. ubi de loco Pindari Pyth. x. 5. disputat. Notandus etiam locus Theocr. xiii. 62. Kiessl.

33. πέπλῳ] Schol. ἐνδύματι. fuit vero vestis muliebris exterior, eaque longa. v. indicem Anthologiæ Gr. Poet. h. v. Gesner. ad Orphei Argon. 310. Spanhem. ad Juliani Cæsar. sub finem et ad Callimachi H. in Pall. 7. ἄμπυξ est proprium apud Lydos capitis ornamentum. v. Spanhem. ad Callim. H. in Cerer. v. 125. Eustath. Iliad. ε. 358. et χ. 469. Harl.

34. ἐθειράσδοντες malit Valckenar. et dederunt Brunck. atque Dahl.—Brunck. item νεικείοντ'.—ἤγουν, κόμην τρέφοντες· κομᾷν γὰρ καὶ ἐθειράζειν ταὐτό, πλὴν ὅτι τὸ μὲν κομᾷν ἐστὶ κοινόν, τὸ δὲ ἐθειράζειν ποιητικόν. Schol. Pictura vero probabilitatem poeticam et ingenium pictoris s. scalptoris mihi quidem videtur superare. Harl. Libro suo sequentia adscripserat T. Hemsterhusius: "Hæc pro minus castigatis et modum excedentibus reprehenduntur; has enim vivas actiones cælatura non capit: ut justæ accusationi aliquatenus subscribere non abnuero, sic tamen exempla principum poetarum, quibus nimis evagata Theocriti libertas excusetur, minime desunt. Ejus generis haud pauca studiose collegit Jo. Frid. Gronovius in Diatribe Stat. p. 22. etc. Servius ad Virgil. Æn. i. 487. viii. 634." Niclasius scite ita: "Quæ modestior quidam leniturus fuisset μειλίγματι aliquo, 'videtur,' 'dicas,' 'putes,' hoc vel illud fieri, id poeta fieri dicit simpliciter.—Et quidni in sculpturæ hujus ἐκφράσει quædam supplerint ingenium et phantasia enarrantis cuprarii?" Eodem redeunt quæ Van Driel pro hac descriptione dixit. Kiessl.

36. ἀλλ' ὀκὰ μὲν] hanc Heinsii et Wartoni emendationem pro vulgato ἄλλοκα μὲν receperunt Brunck., Valckenarius in altera editione (quum in prima ἄλλοκα μὲν locis Homericis Iliad. xxi. 464. 466. xviii. 472. 159. v. 595. et Theocrit. Id. iv. 43. defendisset) atque omnes post hunc editores. Ad tuendam lectionem receptam Brunck. hæc exempla attulit: Homer. Iliad. xi. 64. sq. xviii. 599. 602. xx. 49. sq. Apollon. Rhod. iv. 945. Oppian. Halieut. v. 401. 2. —Accentum in ὀκὰ primus correxit Schaeferus. Ceterum quam pro mutata lectione Brunck. affert dialectices rationem, hæc non violatur, etiamsi ἄλλοκα μὲν retinetur, quum omissa particula adversativa enuntiationum ad se invicem relatio non tollatur. Concitatior enim oratio omittit conjunctiones, quarum vinculis sedatior membra connectit.—Præter γελεῦσα extant in Cdd. formæ γελῶσα, γελοῖσα, γελᾶσα. Kiessl.

38. κυλοιδιόωντες] Schol. interpretatur, οἰδοῦντες τὰ κοῖλα τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς, 'quibus inferiores palpebræ tument.' A voc. igitur κοῖλον derivatur, quod uberius interpretatur Foesius in Œconomia Hippocratis p. 343. sed errat, cum contendit, vitiosam esse scripturam κυλοιδ. Prima quidem scriptura fuerit κοιλοιδιᾷν, sed, id quod Valcken. jam monuit, sonum auribus ingratum usus in κυλοιδιᾷν mutavit. Imo vero κῦλα et κυλοιδιᾷν ubique scribendum esse, statuit Ruhnken. ad Timæum p. 169. ubi de hoc verbo egregie disputat. In hoc quoque versu poetam μοχθίσδοντι scripsisse credit Valckenar. et ita Brunck. excudi fecit, quos Dahl. secutus est. Harl. De hujusmodi formis, qualis est κυλοιδιόωντες pro κυλοιδιῶντες, in quibus versu flagitante ante vocalem longam ex contractione ortam brevis vocalis ejusdem soni auditur, subtiliter disputat vir doctissimus in Ephemer. Liter. Jenens. 1809. No. 244. c. 134. sq. Kiessl.

39. τοῖς μέτα vertendum esse 'præter hos,' primus monuit Schaeferus, comparans Idyll. xvii. 84. xxv. 129.—Usum verbi ἐοικὼς illustrat Jacobs. his locis: Hes. Scut. 213. sqq. 228. Apoll. Rh. i. 738. Kiessl.

Λεπρὰς, ἐφ' ᾇ σπεύδων μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει
Ὁ πρέσβυς, κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς.
Φαίης κεν γυίων νιν ὅσον σθένος ἐλλοπιεύειν·
Ὧδέ οἱ ᾠδήκαντι κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες,
Καὶ πολιῷ περ ἐόντι· τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἅβας.
Τυτθὸν δ' ὅσσον ἄπωθεν ἁλιτρύτοιο γέροντος
Πυρναίαις σταφυλαῖσι καλὸν βέβριθεν ἀλωά·
Τὰν ὀλίγος τις κῶρος ἐφ' αἱμασιαῖσι φυλάσσει
Ἥμενος· ἀμφὶ δέ μιν δύ' ἀλώπεκες, ἁ μὲν ἀν' ὄρχως
Φοιτῇ σινομένα τὰν τρώξιμον, ἁ δ' ἐπὶ πήραν
Πάντα δόλον τεύχοισα τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνήσειν

40. λεπράς] Schol. λευκή. Alii explicant 'asperam,' quia lepra cutem scabram faciat. Schneider. ex Oppian. Halieut. i. 129. niedrige Felsen an sandigen Ufern.—Cogitandus est senex rete in mare projiciendum omni vi per rupem attrahere, non autem rete mari jam immissum trahere εἰς γρίπισμα, seu εἰς ἄγραν. Unus cd. ἐφ' ἄν. Kiessl.

42. γυίων ὅσον σθένος pro κατὰ τόσον σθένος, ὅσον γυίων ἐστίν, h. e. 'omnibus membrorum viribus.' Harl. Imo, si quid præter ἐστὶ supplendum, sic: τοσοῦτον ὅσον ἐστὶ γυίων σθένος. Kiessl.

43. ὧδε (poetice pro οὕτως) ex principibus edd. Med. Flor. Aldinaque et cdd. optimis cum Heinsio et Reiskio restituerunt Valcken. et Brunckius. αἱ δὲ, quæ est lectio unius cd. Flor. Callierg. et Stephani, venit in editt. Winterton. Warton. et alias. Ἶνες sunt 'fibræ;' male vertuntur 'venæ,' quæ φλέβες vocantur. v. Foesii Œcon. Hippocr. et Schol. Harl. Ἶνες sunt, quæ apud Callimachum in Hymno Cereris v. 93. (quem locum tractat Valck. in Callimachi Eleg. Fragm. p. 27.) dicuntur νευραί, alibi νεῦρα. A. Gellius N. A. xiii. c. xxii. p. 613. (p. 179.) (Græci) "vincula et firmamenta membrorum νεῦρα dicunt; unde nos quoque nervos appellamus." Ibidem Valckenario Siciliensis verbi forma ᾠδήκοντι videtur antiquitus hic fuisse scripta, quia non jam præteritum, sed præsens verbi tempus requiratur. At hoc ipsum, quod Valck. vult, inest in ᾠδήκαντι. Etiam apud Philostrat. Ic. i. 13. piscator ἐρέττει μάλα διεξῳδηκότι τῷ βραχίονι. Kiessl.

45. τυτθὸν ὅσσον] 'non procul.' Supplendum esse et ita plene efferendum, τοσοῦτον διάστημα ὅσον ὀλίγον, jam dixit Scholiastes. Harl. Recte. Ita Æsop. Fab. 16. μικρὸν δὲ ὅσον ὑποχωρήσας·· quod malim sic expedire, ὑποχωρήσας ὅσον μικρόν ἐστι (conf. Hermann. ad Aristoph. Nub. 1. ad Viger. p. 726. et Heyne ad Virgil. Ecl. vi. 16.) quam cum C. E. Ch. Schneidero V. Cl. in Indice, μικρὸν ὑποχωρήσας, ὅσον ὑπεχώρησε, parvum erat quantum recessit, i. e. paullulum recessit. ἁλίτρυτος γέρων est, qui marino vitæ genere 'detritus jam ac retorridus' est; ut scribit Gellius xv. 30. notante Huschk. ad Tibull. i. p. 3. Kiessl.

46. 47. Fundus est Homer. Iliad. xviii. 561. de αἱμασ. v. Mollum ad Longi Pastor. p. 397. ed. Bod. Harl. Add. Hesiod. Scut. 300. ibique Heinrich. De voc. αἱμασιὰ conf. Brunck. ad Idyll. ζ. 22. Voss. ad Virg. Georg. p. 399. Πυρναῖος i. q. πύρινος, a πῦρ. Ita Zimmermann in Obss. in hoc Idyllium, quas 1807. Giessæ edidit.—Ὀλίγος de numero proprie ponendum, pro μικρὸς hic illic, raro tamen, post Homerum alii dixere poetæ, frequenter vero duo maximi novatores Nicander et Callimachus. Ita Valck. ad Callim. Fr. p. 255. De eodem verbi ὀλίγος usu Reiske citat Victorii Var. Lect. 36. 18. conf. Theocr. xxii. 113. Kiessl.

48. 49. ὄρχος et ὄρχατος 'ordo vitium.' v. Eustath. ad Il. ξ. p. 958. 11. et Mitscherlich. ad Horat. C. iii. 1. 9. quos laudat Heinrich. ad Hesiod. Scut. 296. Kiessl. Πήραν cdd. optimi et editiones princip. πήρᾳ, quod pauci cdd. habent, et sq. versu ἀνασεῖν Brunck. ἀνάσειν Ald. Reiske, Warton. etc. ἀνήσειν edd. Florent. Steph. Winterton. et Valcken.—Toup. comparat Alciphron. iii. Epist. 21. Harl. De vulpibus uvarum appetentibus vid. Cantic. ii. 15. Phædr. Fab. iv. Bochart. Hieroz. 1. 3.

Φατί, πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.
Αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν,

13. Oppian. Cyneg. iii. 458.—In nullo cod. inventa lectio δόλον κεύθοισα memoratur in scholiis. Kiessl.

51. ἀκράτιστον] hanc omnium pæne librorum lectionem ab altera lectione ἀνάριστον, quæ in Cod. Fulvii Ursini reperta dicitur et placuit Is. Vossio, Toupio, atque a Brunckio in textum primo recepta fuerat, (quum tamen metro adversaretur, v. Theocr. xv. 147. Aristoph. Av. 1601. Eccles. 348. Clark. ad Iliad. ω. 124. K.), bene defendunt Niclas, Valcken. et Brunck. in notis p. 66. qui cum H. Stephan. Thesaur. Tom. ii. col. 136. B. derivat a κρατέω, et adjectivum interpretatur τὸν μηδενὸς ἐγκρατῆ. adde Porti L. Dor. h. v. Wartoni conjecturam πρὶν ἢ 'νάριστον ἔτι ξηρόν τε καθίξῃ probat Valcken. quod ad emendationem τοῦ 'νάριστον attinet; jure autem rejicit ἔτι ξηρόν τε. Idem in textum recepit lectionem plurium codd. et Calliergi etc. καθίξῃ. Stephanus dedit καθίξοι cum duobus codd. Brunck. καθιξῇ (quod utrumque jam Casaub. cum schol. vitiosum censuerat. K.). καθιξεῖ vel καθίξει plures cdd. apud Gaisford. etiam Aug. κάθιξεν Ald., καθίξεν in codice inventum præfert Casaubonus. Atque ἐπὶ ξηροῖς καθίζειν Anna Fabri bene vertit, 'mettre à sec,' ut vacuum e jentaculo ciboque puerum redderet. conf. Ernesti ad Callim. H. in Cerer. 114. p. 253. Hemsterhus. ad Aristoph. Plutum, p. 288. b. καθίζειν autem in talibus loquendi formis significat 'reddere,' 'efficere' (Add. Schneid. ad Memor. ii. 1. 12. K.) Harl. Locutio ἐπὶ ξηροῖς καθίζειν, 'in sicco collocare' (Thucyd. i. 109. τὰς ναῦς ἐπὶ τοῦ ξηροῦ ἐποίησε), sensu improprio nihil aliud significat nisi 'bonis evacuare,' 'exuere,' 'egenum reddere;' uti αὖος est 'egenus,' de quo v. Valcken. ad Adoniaz. p. 292. C. item ξηρός, Idyll. viii. 44. Quæ vis obstat, quo minus probetur lectio ἀκράτιστον sic quidem intellecta, ut intellexerunt post Stephanum primum interpretem Brunck., Harles., Henr. Vossius, quorum hic commemorat illum poetarum usum, quo ponunt adjectivum notans rem effectam loco rei efficiendæ (de quo usu conf. Rutgers. Ouwens in Noctib. Hagan. iii. 3. p. 369. sqq. Wunderlich. Obss. ad Tibull. p. 105. Schaefer. ad Theocr. p. 215. Hermann. ad Viger. p. 897. et quem hic laudat, Seidler. ad Eurip. Electr. 442.). Sed in locis a viris doctis collectis hæc fere ratio valet, ut adjectivum aut participium illud per πρόληψιν positum novi quid significet, quod per illa alia, quæ addita sunt, efficiatur. Atqui in nostro loco inanis tum est tautologia: 'priusquam egenum egenum reddiderit:' quam non satis defenderis loco Pindar. Pyth. xi. 14. στρατὸν ὁμηγυρέα καλεῖ συνίμεν, i. e. 'cœtum congregatum jubet congregari' vel 'coire,' interprete Huschkio de Orphei Argonauticis p. 38. Merito igitur Ahlwardt. et Dahl. hanc lectionem rejecerunt. Neque vero illud satis elegans videtur, quod ab interprete Italo Pagnini propositum Drexlius (in Obss. spicilegio Paviæ 1793. edito) probavit, ἢ 'νακράτιστον. Quasi vero, quod improprie et venuste verbis ἐπὶ ξηροῖσι καθ. dictum esset, idem perspicuitatis scilicet causa proprio vocabulo exprimi potuerit! Melius loco consuli videtur, si legeris πρὶν ἢ ἀνιαρὸν—quo verbo utitur Noster ii. 55. sicque Tibull. ii. 3. 73. "nullus erat custos, nulla exclusura dolentes Janua:" aut, quod propius abest a similitudine literarum vulgatæ lectionis, ἀχάριστον, 'pro quo ille gratiam mihi referet nullam.' Kiessl.

52. ἀνθερίκεσσι] Vide Schol. et plura apud Foesium in Œcon. Hippocrat. h. v. Spanhem. ad Callim. H. in Delum v. 193. p. 508. sq. Ern. Triller. Observatt. p. 109. qui jam laudavit Jo. Bod. a Stapel ad Theophrasti Histor. Plant. lib. i. cap. 7. p. 17. in primis lib. vii. cap. 12. p. 869. copiose de illo asphodeli genere disserentem. Harl. ἀνθερίκεσσι] caulibus Asphodeli. 'Ανθέριξ est caulis asphodeli; ἀνθέρικος vel ἀνθέρικον ejus fructus vel flos, testibus Scholiast. Theocr. et Nicandr. nec non Dioscor. Asphodelus vero, qui hic intelligitur, is esse videtur, quem Asphodelum ramosum Linneus nominat, Germani weisse Asphodill oder Goldwurz. Iconem Clusius Hist. Pl. i. p. 196. et ex eo Bodæus a Stapel ad Theophr. p. 873. sub Asphodeli I. ramosi nomine habent. Quomodo vero ex his ἀνθερίκεσσι locusticipulas suas construxerint veterum Græcorum pueri, nos jam latet. Schreb. Eustath. ad Iliad. τ. p. 1206. 7.=1281. 35. ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπὸς ἢ καυλός· ἡ δὲ χρῆσις καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ. Longus in Pastor. i. p. 12. Schaef. ἡ μὲν ἀνθερίκους ἀνελομένη ἦωθεν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήραν ἔπλεκε. Conf. ad h. l. Boden p. 40. sqq. Apud Herodot. iv, 190. Nomadum Africanorum οἰκήματα dicuntur esse σύμπηκτα ἐξ ἀνθερίκων ἐνερμένων περὶ σχοίνους.—'Ακριδοθήρα est decipula capiendis locustis apta factaque (Feldheimenfalle). 'Ακρίς, 'locusta,' et

Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων· μέλεται δέ οἱ οὔτέ τι πήρας,
Οὔτε φυτῶν τοσσῆνον, ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖ.
Παντᾶ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος,
Αἰολικόν τι θάημα· τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξαι.

τέττιξ, 'cicada' (Baumgrille) diversa sunt animalia. v. Dorville ad Chariton. p. 515. sq. Lips. utrasque autem a veteribus captas et animi causa caveis inclusas fuisse, docent loca a Dorvillio collata. Hodienum cicadas sic caveis inclusas in Hispania in mulierculaurm cubiculis asservari, narrat Fischer. in Ephem. Geogr. 1799. m. Sept. p. 448. Cavea vocatur Grilleria. v. Osbecks Reise p. 20. qui liber citatur in Allgem. deutsche Bibl. Bd. 44. St. 1.—Brunck. ad Æschyli Sept. c. Th. p. 346. ubi Simmiæ epigramma affertur, et Zimmermann. in Obss. in hoc Idyllium.—Dahl. nostro loco lectionem multorum et bonorum cdd. ἀκριδοθήκαν prætulit, quam lectionem item tres codices in loco Longi ad nostrum expresso exhibent. Vulgatam tamen nondum repudio. Quidni enim pastores has bestiolas decipulis venati fuerint, ne manibus apprehensas læderent? Kiessl.

53. πήρας pro πήρης Brunck. et Valcken. in altera editione, quos recentiores secuti sunt.—Pro σχοίνῳ viro doctissimo nescio cui hic σχοῖνον placuisse, quia ἀνθέρικες junceo filo jungebantur, monuit Valcken. Kiessl.

54. περὶ πλέγματι] v. de hoc usu præpos. περὶ Schaefer. ad Longum, p. 337. Kiessl.

55. ὑγρὸς ἄκανθος] Beckius in Comm. Acad. de Interpretatione Vett. Scriptor. 1791. 4. editis a pag. 18. sqq. de vocabulo ὑγρὸς ita disputat, ut doceat, ὑγρὸν, quod descendit a stirpe ὕγω (Lat. 'sugo:' cf. Scheidius ad Lennepii Lex. Etym. Gr. T. ii. p. 1019. s. add. Riemer. in Lex. Gr. sub ὕω), non quodvis humidum proprie significasse videri, sed quod humore aliquantum intumuisset, ita ut si quis leviter tangeret, sentiret molliter illud cedere. Unde ὑγρὰ κέλευθα Homerus et simpliciter ὑγρὴν mare dixit, ubi de mari placido et leni intelligi vult; idem ὕδωρ (Odyss. iv. 458.), ἔλαιον, γάλα appellavit ὑγρόν, et Odyss. xix. 440. μένος ἀνέμων ὑγρὸν ἀέντων commemoravit. Quem loquendi usum posteriores imitati sunt, in his Theocritus Idyll. xviii. 45. xv. 117. Deinde omnino quicquid aquosum, humidumve esset, ὑγρὸν dictum est, ut fluctus, fluvii. Denique, quicquid humorem contineret, aut liquore conspersum esset, ut ὑγρὸς ἀγκὼν Soph. Antig. 1236. (1222. ed. Erf. min.). Ex prima notione fluxerunt tropicæ quædam significationes vocabuli, in quibus regnaret notio mollioris tumoris. Sic Pindaro dictum Pyth. i. 17. ὑγρὸν νῶτον aquilæ Jovis sceptro insidentis, i. e. dorsum quod pennis paullulum elatis intumuerit, tactu tum admodum molle, ut solet esse in aviculis dormientibus. Anacreont. Od. xxviii. 21. ὑγρὰ ὄμματα (Horat. Od. i. 36. 17. "putres oculi"), oculi aliquantum tumentes, hincque molliores, quales sunt lacrimis aut humore suffusi.—Virgilius Eclog. iii. 45. Theocriti ὑγρὸν ἄκανθον "mollem acanthum" reddidit, quod non nisi partem imaginis, quæ in Græco est, exprimit. Inest enim etiam hoc, quod flectitur facile et amplectitur omnia, ut surgentes herbæ plures, quæ succo leniter turgent. Hactenus Beckius. Virg. Georg. iv. 123. "flexi vimen acanthi." Plin. Epist. v. 6. 16. "acanthus in plano mollis, et, pæne dixerim, liquidus." §. 36. "acanthus hinc inde lubricus et flexuosus." Niclasius ad locum Theocrit. hæc habet: "pingit hoc epitheton illud genus acanthi, quod læve est et proprio nomine παιδέρως, item μελάμφυλλον audit, cui ab Dioscor. iii. 19. φύλλα λεῖα et καυλὸς λεῖος tribuuntur, cum alterum genus 'aculeatum' sit et 'crispum.' Plin. xxii. 34." Add. inprimis Vossius ad Virgil. Ecl. p. 125. Παντᾶ Valcken. Dahl. Jacobs. v. ad viii. 41. πάντα Reiske. ut hedera superiorem poculi oram ambibat, sic inferiorem binasque ansas acanthus ornabat. Kiessl.

56. αἰολικὸν] recte, quum nauta sive mercator, a quo suum illud poculum emerat aliquando, tantum artis admirandæ 'prodigium, ut Thyrsidis illud mentem stupefaceret,' fuerit Calydonius sive Æolicus. v. Schol. Casaub. et interpretes ad h. l. atque Hesych. sub h. v. ibique Alberti. Vulgatum αἰπολικόν, quod ut in scriptis codicibus plerisque veteribusque editionibus, ita etiam est in cod. August. i. e. ποιμενικόν, placet Koehlero. [Αἰπολικόν vel propterea non probandum, quod teste Clitarcho ap. Athen. xi. 7. Æoles τὸν σκύφον vocabant κισσύβιον. Reiskius hæc: "Sæpe Αἰολεῖς et Αἰπωλοὺς inter se permutari, docet Grotius ad Aratum Phænom. V. 255. p. 6. v. etiam Canteri N. L. iii. 5. et Schotti Observatt. ii. 46. qui lectionem αἰο-

Τῷ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ Καλυδωνίῳ αἶγά τ' ἔδωκα
Ὦνον, καὶ τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος·
Οὐδέ τί πα ποτὶ χεῖλος ἐμὸν θίγεν, ἀλλ' ἔτι κεῖται
Ἄχραντον. τῷ κέν τυ μάλα πρόφρων ἀρεσαίμαν,
Αἴκα μοι τὺ φίλος τὸν ἐφίμερον ὕμνον ἀείσῃς.
Κοὔ τοι τὶ φθονέω. πόταγ', ὦ 'γαθέ· τὰν γὰρ ἀοιδὰν

λικὸν auctoritate Phavorini Camertis stabilit."—Thucyd. iii. 102. ἀνεχώρησαν οὐκ ἐπὶ Πελοποννήσου, ἀλλ' ἐς τὴν Αἰολίδα, τὴν νῦν καλουμένην Καλυδῶνα.—Post ἄκανθος malim plene interpungere; nam vs. 56. caprarius omnem operis pulcritudinem cum patria et vi, qua spectantis animum afficiat, complectitur. KIESSL.] τὺ (Dorice pro σέ) θυμὸν (τὴν σὴν διάνοιαν explicat Scholiastes,) more Homeri aliorumque poetarum dixit Theocritus. v. Valck. HARL. Orationis structuram diverso modo expediunt viri præstantissimi Matthiæ in Gram. Gr. p. 567. et Hermann. de Ellipsi et Pleon. p. 567. θάημα suspectum est ob α breve; nam Doricum θαητὸς (Idyll. xv. 84.) est pro Ionico θηητός. adde xxii. 200. θαεῖτο. Quare aut cum Hesychio scribendum θέαμα (vel potius θέημα), aut cum Porsono delendum τί. KIESSL.

57. Vulgo τοῦ, pro ἕνεκα vel ἀντὶ τούτου. [Conf. Hermann. libr. cit. p. 140. 143. et Matthiæ p. 465. Usum verbi διδόναι illustrat Valck. et ad h. l. et ad Adoniaz. p. 240. sq. KIESSL.] Valcken. ex cdd. duobus Flor. et ex Vat. rescripsit Doricum τῶ, quod probavit Reiske, et Brunck. dedit τῶ μὲν ἐγών.—Ὦνος (quod legitur Iliad. ψ. 746. v. Toup. K.) secundum Schol. est, ὃ δίδωσί τις, ἵνα λάβῃ τι τῶν πωλουμένων, aut secundum Hesychium τιμὴ ἡ καταβαλλομένη ἀντὶ τινός. HARL.

58. τυρόεις est adjectivum, et supplendum ἄρτος. τυρόεις γάλακτος igitur non est 'caseus lactis,' sed 'placenta ex caseo et lacte mixtis confecta.' v. Valcken. Sic ψαιστός, scil. σῖτος, vel ψαιστόν, scil. ἄλφιτον, denotat far molitum, vel farinæ vino oleoque imbutæ pugillos. v. Kuster. ad Aristoph. Plutum v. 138. (cujus verba repetit Leisner. ad L. Bos. de Ellips. p. 28. adde locum Timæi a Schaefero ibi allatum. KIESSL.) HARL. Τυρὸς primam habet productam (Idyll. v. 87.), hinc τυρόεντα suspectum est, videturque cum Porsono corrigendum τυρῶντα. Ita ἄρτον τυρῶντα dixit Sophron apud Athen. iii. 25. p. 110. D. Ad Theocriti locum respexit Longus in Pastoral. iii. p. 112. (p. 88. Schaef.) καὶ ἔριφον αὐτῇ δώσειν ἐπηγγείλατο, καὶ τυροὺς ἁπαλοὺς πρωτοῤῥύτου γάλακτος καὶ τὴν αἶγα αὐτήν. KIESSL.

59. οὐδ' ἔτι Valcken. et Brunck. οὐδέτι vulgo. Virgil. Ecl. iii. 43. "necdum illis labra admovi, sed condita servo." HARL. Nos scripsimus præeunte Ald. οὐδέ τί πα, quæ particulæ et alibi conjunguntur et Iliad. α. 242. οὐδέ τί πώ μοι πρόφρων τέτληκας εἰπεῖν ἔπος — β. 252. οὐδέ τί πω σάφα ἴδμεν — Nostro loco ἔτι plane superfluum est. Conf. autem quos de particulis οὔτι πω citat Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 189. — Πα pro πω præter alios codices præbent etiam Mediceus bonæ notæ et Vaticanus. Notandum θίγειν cum accusativo. Pro ἐμὸν Lips. ἐμοῦ. KIESSL.

60. ἀρεσαίμαν, ab ἄρομαι. Homer. Odys. ε. 95. καὶ ἦραρε θυμὸν ἐδωδῇ. KIESSL.

61. αἰκέν μοι] Brunck. αἴκεν in notis tamen probat lectionem Cod. Cæsar. αἴκα μοι. HARL. Hanc lectionem ego quoque prætuli et restitui. KIESSL.

ἐφίμερον ὕμνον] 'carmen pastoribus amabile,' sive, ut Niclas, qui hanc lectionem defendit, probante Reiskio, vertit, 'hymnum amatorium, desiderativum;' et Warton. animadvertit, epitheton illud ἐφίμερος etiam Idyll. viii. 82. conjungi cum φωνᾷ. Valck. tamen cum Heinsio, cujus longam et ingeniose explicitam conjecturam et observationem Warton. quoque repetiit, nec tamen probat, malit scribere τὸν ἐφ' Ἱμέρᾳ ὕμνον, n. carmen bucolicum de infortunato Daphnidis amore prope Himeram, fluvium in Sicilia, primum cantatum. HARL. Heinsii rationi hoc maxime obstare videtur, quod quum, Stesichorus Himeræus (Ælian. V. H. x, 18.) aptissime dicatur ποιητὴς ἐφ' Ἱμέρᾳ, minus tamen apte carmen ipsum ὕμνος ἐφ' Ἱμέρᾳ. KIESSL.

62. κοὔ τί τυ κερτομέω, 'nec sane habeo te ludibrio, nec sane hæc dico tui irridendi causa,' rescripsit Brunck. ducibus codd. Vaticanis et Scholiasta; atque antea Casaubonus, Valcken. et Niclas. hanc bonam lectionem ingenio potius Theocriti,

Οὔ τι πα εἰς Ἀΐδαν γε τὸν ἐκλελάθοντα φυλαξεῖς.
Θυρ. Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Θύρσις ὅδ' ὡ'ξ Αἴτνας, καὶ Θύρσιδος ἅδ' ἁ φωνά.
Πᾶ ποκ' ἄρ' ἦθ', ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾶ ποκά, Νύμφαι;

quam librarii alicujus dignam esse judicarunt ac probarunt. — De dorismo πόταγ' pro πρόσαγε v. Gregor. Cor. de Dial. p. 193. ibique Koen. Harl. Equidem sequor Drexlium statuentem, lectionem κερτομέω antiqui alicujus grammatici, non indocti sane neque inficeti, notam marginalem esse, qui quidem meminisset loci Homer. Odys. viii. 153. Λαοδάμα, τί με ταῦτα κελεύετε κερτομέοντες; aut alius similis. Nam quod Dahlius censuit, utramque lectionem ab ipso poeta profectam esse, ita ut alteram in margine adpinxerit, hoc pro arbitrio sumtum, neque argumento idoneo demonstratum est. φθονέω autem, sive Jacobsii explicationem sequeris, cui favet Virgilii Ecl. i. 11. "non equidem invideo," sive aliam, sic est dictum ex antiqua sentiendi ratione, ut lectionem κερτομέω plane excludat. Jacobsii verba hæc sunt: "Hoc quoque ad muneris præstantiam commendandam facit. Nam quæ quis invido donabat animo, præstantissima licet, non augere tamen accipientis opes videbantur, sed imminuere. Hinc passim qui alterum beneficio afficiunt, invidiæ suspicionem a se avertere student; ut Ovidius: 'Parve, nec invideo, sine me liber ibis in urbem.'" Mihi tamen verba potius sic explicanda videntur: 'tibi non invideo insignem canendi facultatem.' Si quis enim invido animo vehementius quam pro animi persuasione laudaret, is laudato nocebat. conf. J. H. Vossius ad Virg. Ecl. vii. 27. p. 362. Kiessl.

63. πα, Doricum, habent aliquot codd. et sic scribendum esse putat post Koenium ad Gregor. p. 189. Brunck. — ἐκλελ. a verbo Siculo λελάθω, orto a præterito tempore λέλαθα. v. Koen. ad Gregor. p. 189. sq. Harl. Cum editoribus recentioribus restituimus πα pro vulgato πω. Nisi in talibus voculis forma Dorica constanter præfertur, non video, quid proprietatis dialecto Doricæ relinquatur. — Mosch. Epitaph. Bion. 21. Οὐκέτ' ἐρημαίῃσιν ὑπὸ δρυσὶν ἥμενος ᾄδει, Ἀλλὰ παρὰ Πλουτῆϊ μέλος λαθαῖον ἀείδει. Hunc locum attulit Jacobsius. Kiessl.

64. De versuum intercalarium, quos παρεμβεβλημένους vocant, iteratione egregie, ut solet, disputat Eichstadtius v. Exc. in Quæstionum Philologicarum Specimine cap. iv. Quod autem idem non dubitat servandæ æqualitatis causa versum 65. qui cantilenæ simplicissimum aliquod prooemium ac veluti præludium (de quo optime judicavit Dan. Heinsius Lectt. Theocrit. p. 201.) continet, versui 64. præponere, ut carmen, cujus cantrices Thyrsis Musas esse bucolicas jusserat, incipiat v. 66. a verbis, πᾷ ποκ' ἄρ' ἦθ' — in eo liceat mihi viri summi sententiam deserere. Quum enim etiam vs. 65. pertineat ad Thyrsidis cantilenam, consentaneum est, ut jam ante hæc verba Musæ invocentur. Tum omnis locus ad vs. 69. proodi instar, quæ liberiore, quam reliqua, lege teneretur, habendus est. Kiessl.

65. ἅδ' ἁ φωνά] Sic cod. Aug. edd. Callierg. Steph. Winterton. Reisk. Valcken. Brunckii et aliæ. Quam lectionem, præ Aldina ἀδέα φωνά (quæ item in edit. Lovan.) aut Koehleri (metrum evertente) emendatione commendat cum auctoritas Gregorii Corinth. de Dial., qui p. 190. (ubi vide Koen.) hunc versum ita scriptum reliquit, Θύρσιος ἅδε ἁ φωνά· tum antiqui moris in exordiis simplicitas: 'Thyrsis Ætnæus hic est, et Thyrsidos hæc est cantilena.' v. Valck. — De Daphnidis vita et fatis v. Ælian. V. H. lib. x. cap. 18. Diodor. Sic. iv. 84. Parthenii Erotica, c. 29. Dorvillii Sicul. cap. iv. p. 25. et Warton. in notis et in addendis, qui jam laudat Hardioni commentat. in Hist. Mem. lit. Paris. Acad. Tom. vi. p. 459. Edit. 4to. 1740. et Tom. v. p. 91. Compara Virgil. Ecl. x. 9. seqq. Harl. Lectio ἀδέα novum defensorem nacta est Gerhardum, V. D. in Lectionibus Apollon. p. 146. Sed quum ἅδ' ἁ et in pluribus iisque bonis codicibus reperiatur (conf. Dorvill. ad Chariton. p. 199. Lips.) neque repugnet legi a Gerhardo l. c. positæ, separatum spondeum in quinto pede vitiosum esse, quandoquidem articulus cum suo substantivo arctissime pronunciando conjungendus est, hanc lectionem nondum rejiciendam esse censeo. — Dioscorid. Ep. xvi. Θέσπις ὅδε τραγικὴν ὃς ἀνέπλασα πρῶτος ἀοιδήν. Unus cd. Regius Θύρσιος, sic Brunckius scripsit, item cum Gregor. Corinth. p. 190. idque Koenius e dialecto positum videri posse indicat. v. Gregor. §. cxxi. p. 311. Apud Pindar. Pyth. vi. 38. Πάριος pro Πάριδος. Kiessl.

66 — 69. Daphnidis morituri scenam

Ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω;
Οὐ γὰρ δὴ ποταμῶ γε μέγαν ῥόον εἴχετ' Ἀνάπω,
Οὐδ' Αἴτνας σκοπιάν, οὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,
Τῆνον χὠ 'κ δρυμοῖο λέων ἀνέκλαυσε θανόντα.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι,
Πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο.

circa ipsas Syracusas vel in earum vicinia constituit Theocritus. Is enim vs. 117. moriens valedicit Arethusæ et Thymbridi prope Syracusas. v. Warton. 'Tempe' in Thessalia, amœnissimus tractus, v. Ælian. H. V. lib. iii. 1. quæ medius Peneus perfluit (v. J. H. Voss. ad Virg. Georg. p. 840. K.); 'Pindus' mons in Thessalia in finibus Macedoniæ et Epiri (cf. Strab. ix. c. v. §. 12. p. 434. Cas.); fluvius etiam fuit ejusdem nominis. v. Schol. et Ælian. x. 48. Strab. ix. c. 4. §. 10. 'Anapus,' fluvius ἐν Συρακούσαις τῆς Σικελίας. Liv. xxiv. 36. v. infra ad vii. 151. 'Acis,' hodie Chiaci, amnis ex Ætna in Sicilia decurrens. v. Vibium Sequestr. p. 4. et Oberlin. ad illum p. 66. sq. (Ovidii Fast. iv. 468. sq.) Ornate vero scripsit Theocritus pro hoc, Nymphas Daphnide morituro abfuisse. — ἦθ', 'eratis,' ex pr. edd. revocarunt Reiske et Valcken. Vulgatum ἦσθ' servavit Brunck. et in notis parum interesse scribit, ἦσθ' scribatur, an ἦθ', quia ἦσθ' non est Æolicum ἦσθα, 'eras,' sed ἦσθε, 'eratis,' ab imperfecto med. ἥμην. —conf. Virgil. Ecl. x. 9—12. Harl. De particulis ἢ — ἢ conf. Censor. in Ephem. Lit. Jen. 1809. No. 246. Ad Πίνδω intellige τέμπεα, ut Pindi valles amœnæ intelligantur; nam κατὰ Πίνδω esse non potest 'in Pindo.' — Dahl. citat Aristoph. Nub. 270. sqq. add. Ovid. Met. i. 569. ibique interpretes. Kiessl.

68. ποταμῶ γε Brunck. ex Florentina. Harl. Recepimus pro ποταμοῖο cum Schaefero, quem vide ad h. l. et ad Dionys. de Comp. Verb. p. 230. Kiessl.

71. θῶες] feri canes, 'Schakallen,' quorum Chandler in Reisen in Klein-Asien frequenter facit mentionem, qui tamen æque ac 'leones' hodie in Sicilia non reperiuntur, at vel olim fuisse ibi tradebantur, vel ad augendum luctum a poeta fingebantur: quare neque accusandus est poeta, neque cum Grammaticis frigide legendum ἂν ἔκλαυσε. conf. Virgil. Ecl. v. 27. ibique interpretes, et Bion. i. 18. 94. sqq. (Jacobsius hæc præterea loca collegit: Dionys. Epigr. ix. ἀμφὶ δὲ τύμβῳ Σεῖο καὶ ἄκλαυτοι γλαῦκες ἔθεντο γόον. Nonn. Dion. xv. p. 456. 10. Hymno interfecto καὶ δάμαλις δάκρυσε καὶ ἔστενεν ἀχνυμένη βοῦς. et paulo post: ἀναυδέες ἔστενον ἄρκτοι, Καὶ βλοσυροῖς βλεφάροισι λέων ὠδύρετο Βούτην. Kiessl.) Harl. Θῶς illud est animal, quod 'canem aureum' Linneus, Persæ 'Schaçall' vocant. Conf. Comitis a Buffon Hist. Nat. Tom. 13. p. 137. 138. "Lupus aureus" Oppiani. Male lupus cervarius in versione Latina; hic enim lynx est, a thoe diversissimus. Schreb. Versionem Latinam correximus. In nota manu scripta Harles. citat Harduin. ad Plin. H. N. viii. c. 34. et Ælian. N. A. i. 7. — Vossii explicationem hujus loci ad Virgil. Ecl. v. 27. p. 246. propositam nemo facile probaverit. Confer tamen eundem ad Eclog. p. 392. sq. Kiessl.

73. Μῶσαι, πάλιν, et deinceps fere semper, dedit Brunck. atque antea hæc quorundam codicum lectio jam placuerat Wartono. Harl.

74. Virgil. Ecl. x. 16. "stant et oves circum." — Particulæ δέ τε, quas e tragicis exulare jubet Hermann. ad Viger. p. 836. recurrunt vs. 82. xv. 120. Kiessl.

75. πολλαὶ δὲ δαμ. omisso αὖ edit. Brunck. cum pluribus cdd. Δαμάλην Scholiastes, quem vide, poeticum esse vocabulum dicit; Gregor. vero Corinth. de Dial. p. 257. Doribus adserit. Conf. Warton. qui Theocritum ab injuria Scaligeri, Poet. lib. v. cap. 5. bene defendit. Harl. Scaligero reprehendenti poetam, quod vs. 74. oratio decrescat, quum quem thoes lugeant, et lupi, et leones, nihil mirum sit, eum domesticum pecus lugere, respondet Warton., illa quæ finxit poeta de feris, haud-

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ἦνθ' Ἑρμᾶς πράτιστος ἀπ' ὤρεος, εἶπε δέ, Δάφνι,
Τίς τυ κατατρύχει; τίνος, ὦ 'γαθέ, τόσσον ἔρασσαι;
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ἦνθον τοὶ βῶται, τοὶ ποιμένες, ᾡπόλοι ἦνθον.
Πάντες ἀνηρώτευν, τί πάθοι κακόν. ἦνθ' ὁ Πρίηπος,
Κἤφα, Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι; ἁ δέ τε κώρα
Πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται
(Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.)

quaquam connecti cum illis quæ de pecore. Kiessl. Δαμάλεις, ut scribitur in cdd. Vat. et Barocc. non est Theocriteum: neque ab aliis observatur ab Ammonio et Thoma adnotatum inter voces δαμάλη et δάμαλις discrimen: ex Aristophane περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν hæc etiam excerpta leguntur apud Eustath. Hom. Od. ι. p. 350, 7. Βοῶν — Ταῦροι μὲν οἱ τέλειοι καὶ ἐνόρχαι. αἱ δὲ θήλειαι Βόες μόνον. τὰ δὲ νέα Δαμάλαι, καὶ Δαμάλιες, καὶ Μόσχοι, καὶ Πόριες, καὶ Πόρτιες, καὶ Πόρτακες. Valck.

77. ἀπ' ὤρεος (pro οὔρεος) duo codices Flor. et Vat. Winterton. Valck. et Brunck. De dorismis in hoc versu v. Gregor. Cor. de Dial. p. 196. sq. ibique Koen. Mercurius vero uti inter pastorales deos primus dignitate, ita hic primo loco ponitur. Diodorus tamen Siculus iv. cap. 84. p. 327. et Donatus, aut quisquis auctor fuerit, in vita Virgilii p. 178. Tom. i. ed. sec. Virgil. Heyn. Siciliensem Daphnin Mercurii filium fuisse tradunt. Harl. De Mercurio pastoralibus diis annumerato hæc loca Jacobsius citat: Leonid. Tar. Ep. 27. Hermocrat. Ep. 2. Arnald. de Diis Assess. p. 137. eidemque sermo Mercurii expressus esse videtur ex carmine Sapphus ap. Dion. Halic. T. ii. p. 26. — Valcken. monet, patri minus convenire illud: τίνος, ὦ 'γαθέ, τόσσον ἔρασσαι. Piersono, cui ὤρεος suspectum esset, quod nec Valckenar. plane probat, οὐρανῶ in mentem venit. At recte Jacobs. in Animadv. in Carm. Theocriti præmissis edit. Bionis et Moschi p. 6. interpretatur 'ex silvis,' h. e. pascuis. — Ἔρασσαι (ab ἔρâμαι) recte Stephanus, quem non deserere debebant Reisk. (qui ἔρασαι reliquit) et Brunck. (qui scripsit ἐρᾶσαι). Ἐράομαι semper passive dicitur: hinc suspecta est lectio loci Idyll. ii. 149. Kiessl.

80. Compara Virgil. Ecl. x. 19. Βῶται autem (Dorice pro βοῦται) sive βουκόλοι, 'bubulci,' honestissimi habebantur pastores: αἰπόλοι, 'caprarii,' fuerunt infimæ dignitatis. Medium inter illos, secundum quorundam sententiam, tenuerunt ποιμένες, 'opiliones:' vide Donatum in vita Virgilii p. 176. adde v. 86. Obtinuerat tamen usus, uti cel. Heyne ad Donati locum monet, ut βουκόλοι eodem modo, quo ποιμένες, omnino de quocunque pastorum genere dicerentur. adde Schol. item Warton in Diss. Prælim. de Poesi Bucolica etc. pag. 31. sqq. et Hardion. de pastoribus Theocriti in Memoir. de Literat. des I. et B. L. Paris. 1746. p. 534. sqq. Harl.

81. Πρίηπος (ut vs. 20. et Mosch. iii. 27.) dedit Valcken. (quem recentiores editores secuti sunt. K.) quia in sua dialecto sic cum Ionibus scripsisse videbatur poeta. Harl.

82. Τί νυ Brunck. — Mox ἁ δέ γε Reiske, ἁ δέ τυ Brunck. vulgatum ἁ δέ τε defendit Casaubonus p. 55. (qui tamen τε pro σε Dorice positum esse perperam statuit. Etiam Valck. scribi vult τὲ = σέ. Kiessl.) et retinuit Valcken. conf. Gregor. de Dial. p. 200. sqq. cum censura Koenii. Harl. ἁ δέ γε cd. Neapol. et ed. Call. — Koenius p. 202. lectionem Brunckii videtur præferre. Kiessl.

83. πᾶσας — κράνας (pro vulgato πᾶσαν — κράναν, quod et ipsum in cdd. reperitur. K.) Brunck. restituit ex pluribus cdd. φορεῖται, schwebt, eleganter signat animi motum et celeritatem quandam cursus. Imitatur Bion i. 23. Harl. Noli nimium in φορεῖται quærere. Kiessl.

84. Hic primum pro φίλαι, πάλιν habet 9. (is est cod. Colbert. a Sanctamando collatus. K.) in versu intercalari. Sic est rursus v. 80. sed gl. adnotat ibi γρ. φίλαι. v. 94. neutrum apparet, adeo ut versus claudicet, v. 99. est πάλιν. sic et v. 104. at v. 108. integer plane deest, 111. rursus est φίλαι. Versus vero intercalaris qui in edit. Heins. est 114. ponitur præpostere in Ms. inter vv. 115. et 116. ibi autem

Ζατεῦσ'. ἆ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμάχανος ἐσσί.
Βώτας μὰν ἐλέγευ· νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας.
Ὡιπόλος ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας, οἷα βατεῦνται,
Τάκεται ὀφθαλμὼς, ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

πάλιν legitur. v. 119. rursus φίλαι. denique 122. πάλιν. Sanctam.

85. Mira est varietas lectionis et interpretationis. v. Heinsius, Warton. et Valcken. ζατεῦσα, δύσερως, nonnulli cdd. Ald. Reisk. ζατοῖσα, duodecim cdd. apud Gaisf. ζατεῦσ'. ᾇ, Warton. ζατοῖσ'. ἆ, Steph. Winterton. Valcken. (In edit. altera cum Hemsterh. et Brunck. dedit ζαλοῖσ'. ἆ —. K.) quod reposui. Heinsius conjecit ζατῶσ'. ἆ—, quod cum glossis Gr. ὑποπτεύουσα vel φράζουσα explicat 'suspicans,' 'dicens.' Mihi vero placet conjectura Wartoni et Hemsterhusii, a Brunckio recepta, ζαλοῖσ'. ἆ —, 'quæ æmulatione capta, suspectum amatorem habuit;' eamque eodem viro Græce doctissimo arbitror, verba, quæ sequuntur, esse Priapi, non Nymphæ, quæ quidem non quærebat Daphnin ad Ætnam commorantem et inventu facilem, sed ut adspectum perfidi amatoris vitaret, infenso animo longe a locis, in quibus degebat pastor, per montes et silvas aufugiebat. Mox ἀμάχανος Valck. et Brunck. (quos recentiores sequuntur. μᾶχος est Idyll. ii. 95. K.) 'cujus inconstantia nullo modo mutari potest.' Harl. Sic ἀμήχανος is diceretur, in quem nullæ machinæ quicquam valent, nullis machinis expugnabilis. Usitatior tamen, quando homines dcc. ἀμήχανοι, est vis activa, 'consilii inops.' De δύσερως conf. Valcken. ad Callim. Fragm. p. 239. sq. et quem ibi citat, Hemsterhus. ad Lucian. Timon. p. 138. 42. — Verissime monuit Jacobsius et in animadvers. in carmina Theocriti et ad h. l. in edit. Theocr., hanc de Daphnidis amoribus fabulam non esse ex aliis scriptoribus explicandam, quippe quorum nullus cum Theocrito satis amice conspiret. Ex ipso igitur Thyrsidis carmine hoc solum intelligitur, Daphnidem puellæ alicujus amore correptum præmaturo fato obiisse. Hoc ei Venus paraverat irata, quod se Amoris impotentiam superaturum esse jactaverat, cf. 97. Verum Daphnis quamvis gravissimo dolore correptus, tamen non cedit amori, sed in ipso certamine perit, Venere ipsa invita. — Incertissimum est, quod tamen Heinsius pro certo ponebat, puellam, quæ h. l. commemoratur, Echenaidem illam esse, cujus Parthenius v. 'E. Π. c. xxix. mentionem facit; hacque Heinsii opinione nititur Hemsterhusii conjectura ζαλοῖσ'. Jacobsius servandam censet vulgatam scripturam, quam cum vetere enarratore sic explicat, ut 'Daphnidis consolandi causa Priapus hoc finxisse existimetur.' — Mihi videntur difficultates hujus loci sic expediendæ esse. Certum est e vs. 97. Daphnidem adjuravisse, nunquam se ab Amore superatum iri. At Veneris fraude factum est, ut puellæ cujusdam amore inflammaretur. Hæc igitur puella ubique Daphnidem in pascuis investigabat; sed Daphnis amori non cessit tamen. Atque hoc ipsum est, quod Priapo mirum videtur, et ob quod vocatur δύσερως et ἀμήχανος, infelix amator et consilii inops, qui amoris desiderio perit et tamen a puella amata investigatur. — Addo Hermanni notam p. xiv. "Scribendum puto ζάτευ': 'quin quære eam.' Utuntur hoc verbo Hom. h. Apoll. 215. Merc. 392. Hesiodus O. et D. 398. Vulgatæ lectioni res ipsa repugnat. Neque enim quærebat, sed fugiebat Daphnin puella. Nonnus xv. 307. p. 430. 20. ἆ πόσα Δάφνις ἄειδεν ὁ βουκόλος· ἀμφὶ δὲ μολπῇ παρθένος ἀστιβέεσσιν ἐκεύθετο μᾶλλον ἐρίπναις, ποιμενίης φεύγουσα βοῆς μέλος. Adstipulatur Virgilius, qui e præcedentibus Theocriti verbis illud hausit, "tua cura, Lycoris, perque nives alium, perque horrida castra sequuta est." — Locus Nonni favet conjecturæ Bindemanni φεύγοισ'. Kiessl.

86. Βώτας dedi cum Valcken. pro vulgato βούτας· μὲν vero vett. editionum cum Winterton. Reiskio et Brunckio retinui; nam in cæsura positum producitur. Heinsius, quem reliqui secuti sunt, dederat μάν. At Doricum μὰν non pro μέν, quod hic propter particulam sequentem δὲ intelligi debet, sed pro μὴν legitur, monente Brunckio. Ad vs. 87. conf. Gregor. de Dial. p. 203. ibique Koenii notam. Harl. Retinuimus μέν, non ob sequens δέ; nam non semper, sequente δέ, præcedit μέν; sed ob codicum consensum. Ad sensum perinde est, sive μέν, sive μὰν legitur. — Οἷα non est 'quando,' sed 'quemadmodum,' ut apud Pindar. Ol. i. 24. Pyth. iii. 31. — Eustath. ad Il. ix. p. 741. 48 = 637. 50. ex hoc versu βατεῦνται affert. Kiessl.

Καὶ τὺ δ', ἐπεί κ' ἐσορῇς τὰς παρθένος, οἷα γελεῦντι,
Τάκεαι ὀφθαλμὼς, ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις.
Τὼς δ' οὐδὲν ποτελέξαθ' ὁ βωκόλος, ἀλλὰ τὸν αὑτῶ
Ἄνυε πικρὸν ἔρωτα, καὶ ἐς τέλος ἄνυε μοίρας.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ἦνθέ γε μὰν ἀδεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα,
Λάθρια μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα,
Κῆπε, τὺ θὴν τὸν Ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξῆν·
Ἆρ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Τὰν δ' ἄρα χ' ὠ Δάφνις ποταμείβετο, Κύπρι βαρεῖα,

90. *γελεῦντι* Valck. Brunck. e cdd. Vatic. et Barocc. *γελῶντι* vulgo. Harl. Triplex erat in cdd., duplex in vetustis edd. lectio, *γελᾶντι*, *γελῶντι*, *γελεῦντι*. Sex cdd. apud Gaisf. *μετὰ τῆσι*. Kiessl.

92. *ποτιλέξαθ'* a Stephano in edd. insequutas irrepsit. primam et antiquam lectionem (editionum primarum optimorumque cdd.) *ποτελέξαθ'* revocarunt Reisk. Valck. et Brunck. — *ἀλλὰ* — *μοίρας*· 'sed suum tolerabat amorem acerbum, atque,' in illo fortiter ferendo, 'vitam ad finem usque transigebat.' Harl. Valck. *τώσδ'* scripsit pro *τὼς δ'*. Nescio an non recte *ἀνύειν ἔρωτα* explicetur 'tolerare amorem.' Potius sic capiendum videtur: conficiebat, i. e. superare studebat amorem, in quo proposito sic permansit, ut adeo moreretur. Kiessl.

95. *ἀδεῖα*, neutrum in plurali, pro *ἡδέως*. Versum vero ipsum sic corrigere malit Brunckius: *ἁδύ γε μὰν ἦνθεν καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα*. Harl. Jacobsius cènset fortasse legendum esse *ἀδεῖα λάθρῃ Κύπρ. γελ.*; ejusmodi quid sequentia tantum non flagitare. Koppiers. in Obss. p. 74. *ἦνθέ γε μὰν ποτί μιν χ' ἁ δῖα Κύπρις γελάοισα. ἁ δῖα* est lectio Scholiastæ. Ruhnken. *ἅδιστα*. Piersonus, *ἦνθε μὲν ἁ Δηώ τε καὶ ἁ. K.* Wassenberg. *ἦνθέ γε μὰν δριμεῖα καλοῖς Κύπ. γελ.* Ahlwardt. *ἦνθέν γ' ἀδέα μὰν καὶ ἁ Κύπ. γελ., ἀδέα μὲν γελάοισα*. Hermann. p. xv. *ἦνθέ γε μὰν ἀδεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα, ἀδέα μὲν γελάοισα, βαρ. κ. τ. λ.* Graefio, V. Cl. in Epistola Critica in Bucolicos Græcos, Petropoli, 1815. 4. edita, placuit *ἦνθέ γε μὰν ἀχρεῖα καὶ ἁ Κύπρις γέλαοισα*· quod locis Homer. Il. β. 269. et Theocr. xxv. 72. in auxilium vocatis intelligi vult de non integro et parum ad naturam composito maligno risu. — Mihi acquiescendum esse videtur in lectione vulgata, quam Huschkius V. D. in Litterar. Analecten herausg. v. F. A. Wolf, i. p. 176. sic construit, *ἦνθέ γε μὰν ἁ Κύπρις ἀδεῖα καὶ γελάοισα — κῆπε*. Adjectivum *ἀδεῖα* cum *ἦνθε* conjungendum, monuit etiam Hermannus, qui vertit, 'venit hilaris,' et Soph. Œd. R. 82. laudat. Blandam Venerem intelligit Huschk. qui verborum positionem satis defendit loco Callimachi Del. 323. *ἁ Δηλιὰς εὕρετο νύμφη παίγνια κουρίζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελαστύν*. Denique ne *λάθρια* quidem damnandum, aut cum H. Vossio 'subdole' explicandum est; imo *λάθρια γελᾷν* nihil aliud significat nisi 'clam,' 'occulte ridere,' i. e. tam leniter, ut alii vix sentiant. Qui risus aut veram animi hilaritatem, aut malignitatem caussam potest habere. Nostro loco Venus animi hilaritatem præ se ferre putanda est, quamvis animo irata. Kiessl.

96. *λάθρῃ* sine iota subscripto Valcken. in edit. 1. in altera *λάθρια* in uno cod. Flor. scriptum cum Brunck. anteposuit. Tum *βάρην* ex Aldino exemplari dedit Reisk. repugnante Valcken. (nam Attica quidem sunt *αὔξη*, *ἄνθη*, *βλάστη*, at *βάρη* prorsus inauditum.) H.

97. Cum Brunckio dedimus *λυγιξῆν*, quod est in uno Cod., in aliis *λιγυξεῖν*, *λυγιξεῖν*, *λυγίζειν*. Citatur versus a Schol. ad Aristoph. Vesp. 1478. Usum verbi e palæstra petiti illustrat Huschk. in Anal. Crit. p. 154. Kiessl.

98. *ἦ ῥα* plures cdd. et Call. unde suspicatur Valcken. hic scribendum esse *ἦ ῥ'*, ut Idyll. ii. 6. 20. 158. etc. quia hoc in interrogationibus a Theocrito potius, quam *ἆρα* adhibetur. At *ἆρ'* æque bonum esse, docet Idyll. vii. 149. 151. monuitque Brunck. Harl. Add. Schaeferi Mel. Crit. p. 89. Kiessl.

100. *ποταμείβετο*, quod xxi. cdd. apud Gaisf. item cd. Aug. et edd. primæ exhi-

Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής· 101
Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ', ἅλιον ἄμμι δεδύκειν·
Δάφνις κεὶν ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος ἔρωτος.

bent, receperunt Reisk. et Valcken. ποταμείψατο, quod in duobus est cdd., a Stephano insequentes editiones et Brunck. adsciverunt. Harl. Versu proximo nonnulli cdd. ἐπαχθής, quod cum ἀπεχθής sæpius permutatur, ut docuit Piers. in Verisim. p. 67. 68. Valck. tamen defendit vulgatam. Kiessl.

102. 103. Hunc locum, in cdd. diversimode scriptum, interpretes mire tentarunt et varie explicuerunt. Quam ego dedi lectionem in textu, ea ex editionibus Dan. Heinsii et Valckenarii expressa est, atque hanc sententiam subjectam habet: ‘ Odiosa Venus, Venus mortalibus inimica (omnia enim jam indicant, solem,’ nempe vitæ, ‘ nobis occidere), Daphnis etiam apud inferos amoris infortunati erit documentum.’ Reiskius ita dedit: (Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ'.) ἅλιος ἄμμι δεδύκει. — Δάφνις κεὶν etc. ‘ Sol nobis occidit,’ (in præsente) hoc est, ‘ in extremo vitæ versor articulo,’ fatum supremum nobis imminet: ‘ id enim loquuntur omnia,’ sc. signa et argumenta vitæ meæ declinantis, aut omnes meæ res. Denique Brunckius, uti Toupius Scholiastæ secutus interpretationem jam antea suaserat, ita reposuit versum: ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' Ἅλιος ἄμμι· δεδύκει Δάφνις, κὴν — — — — — ἔρωτι. [Hæc lectio, quam etiam Dahl. recepit, exstat in cd. Benedict. August. duob. Laurentian., in editt. Aldi, Calliergi, Lovaniensi, Steph., Whitfordi, Winterton., nisi quod cdd. Laur. et Edd. Ald. atque Call. post ἅλιος distinguunt. Dahl. item scripsit Ἔρωτος. Edit. Mediol. pr. ἤδη γὰρ φράσδει, πάνθ' ἅλιος ἄμμι δεδύκη Δάφνις. κ' εἰν ἀ. Kiessl.] Atque quoniam viri illustris Analecta veterum poetarum Græcorum non in omnium erunt manibus, pluribus animadversio hominis illius doctissimi et explicatio huc translata haud erit molesta. “ Addixerat se Daphnis Nymphæ Echenaidi, cui juraverat, se nunquam in alterius feminæ amplexus iturum. Irritum jusjurandum fecit regiæ cujusdam puellæ fraus, quæ, quum pastorem deperiret, vino eum obrutum libidini suæ morigerum habuit. Comperto furto, Echenais in furorem acta amorem odio commutavit. At Daphnis, qui datam Nymphæ fidem non sponte violaverat, ab ejus amore non destitit, cujus vi tandem contabuit et periit. Hæc est cantici summa, quod canit Thyrsis. Hinc intelligenda Veneris amarulenta irrisio: ‘ Gloriabaris nullum in te fore Cupidinis imperium: coegit te tamen ad alios amores.’ Hinc intelligenda etiam Daphnidis verba versu 103. δεδύκει Δάφνις, κὴν Ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος ἔρωτι. ‘ Moritur Daphnis, et apud inferos etiam gravi dolore Cupidinem uret.’ Scilicet ‘ videbit Cupido, me etiamnum apud inferos Echenaidem amare, quam revera amare nunquam desii. Quam enim in me fraudem machinatus est, cujusque eum nunc ex matris Veneris verbis auctorem intelligo, ea regiam quidem puellam voti sui compotem fecit, sed animum meum a Nympha non alienavit: non est ergo, quod triumphum agat.’ Hinc intelligitur etiam, quid significent verba ἤδη ΓΑΡ φράσδει πάνθ' Ἅλιος ἄμμι. ‘ Odiosa Venus, tui ENIM pueri malas artes admoto lumine mihi patefacit Sol, quem nec tua furta scis olim latere sivisse.’ ” Koehler πᾶς ἅλιος conjicit. Harl. Dahlius hujus lectionis sensum sic constituit: “ Tu, Venus, infestissima es hominibus; novi enim jam fraudem et crudelitatem, qua meum vehementissimum amorem, vel apud inferos non cessaturum, excitasti, puellam vero tam asperam reddidisti, ut meo flagrantissimo desiderio nihil moveatur. Sol — idem qui furtivum tuum cum Marte congressum” (Odyss. viii. 266. sq.) “ patefecit — mihi has quoque artes indicat.” In Juntina, ἤδη γὰρ φράσδη πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκην Δάφνις. κεὶν ἀΐδᾳ κ. ἔ. ἄλγος ἔρωτι. Quæ Stephanus secutus hanc veram loci lectionem esse arbitratur: ἤδη γὰρ φράσδῃ, πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδυκεῖν; Δάφνις κεὶν ἀΐδᾳ — ut sit: ‘ jamne ergo dicis, omnem solem occidisse?’ id est: ‘ jamne de vita nostra actum esse dicis? jamne extremum vitæ diem mihi instare ais?’ Quanquam φράσδῃ malit fortasse quispiam exponere: ‘ putas,’ ‘ existimas.’ Versum 103. idem Stephanus sic explicat: ‘ Daphnis etiam apud inferos erit acer dolor Amori,’ h. e. atqui, etiamsi mori me contingat, vel ipsa umbra mea vehementes Amori molestias exhibebit. Stephanum sequuntur Joan. Henricus et Henricus Vossii, versum 103. sic scribentes: Δάφνις κεὶν Ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεταο ἄλγος Ἔρωτος! Ad hanc rationem et illustrandam et confirmandam Henr. Vossius p. 9. hæc profert: “ Daphnis consolationibus Mercurii pastorumque ne verbum quidem respondit; nunc mordaci Veneris cavillatione exasperatus, silentia rumpens: ‘ Ve-

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος,—ἕρπε ποτ' Ἴδαν,

nus odiosa,' exclamat, tu causa perfidiæ, quæ mihi quamvis ad amorem pristinum reverso morte luenda est, 'tu Venus omnibus mortalibus abominanda, omnem jam solem occidisse putas?' Ut vernacula diceremus: Glaubst du wirklich, dass schon aller Tage Abend sey? hoc est: noli triumphare de me, donec appareat, uter nostrum victor tandem evaserit. 'Inconcussa fides et apud inferos Cupidini,' qui me ad alios amores cogere frustra tentat tentabitque, 'molestiam parabit.'" Strothus locum sic scribit et explicat: "ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' (ἅλιος ἄμμι δεδύκει·) Δάφνις—. Daphnis Venerem increpare incipit, eique dedecora sua objicere vult. Hinc addit: 'Nullam enim video caussam, cur tibi parcens hæc sileam: omnia igitur jam tua dedecora enarrabit Daphnis (qui proxime mortem te amplius neque timet, neque veretur) et in Orco malus dolor erit Amoris.'" Wassenbergius hæc conjecit: ἤδη γὰρ (scil. ἔξεστι) φράσδειν πάνθ'. ἅλιος ἄμμι δεδύκει. Δάφνις κεὶν 'Αΐδᾳ κακὸν ἔσσεται αἶσχος Ἔρωτος.—Graefe p. 5. sq. ita: ἤδη γὰρ φράσδειν πάνθ'. ἅλιος ἄμμι δεδύκει· Δάφνις κἠν 'Αΐδᾳ—ἄλγος Ἔρωτι. Πάντα φράζειν, monente Graefio, pertinet ad antecedentia, et particula γὰρ ostendit, causam afferri, cur ille Venerem tam aspere allocutus sit. Oratio autem ἀσύνδετος est, ut par erat in magna animi commotione, lingua post longum silentium in prima verba erumpente.—Versus 102. est παρένθετος; vs. 103. vero continuat ipsam orationem ad Venerem, respondens vv. 97. s. 'Odiosa Venus, Venus mortalibus infesta,—jam enim omnia dicenda, instante nobis morte!—Daphnis vel mortuus magna dolendi materies Amori erit: invictus enim est, quem tu ab Amore superatum gloriabaris.' Propter locum Eustathii, quem mox afferimus, Hermannus legendum putat (ἤδη γὰρ φράσδ', οὐ πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκειν), 'jam enim dic, non omnes mihi soles occidisse.' Dicuntur hæc, inquit, cum quadam acerbitate in hanc sententiam: jam consolare me, si vis mitis videri, tanquam qui non prorsus perierim.—Eustathius ad Il. χ. p. 1266. 47 = 1366. 59. ἐντεῦθεν δὲ ὀνάμενος ὁ Θεόκριτός φησι τὸ οὐ πάντα τὸν ἥλιον δεδύκειν, ἤγουν οὐ πάσας συντελεσθῆναι τὰς ἡμέρας τοῦ ζῆν. At idem Eustath. ad Od. υ. p. 1895. 16 = 739. 4. καθὰ καὶ Θεόκριτος ἥλιον πάντα δεδύκειν λέγει τῷ ἤδη θνήσκοντι. Non multum igitur Eustathio hoc quidem loco videtur tribuendum, et particulam οὐ perperam ab eo additam jam Stephanus judicavit. Reliquæ hujus loci lectiones et explicationes a nobis commemoratæ partim hoc vitio laborant, quod post πάνθ' oratio interpungitur, quo numerorum elegantia evertitur; partim hoc, quod adsciscunt accusativum ἅλιον, qui casus nullius codicis auctoritate nititur, quum contra ἅλιος in cdd. 31. apud Gaisf. inveniatur; partim hoc, quod Veneris et Martis amores, a Sole deo patefacti, inepte prorsus huc trahuntur; partim hoc, quod explicationis simplicitate sententiæque congruentia destituuntur, si exceperis Graefii explicationem, quam meam facio, ita tamen ut lectionem paulo aliter constituam; nam infinitivus φράσδειν magnam infert orationi duritiem. Mihi quidem vitium inesse videtur in verbis φράσδει πάνθ', et Theocritus versum sic scripsisse: ἤδη γὰρ φράσδω, ἐπεὶ ἅλιος ἄμμι δεδύκει. 'jam enim libere loquor, quandoquidem' etc. Cujus lectionis, quæ etiam cum usu loquendi Theocriti ἐπεὶ frequentantis bene convenit, reliquiæ apparere videntur in φράσδει πάνθ'. Lectio genuina jam mature eo potuit corrumpi, quod πάντα explicationis causa in margine scriptum, hinc deinde in textum illatum necessario particulam ἐπεὶ expulit. Eidem lectioni favet locus Alciphronis iii. 28. ab Jacobsio allatus, ubi puella manum sibi illatura, postquam moriendi cepit consilium, ad dominum scribit hæc: ἄκουε ἀναφανδόν· πάντα γάρ μοι περιαιρεῖ φόβον ἡ πρὸς τὸ τελευτᾶν ὁρμή· favet item locus Virgilii Ecl. viii. 20. "extrema moriens tamen adloquor hora:" ubi Heynius loci Theocritei non immemor fuit.—In diversis cdd. est δεδύκη, δεδύκην, δεδύκει, δεδύκειν.—Versu 103. præfero cum Graefio Ἔρωτι, quod nititur cdd. Flor. et edit. Junt. itemque a Stephano probatur. Genitivus Ἔρωτος commode explicari nequit; unde natæ sunt emendationes, ut T. Hemsterhusii εἴσεται pro ἔσσεται, 'sciet,' 'sentiet,' qui illud ad sensum referri monuit adnotato loco Apollon. Rh. lib. ii. v. 153. Koppiersii (in Observatt. Phil. p. 75.) et Bindemanni Δάφνιδι, denique Wassenbergii αἶσχος: cui jam Beckius in comment. supra cit. p. 75. oblocutus est, Kiessl.

105. Est euphemismus [Imo ἀποσιώπησις, quacum conferes Virg. Ecl. iii. 8. Add. L. Bos. Ell. p. 588. Ed. Schaef. Kiessl.] Abi ad montem Idam, ubi Anchises Venerem, scil. tentasse et cum illa rem habuisse

Ἕρπε ποτ' Ἀγχίσαν· τηνεὶ δρύες, ὧδε κύπειρος.
[Ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι.]
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ὡραῖος χ' Ὥδωνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει,

dicitur. v. Schol. Non est igitur, quod cum Reiskio pro λέγεται substituamus λέχεται vel δέχεται, 'lecto' vel 'hospitio excipit.' Conf. Longi Pastoral. p. 446. ed. Bodeni, ibique notam Molli et Jungerm. (p. 124. ed. Schaef.) ἕρπειν vero est vocabul. Doribus de incessu usitatum (etiam Homero, ut Odyss. xvii. 158. v. Schaef. ad L. Bos. Ellips. p. 188. Add. Maittair. de Dial. p. 348. K.) Callim. H. in Pallad. 3. ibique Ernesti. Pro οὗ, 'ubi,' malit Valck. ὧ, probante Brunckio. Harl. Dahl. recepit ὧ. Nos retinuimus οὗ cum Jacobs. et Schaefero. Graefio p. 9. scribendum videtur: οὐ λέγεται τὰν Κύπριν —; per interrogationem. Res, quam spectat Daphnis, narratur Iliad. ii. 819. Hom. H. in Vener. 156. sq. Hes. Theog. 1008. Add. Theocriti Idyll. xx. 34. Kiessl.

106. Κύπειρος, Cyperus rotundus Casp. Bauhini Theatr. Bot. p. 210. Cypergras mit runder wohlriechender Wurzel. Schreb. De cypero add. Schneider. in Lex. Gr. s. h. v.—Recte Jacobsius: "Umbrosus Idæ mons et arboribus tectus, hic humilis herba, quæ furta tua tegere nequit." Nam τηνεὶ et ὧδε significant 'ibi' et 'hic' (in eo, quo ipse versabatur, loco). Conf. Beck. l. c. p. 66. sq. Eichstadt. in Quæst. Phil. Spec. p. 41. sq. Reiskius autem contendit, τηνεὶ et ὧδε esse 'ibi, ibi,' in monte Ida, ob similem locum Idyll. v. 33. qui qua ratione intelligendus sit, optime docuit Eichstadt. l. c. Reiskium tamen sequi videtur J. H. Vossius et ad Ecl. Virg. p. 356. et in versione Theocriti; nam vertit: Da grünts von Eichen und Galgant. Quo etiam factum videtur, ut idem versum 107. quasi suo loco positum redderet. At eliminandus est hic versus, ex Idyll. v. 46. huc translatus, auctoribus gravissimis, Beckio l. c. p. 67. Eichstadt. p. 41. Jacobsio ad h. l. Repugnat enim et nexui sententiarum et concinnitati, quam Theocritus in repetendo versu intercalari sequitur. Versus autem 106. qui Valckenario in edit. altera non satis aptus et ad Callim. Frag. p. 76. a mala manu profectus videtur, haud dubie genuinus est. Kiessl. Βομβεῦντι pro βομβοῦσι est vocabulum per onomatopœiam factum et sonus apiculis proprius. vide Longi Pastor. i. cap. 4. p. 38. ed. Boden. ibique Mollum (p. 11. Schaef.) et quæ scripsi ad Sapphus ii. 10. in Anthol. Græca Poetica. Harl.

109. Toupii conjecturam ὥρειος χ' Ὥδωνις—'tu me rides, et de bubulco triumphos agis. sed Anchises bubulcus; sed Adonis pastor; et uterque montes colebant.' (iii. 46. xx. 35.) Brunck. in textum recepit eandemque probavit Chardon-La Rochette, v. Magas. Encyclop. iii. année. T. vi. p. 77.: sed vide Valcken. et Virgil. Ecl. x. 18. De Adonide v. Schol. et quæ scripsi ad Bion. i. 1. in Anthol. Gr. Poet. Harl. Quum permira hæc sit rationis conclusio, 'Formosum esse Adonidem, quandoquidem (quia) etiam oves pascat,' vario modo viri docti locum emendare conati sunt. Eldickius igitur Valckenarii nutum sequutus tentabat: ὡραῖος χ' Ὥδωνις ἐπ' ἄγκεσι μᾶλα νομεύει. Hanc correctionem repetiit Heinrich. V. Cl. in Obss. in Vett. Auct. p. 60. Eichstadtio p. 7. corrigendum videbatur ἐπ' ἀκτᾷ pro ἐπεὶ καί. Nam satis usitatum est poetis collocare pastores ad flumina, in locis irriguis, quæ pecori pascendo maxime idonea sunt. Huc maxime pertinet locus Virgil. Ecl. x. 10. "et formosus oves ad flumina pavit Adonis." Jacobsio in animad. in Theocr. p. vii. ἐπ' ὄχθαις, vel, ut versus evadat bucolicus, collato Apollon. Rh. ii. 657. ἐπάκτια. Sed his cunctis emendandi conaminibus hoc adversatur, quod articulus ab adjectivo ὡραῖος abest, nisi cum Graefio statueris, hunc inesse in prima syllaba. Graefius igitur p. 8. sic conjecit: ὡραῖος χ' Ὥδωνις ὅπα καὶ κᾶλα κ. τ. λ. quod sic explicat: ἕρπε καὶ ὅπα ὁ ὡραῖος Ἄδ. At sic tamen non elegans est oratio. Idem ἕρπε adeo ad remotiora ἕρπε ὅπως αὖτις σταθῇ etc. refert, quod nullo modo probandum.—Lectio vulgata est constans lectio librorum Mss. e quibus nulla prorsus hic varietas enotata est; tum vel illud καὶ ter repetitum admonet, ne id primo loco positum mutes; deinde ὡραῖος non tantum est 'formosus,' sed etiam 'in ætatis flore constitutus,' ἀκμάζων, uno Scholiastarum hic interprete. Quamobrem non dubito hunc locum cum Dahlio sic interpretari: 'Adonis annis et viribus viget, quandoquidem pastoris et venatoris negotia tam strenue obit; idoneus igitur est, cujus congressum appetas.' Ratio Vossii ad Virgil. Ecl. p. 507. exposita

Καὶ πτῶκας βάλλει, καὶ θηρία πάντα διώκει.
"Αρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Αὖτις ὅπως στασῇ Διομήδεος ἆσσον ἰοῖσα,
Καὶ λέγε· Τὸν βώταν νικῶ Δάφνιν, ἀλλὰ μάχευ μοι.
"Αρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ὦ λύκοι, ὦ θῶες, ὦ ἀν' ὤρεα φωλάδες ἄρκτοι,
Χαίρεθ'· ὁ βωκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις οὐκ ἔτ' ἀν' ὕλαν,
Οὐκ ἔτ' ἀνὰ δρυμώς, οὐκ ἄλσεα· χαῖρ' Ἀρέθοισα,
Καὶ ποταμοί, τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ·
"Αρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων,
Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων.
"Αρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

est; Virgilii autem loco Ecl. x. 10. non multum tribuendum: etenim, verissime monente Graefio p. 6. sæpe Virgilius Theocritum ita imitatus est, ut verbis quidem et coloribus undecunque e Græco vate collectis et mutuatis, propriam tamen, sæpe diversissimam, sententiam sic procuderet. Kiessl.

110. πτώκας] quem accentum Dorico more reducendum jam putavit Casaubonus p. 244. B. (p. 64. in ed. Reisk.) et τἄλλα (uti codd. et priscæ quædam editiones habent,) reposuit Brunck. Equidem πάντα, h. e. allerley, servo. Harl. πάντα est in plurimis cdd. τἄλλα in paucis et ed. Call. Kiessl.

112. Ante ὅπως cum schol. supple ὅρα. v. Viger. de Idiot. Gr. Ling. cap. vii. sect. x. n. 6. p. 433. sqq. (Adde Matthiae Gram. Gr. p. 738. L. Bos. de Ellips. p. 643. Schaef. K.) et Valcken. ad h. l. Ἰοῖσα, cum alio verbo junctum, contentionem, studium, festinationem significat: sic alia quoque verba. vide ii. 7. ibique notam; ibid. v. 152. xi. 23. Dorville ad Chariton. p. 297. (p. 379. Ed. Lips.) Zeun. ad Viger. p. 349. Sensus: 'iterum et celeriter congredere cum Diomede;' aut, ut Reisk. vertit: 'i propere et vide, ut cum Diomede iterum congrediaris.' Fundus est Homer. Iliad. ε. 336. sqq. Reiskii conjecturam ἄν τις jam rejecit Valcken. qui ex pluribus cdd. pro aoristo στάσῃ dedit formam fut. Doricam στασῇ, 'consistes:' qualia futura tempora cum ὅπως in ejusmodi contractis loquendi formulis eleganter jungi, fuse docuit. Conf. Dawesii Misc. Crit. p. 227. Harl.

113. Pro μάχευ μοι dant quidam cdd. et Ed. Flor. μαχεῦμαι, corrupte. In Δάφνιν h. v. et 116. prima corripitur, ut passim in τέχνη, λάχνη, ἀκμή, τέκνον, πότμος, σταθμός, ῥυθμός, ἀριθμός, ἐρετμός. Kiessl.

116. ἐγὼν Brunck. improbante Valckenario ob ingratum sonum. Kiessl.

118. Θύμβρ.] Fluvium Siciliæ hic designari, veteres Grammatici suspicantur. Casaubonus tamen, Toupius et Valcken. montem hic intelligendum esse arbitrantur. Undæ igitur de summo monte deorsum præcipitantes egregie dicerentur ποταμοί, οἳ χεῖτε καλὸν ὕδωρ κατ' ὄρους. Atqui, quæ per montem deorsum feruntur, ea φέρεσθαι vel πίπτειν κατ' ὄρους Græce dici solent. Harl. Eustathius ad Dionys. Periegeg. v. 350. Σημείωσαι, inquit, ὅτι παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ φαίνεται ἔν τινι ἀμφιβαλλομένῃ γραφῇ καὶ Σικελικός τις εἶναι Θύμβρις ποταμός. Schol. ad h. l. Θύμβρις κατά τινα γλῶσσαν ἡ θάλασσα. Kiessl.

120. 121. Hæc verba ego, ut Jacobsius fecit, cum superioribus v. 116. sqq. conjungenda esse existimo: 'Ego ille Daphnis, qui in his saltibus armenta pavi, non amplius hic versabor.' Strothus itemque Vossius propter locum Virgilii Ecl. v. 41. hæc pro inscriptione habent, quam Daphnis tumulo suo addi voluerit. At Virgilius versus Theocriti ad suum potius consilium accommodasse, quam accurate expressisse, censendus est. Kiessl.

Ὦ Πάν, Πάν, αἴτ' ἐσσὶ κατ' ὤρεα μακρὰ Λυκαίω,
Αἴτε τύγ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον, ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον
Τὰν Σικελάν, Ἑλίκας δὲ λίπε Ῥίον, αἰπύ τε σᾶμα
Τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγατόν.
  Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Ἔνθ', ὦ 'ναξ, καὶ τάνδε φέρ' εὐπάκτοιο μελίπνουν

123. αἴτ' in hoc, et sequenti versu αἴτε pro εἴτ'—εἴτε Brunck. probante Valcken. Iidem e codicibus Doricam formam Λυκαίω pro vulgato Λυκαίου restituerunt. εἴτε—εἴτε, 'seu—seu,' ut Orpheus Hymn. lv. 15. xli. 5. xlviii. 5. et ita etiam Latini. Imitatus est Virgil. Georg. i. 16. ubi pro, 'tua si tibi Mænala curæ' etc. Schraderus in Libr. Observ. p. 24. corrigit, 'seu tibi Mænala.' [Non est hæc dicenda imitatio. Loci Virgiliani sententiam recte constituit Ruæus. ὤρεα μακρὰ Λ. 'juga alta Lycæi.' Virgil. Georg. iii. 314. "summa Lycæi." Statii Theb. i. extr. Apollo invocatur: "Seu te Lycia, seu Delphi, seu Thymbria, seu Delos habet." Kiessl.] De Mænalo, monte Arcadiæ, v. Gud. ad Vibium Sequestr. p. 333. ed. Oberlin. Harl.

125. Ῥίον] Omne quidem promontorium dici potest ῥίον [Conf. Siebelisius ad Hellenica ab ipso edita, p. 226. Kiessl.]; hoc vero loco accipiendum esse de Rhio, promontorio in ea ora Peloponnesi, ubi Helice fuit, jam monuit Casaubon. cap. ii. Lectt. Theocrit. p. 65. Helice autem urbs fuit Achaiæ, litoralis ad sinum Corinthiacum Peloponnesi. Theocrit. xxv. 165. 180. conf. Spanhem. ad Callim. H. in Delum v. 100. sq. [Rhium, humile promontorium Achaiæ inter Patras et Ægium, cui oppositum Antirrhium in confinio Ætoliæ et Locridis, ab Helice urbe Achaiæ longius remotum fuit, quam quod dici potuerit Ῥίον Ἑλίκας. conf. Heyn. ad Iliad. xx. 404. Tom. viii. p. 94. Tum, Helice sacra fuit Neptuno, non Pani deo Arcadiæ, undique a mari summotæ; leve enim est, quod Lepreatæ Arcades haberi volebant. v. Siebelis. p. 316. Denique quod Vossius in notis monuit ad h. l. Pan a Daphnide in Siciliam vocatus, non per Helicen, sed per mare Ionicum et Siculum iter habebat. Quamquam huic argumento non multum tribuerim, si modo doceri posset, Helicen fuisse in sedibus Pani caris. Kiessl.] Valckenarius tamen fuse probat Lamb. Bosii conjecturam in Obss. Crit. p. 89. propositam, Ἑλίκα (genit. Doric. nominis proprii) δὲ λίπ' ἤριον, αἰπύ τε σᾶμα, 'linque autem sepulcrum et sublime illud monumentum Helicæ, Lycaonis filii.' Putant nimirum illi duumviri, Lycaonideu Helicen hic fuisse sepultum; postea vero incolas in honorem Helicæ, a quo urbs dicitur Helice nuncupata et condita, sepulcro superaddidisse insigne monumentum. Harl. Remanet aliquid difficultatis. Nolo enim commemorare, hunc Lycaonis filium apud Apollodor. iii. 8. 1. dici Ἕλικα, nam hoc mutandum erit in Ἑλίκαν, quemadmodum in Steph. Byz. in Ἑλίκη. Berkel. e cdd. et Eustath. scripsit ἀπὸ Ἑλίκα τοῦ Λυκάονος· sed quum res Lycaonis et Lycaonidarum ad Arcadiam pertineant, quonam jure illa Helice, urbs Achaiæ, ab hoc Lycaonis filio condita et nuncupata esse, quo jure ipse ibi sepultus esse dicetur? Videtur igitur alia Helice, eaque in Arcadia quærenda esse. Kiessl.

126. ἀγατόν, 'venerabile,' 'reverendum,' 'augustum,' Lips. probante Reiskio, et reposuit ex tribus Cæsareis Brunck. sed ἀγαστὸν quoque 'dignum admiratione' est. Versum sequentem expressit Virgilius Ecl. viii. 61. Harl. Lectio ἀγατὸν nititur auctoritate plurimorum cdd., in aliis et ed. Junt. ἀγητόν, in uno ἀγειτόν. Re scripsimus formam exquisitiorem ἀγατόν. Multa adjectiva duplicem formam habent, ut θαυμαστὸς et θαυματός, ἐραστὸς et ἐρατός (v. Schaef. ad Aristoph. Plut. p. 492.), ἀδάμαστος et ἀδάματος, γνωστὸς et γνωτός, ἀνήνυστος et ἀνήνυτος, πάγκλαυστος et πάγκλαυτος, al. Kiessl.

128. Sume hanc fistulam, quæ ob ceram bene illitam et compactam suavem edit 'odorem' (aut, si malis cum schol. 'sonum'), pulcram et circa labrum (am Mundstück) curvatam. Indignante Valckenario conjecit Reisk. φέρευ πακτοῖο (nimirum φέρευ non ferendum, quia Daphnis Pani deo suo moriens fistulam non ut præmium certaminis, sed ut donarium pro more veteris ævi donaturus est. Valck. item comparat Mosch. iii. 54. K.) et tamen Brunck. in textum id recepit. Ego vero καρῷ dedi cum Winterton. Valcken. et Brunckio e nonnullis cdd. pro κηρῷ

Ἐκ καρῶ σύριγγα καλάν, περὶ χεῖλος ἑλικτάν.
Ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ᾽ Ἔρωτος ἐς ᾅδαν ἕλκομαι ἤδη.
Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ᾽ ἀοιδᾶς.
Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ᾽ ἄκανθοι,
Ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ᾽ ἀρκεύθοισι κομάσαι·
Πάντα δ᾽ ἔναλλα γένοιντο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι,
Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει· καὶ τὰς κύνας ὥλαφος ἕλκοι,
Κὴξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.

(quod item in cdd. exstat). Sic Idyll. ii. 28. viii. 19. 21. Comp. Longi Past. ii. 24. ibique Molli not. p. 248. sq. ed. Boden. (ed. Schaef. p. 65.) H. De syringe cf. J. H. Vossius ad Virg. Ecl. p. 73. Equidem locum sic intelligo: fistulam pulcram, quæ per ceram singulos calamos copulantem suavem odorem edebat. *εὔπηκτος* habet sensum activum. Kiessl.

130. *ᾅδαν*] unus cd. Flor., ut videtur, et edit. Junt. habent *ἄϊδος*, quod Valcken. et recentiores editores propter numeros bucolicos, de quibus disputat Valck. in Epist. ad Röver. p. xv. sq. prætulerunt. Nos retinuimus *ᾅδαν*, quod in omnibus cdd. exstat, ob numerorum gravitatem. Kiessl.

132. 133. *Ἴα*· 'violæ.' Veilchen. *Βάτοι*· 'rubi.' Brombeeren. *Ἄκανθαι*· 'spinæ,' frutices spinosi. Dornen. *Νάρκισσος*· 'narcissus.' Narcissen. *Ἄρκευθος*· 'juniperus.' Wachholder. — Horum omnium varia genera in utraque Græcia nascebantur, hic non recensenda, quum poeta de iis sigillatim non loquatur. 'Narcissi' tamen nomine eum, quem Narcissum poeticum Linneus appellat, præ aliis respexisse, Epitheton adjectum indicare videtur. Schreb. Comp. Virg. Ecl. v. 38. sqq. viii. 27. 28. 52. sqq. De *κομάσαι* v. Valcken. Animadv. ad Ammon. p. 128. etc. Harl. De vocabulo *ἴον* conf. Voss. ad Virg. Ecl. p. 77. — Propter cdd. auctoritatem scripsimus *ἄκανθοι* pro *ἄκανθαι*. — Virg. Georg. iv. 122. "nec sera comantem Narçissum:" ad quem locum disputat de Narcisso Vossius (p. 770. sq.), item ad Ecl. ii. 48. p. 78. K.

134. *γένοιτο* Winterton. et Brunck. atque sic etiam in cod. Aug. mihique placet. Harl. Plures cdd. exhibent *γένοιτο* quam *γένοιντο*, hoc tamen mutandum non est. v. Matthiae Gram. p. 416. Etiam vii. 62. præferendum *γένοιντο*. — Sententia loci est: 'omnia nunc eant naturæ legibus præpostera.' Jam Schol. citat Eurip. Med. 410. *ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί, καὶ δίκα καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.* De *ὄχνη* Schneid. laudat Niclasium ad Geop. 803. Kiessl.

135. *τὰς* (pro *τὼς*) *κύνας* ex duobus cdd. Flor. cum Valck. Brunckio et recentioribus editoribus recepimus. *ἕλκοι* non est, *τοὺς μαστοὺς ἑλκέτω*, ut interpretatur Scholiastes, sed 'distrahat et laceret.' Hom. Iliad. χ. 335. *σὲ μὲν κύνες ἠδ᾽ οἰωνοὶ ἑλκήσουσ᾽ ἀϊκῶς.* Kiessl.

136. *κὰξ* plures cdd., priscæ editiones, etiam minor Stephani. Conf. Koen. ad Gregor. p. 88. (p. 202. Schaef.) *κὴξ*, quod solus Callierg. habet, mori scribendi Theocriteo potius convenire judicat Valck. In cod. Schell. scriptum *η* super *α*. *Γαρύσαιντο* est in omnibus cdd. et edd. Idyll. viii. 77. et ix. 7. de 'vitulis' usurpatum legitur. Proprie autem *γηρύειν* de incondito avium sono dicitur: Pind. Ol. ii. 156. *κόρακες ὣς ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.* conf. Huschk. Anal. Crit. p. 75. *Γηρύειν τινί*, recte, puto, dicitur pro *ἐρίζειν τινὶ* aut *πρὸς τινὰ*, *γηρύοντα* s. *διὰ τοῦ γηρύειν*, neque mutatione opus est, quum verba certandi et ea quibus hæc notio inest, vel cum dativo vel cum præpositione *πρὸς* accusativum regente jungi possint, ut egregie docuit Wunderlich. in Obss. Crit. in Æschyl. p. 164. sqq. Nam jam Stephanus corrigebat *δαρίσαιντο*, in quod etiam A. Matthiae in Obss. Crit. p. 43. incidit. Jacobsius in animadv. in Theocrit. p. vii. malebat *δηρίσαιντο*, quippe quum *δαρίσαιντο* a *δαρίειν* Doriensibus non in usu fuisse videatur. Ceterum locus Virgilii Ecl. viii. 55. "certent et cygnis ululæ," ad defendendam lectionem *δηρίσαιντο*, monente Huschkio, nullius est monenti, quum Virgilius aut Latinæ linguæ convenienter verterit, aut respexerit Idyll. v. 136. Kiessl. *σκῶπες*, 'ululæ,' Eulen. Præ aliis id nomen eam indicare creditur, quæ a Linneo Strix Scops adpellatur. Schreb.

Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Χὠ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο· τὸν δ' Ἀφροδίτα
Ἤθελ' ἀνορθῶσαι· τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπει
Ἐκ Μοιρᾶν· χὠ Δάφνις ἔβα ῥόον. ἔκλυσε δίνα
Τὸν Μώσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ.
Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Καὶ τὺ δίδου τὰν αἶγα τό τε σκύφος, ὥς μιν ἀμέλξας
Σπείσω ταῖς Μοίσαις. ὦ χαίρετε πολλάκι, Μοῖσαι,
Χαίρετ'. ἐγὼ δ' ὔμμιν καὶ ἐς ὕστερον ἅδιον ᾀσῶ.
Αιπ. Πλῆρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν στόμα, Θύρσι, γένοιτο,
Πλῆρές τοι σχαδόνων, καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις

138. Unus cd. Flor. duo Paris. et pauci, item edd. priscæ, etiam Lovan. habent *ἀνεπαύσατο*, quod vulgo de morte usitatius attigit. Alberti in Obss. Philolog. in N. F. p. 492. Recepit Dahl. Valcken. autem lectionem vulgatam *ἀπεπαύσατο* servandam arbitratur, eademque defenditur loco Idyll. vii. 90. Kiessl.

139. Jacentem volebat Venus erigere, atque adeo jam mortuum ad vitam revocare, quod vulgo dicitur *ἀναστῆσαι*. Sic Valckenarius, quo judice Casaubonus hæc verba perperam retulit ad morem veterem, cujus fit mentio in Euripid. Hippolyto 786. (780.) *ὀρθώσατ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νέκυν.* — Λελοίπη cd. Flor. et Ed. Junt. ει λελοιπη duo alii. Brunck. dedit *πάντ' ἐλελοίπη*. Kiessl.

140. *ῥόον*] 'flumen' scil. Acherontis. *ἔκλυσε*, 'submersit,' ut Ovid. iii. Amor. 9. 27. aut 'demersit,' ut Propert. iii. 18. 9. simili ratione cecinit. quare non opus erit suspicione Reiskii ὦ (i. e. *οὗ*) *κλύσε δίνα*, 'cujus' rivi vel torrentis, n. Stygii, 'vortex obruit.' — Mox *μοίσαις* Brunck. Harl. Quod in cod. Harleiano legitur *ἔκρυψε*, est lectionis vulgatæ interpretamentum. Kiessl.

143. *δίδοι* maluit Heinsius, et dedit Brunck. [Item Dahl. Conf. Maittaire p. 311. Gregor. Cor. p. 212. — Etiam apud Pindar. Olymp. i. 136. dupliciter scribitur. K.] — *ὥς μιν* plerique codd., edd. Call. Steph. Heins. Valcken. *ὥς κεν* edd. priscæ, Reisk. Brunck. cod. Aug. et multi alii apud Gaisf. — Nonnulli *νιν*. Harl.

145. *ἐγὼν δὲ* Brunck.

147. *τοι* elegantius repetitum et in plurimis cdd., etiam a Galeno, qui hos duo versus auctore non nominato citat de Pulsuum Differ. iii. Opp. t. iii. p. 37., servatum restituerunt Callierg. Reisk. et Valck. Vulgo *δὲ*, quod dedit Brunck. Junt. *τε*. — *Τράγοις* est in ed. Med. et Mss. nonnullis. at sincerum *τρώγοις*. Caprarius optat Thyrsidi præter cetera suavissimas caricas Atticas ex pago Ægilo, quæ valde nobilitatæ hinc *αἰγιλίδες* dicebantur. v. Schol. Athen. Deipnos. xiv. p. 652. E. Valcken. et Warton. *ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα* pro *αἰγιλίδα ἰσχάδα* (vid. v. 96.). — Heringa ad Stephan. Byz. in Miscell. Observ. Critt. novis in Auctor. tom. ix. Amstel. 1749. p. 963. sq. ubi de Ægilia, in ora maris Athenas inter ac Sunium, et monte Ægaleo, ex adverso Salaminis, ad dextram ab Eleusine Athenas tendentibus, agit, valde dubitat, num in nostro Theocriti loco bene legatur, *καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις*· nam, "certum quidem est," inquit, "legisse ita scholiasten, et firmat id locus Athenæi a Meursio (in Reliq. Attic. p. 1. sqq.) citatus, qui notat in pretio fuisse *ἰσχάδας Αἰγιλίδας*: sed hoc forsan ortum ex loco hoc Theocriti: adeoque nihil inde concluseris, nisi pridem etiam a quibusdam lectum fuisse *Αἰγίλω*. Moratur vero, quod omnibus (uno excepto Scholiaste) casus rectus *τοῦ δήμου* sit *Αἰγιλία*, unde non formari potest *Αἰγίλω*· tum etiam quod verba Theocriti melius de monte aliove loco accipi possint, quam de pago aliquo. Vix enim recte dicitur *ἀπὸ δήμου τινὸς ἰσχάδας τρώγειν*, longe melius vero *ἀπ' ὄρους*. Hinc deliberandum censeo, an non poeta dederit, *καὶ ἀπ' Αἰγαλῶ ἰσχάδα τρώγοις*· ut *Αἰγαλῶ* sit contracte pro *Αἰγαλέω*, genitivo *τοῦ Αἰγαλέως*, quo de monte consule Cellar. Geogr. Ant. libr. ii. cap. 13. et Wassium in Addendis ad Thucyd. p. 667. Hoc

Ἁδεῖαν, τέττιγος ἐπεὶ τύ γα φέρτερον ᾄδεις.
Ἥνιδέ τοι τὸ δέπας· θᾶσαι, φίλος, ὡς καλὸν ὄσδει·
Ὡρᾶν πεπλύσθαί νιν ἐπὶ κράναισι δοκασεῖς.
Ὧδ' ἴθι, Κισσαίθα· τὺ δ' ἄμελγέ νιν· αἱ δὲ χίμαιραι
Οὐ μὴ σκιρτάσητε, μὴ ὁ τράγος ὔμμιν ἀναστῇ.

sane, si quid mutandum, præstabit conjecturæ Heinsianæ *αἰγέρω*, quod merito explodit Palmer. Exercit. p. 791. Interim conferendum omnino Etymologicon v. *Αἴγειρος*." Harl.

148. *τύ γα* ex cod. Ottob. aliisque et ed. princ. pro *τύ γε* reddiderunt Brunck. Valcken. ac Toupius. De cicada canente, quæ veteribus fuit in deliciis, conf. Anacr. carm. 43. ibique Fischer. Schneider in d. Anmerkungen üb. d. Anacreon p. 61. Virgil. Ecl. v. 77. ibique Cerda. (et Voss. p. 272. it. ad Virg. Georg. iii. 328. p. 607. K.) Theocr. Idyll. vii. 139. et Mollum ad Longi Pastor. p. 88. sq. ed. Boden. Harl. Adde interpretes ad Homer. Iliad. iii. 151. et Beck. ad Aristoph. Av. 39. Kiessl.

149. *ἠνίδε* est voc. Dor. 'en, ecce.' v. Gregor. Cor. de Dial. p. 152. (p. 286. ed. Schaef.) ibique Koen. [In hujus vocis compositæ ex *ἦν* et *ἰδέ*, ut Latine dc., 'en ecce!' accentu variatur. Equidem cum Brunckio secutus sum Gregorum *ἤνιδε* scribentem. Kiessl.] *Θᾶσαι* ab antiquo verbo *θάω*. v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 100. sq. (p. 222. sq. Schaef.) et infra ad Idyll. ii. 72. Harl. Hoc versu poëta, observante Valcken. ad Idyll. x. 10., imitatur Euripidem in Cyclope v. 153. ΟΔ. *ἰδού*. ΣΙΛ. *παπαιάξ, ὡς καλὴν ὀσμὴν ἔχει!* Kiessl.

150. Est periphrasis poetica nitidi venustique poculi. *οὕτως ἐστὶ δηλονότι ὡραῖον*, ait Schol. Horæ nimirum omnibus rebus ornandis adhibentur, et omnibus rebus gratiam atque elegantiam parare dicuntur. conf. ad Idyll. xv. 105. Hinc Jovi et Europæ sternunt lectum apud Moschum, Idyll. ii. 160. Hinc *ὥρα* est pulcritudo. v. Graevium ad Hesiod. Theogon. v. 903. et Valcken. — *Κισσαίθα* est nomen capræ. Harl. Eustathius ad Iliad. ω. p. 1349. 4 = 1481, 22. *Τὸ δὲ ὄζουσα ὡρῶν παραπεποιῆσθαι δοκεῖ ἐκ Θεοκρίτου, ὃς πλυθῆναί τι ἔφη πρὸς κράναις Ὡρᾶν· ἤγουν πρὸς ταῖς κρήναις αὐτῶν τῶν Ὡρῶν (ἃς κάλλος ἐστὶ νοεῖν), σεμνύνων ἐκεῖνος οὕτω τὸ καλῶς πλυθέν.* — Alexis in descriptione patellæ ap. Athen. ii. p. 61. A. *παρετέθη ὑπερήφανος ὄζουσα τῶν Ὡρῶν λοπάς.* ubi vid. Casaubonus. — Schaeferus, qui malebat *ἐνὶ κράναισι*, motus loco Eustathii sententiam ad Gregor. p. 890. retractavit. Kiessl.

152. In cd. Vat. est *ἐπαναστῇ*· unde Valcken. scribi posse conjicit *ὔμμ' ἐπαναστῇ*, in quem sensum hoc verbum adhibuit Theopompus apud Athen. p. 260. E. *ἀλλήλοις ἐτόλμων ἐπανίστασθαι πώγωνας ἔχουσι.* Kiessl.

ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ β'.

ARGUMENTUM.

Simætha, puella Syracusana, mediocris conditionis (70—74), quum se a Delphide, quem deperit, neglectam videat, novisque eum amoribus irretitum suspicetur, incantamentis pueri animum ad se revocare conatur. Quare noctu, Luna imminente, sacrum instituit magicum, cujus ritus oculis lectorum subjiciuntur v. 1—62. Quorum rituum hæc potissimum est ratio, ut, quæ inanimæ res patiuntur, eadem hujus, qui magicis artibus petitur, et corpus et animum graviter afficere existimentur. (Conf. Horat. Serm. i. 8. Epod. 17. Similia fortasse repræsentaverat Sophocles in Ῥιζοτόμοις, quam tragœdiam pro fonte omnium istiusmodi scenarum habet Boettiger in libro qui inscribitur, Vasengemälde, t. i. 2. p. 175.) Incantationibus illis peractis, quum Thestylis ancilla abiisset, Simætha amoris sui in Delphidem originem et progressus (64—144), tum perfidiæ ejus suspicionem (—157) Lunæ, magicorum sacrorum præsidi, diserte enarrat. Denique puero, nisi ad pristinam consuetudinem redeat, gravissimas pœnas minitatur.— Hoc Idyllium totum est ex mimico poeseós genere, quod Sophron Syracusanus vel invenit, vel inprimis exornavit. Quo referenda sunt hæc Græci argumenti verba : τὴν δὲ Θεστύλιδα ὁ Θεόκριτος ἐκ τῶν Σώφρονος μετήνεγκε μίμων. At non ruris et pastorum, sed urbanorum hominum mores repræsentat. — Ejus priorem partem Virgilius expressit Ecl. viii. inde a versu 64. idemque imitatus est J. H. Vossius in Idyllio vernacule scripto, cui titulus: der Riesenhügel.

Πᾷ μοι ταὶ δάφναι; φέρε Θέστυλι· πᾷ δὲ τὰ φίλτρα;
Στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ,

In Brunckii Analectis est Idyll. x. p. 298. sqq. tom. i. Imitatus est Virgilius in Ecl. viii. de argumento autem vetere disputarunt Casaubonus cap. 5. et Heinsius cap. 5. Lectt. Theocrit. denique de Sophronis mimis Valcken. in Adnot. ad Adoniaz. p. 200. sqq. Harl. De Sophrone adde viros doctos, quas laudat Müllerus ad Scholia Tzetz. in Lycophr. v. 77. et in Indice scriptorum in Tzetzar. Scholiis s. v. Σώφρων. Kiessl.

1. φίλτρον, proprie dc. quicquid ad amorem illicit, amoris illecebra; deinde poculum amatorium, potus amatorius. Vocabulum Germanicum Zauber idem prorsus, quod φίλτρον, significare, monuit Com. a Finkenstein. — Sophronea, ex quibus fortasse Theocritus hoc initium pe-

Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα,
Ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τάλας οὐδέποθ' ἥκει,
Οὐδ' ἔγνω, πότερον τεθνάκαμες, ἢ ζοοὶ εἰμές,
Οὐδὲ θύρας ἄραξεν ἀνάρσιος. ἦ ῥά οἱ ἄλλᾳ

tiit, attulit Koen. ad Gregor. de Dial. p. 352. sq. KIESSL.

2. *φοιν. οἰὸς ἀώτῳ*] 'præstantissima ovis lana.' *ἄωτον* proprie 'flos,' deinde translate pro quovis optimo et præstantissimo. v. indic. ad Anthol. Græc. Poet. sub voc. *ἄνθος*, h. l. 'lana egregia,' ut Iliad. xiii. 599. [*Οἰὸς ἄωτον*, 'ovis flos,' simpliciter est 'lana.' Illo Iliadis loco, ut hic apud Theocritum, 'fascia lanea.' Odyss. i. 443. 'stragula lanea.' KIESSL.] Veteres lanæ insignem honorem tribuebant: hinc plurimus apud eos fasciarum lanearum usus, quibus aras, focos, aliasque res sacras cingebant. v. Graevium ad Hesiod. Theog. 499. p. 114. Ed. Clerici et Lamb. Bosii Observatt. Misc. c. 19. H. De lanæ purpureæ in incantamentis efficacia Jacobs. laudat Clem. Alex. Strom. vii. p. 713. Geopon. xv. 8. KIESSL.

3. *ὡς* cum futuro *καταθύσομαι* more Homeri [Imo omnium scriptorum Græcorum. v. Viger. p. 558. ibique notam. Add. Hermann. p. 850. K.] jungitur. — *ἐμοὶ βαρὺν εὖντα* (Dor. pro *ἐόντα*) a Stephano profectum retinuerunt Valcken. quem vide, et Brunck. qui quidem legere malint *ἐμὶν*. [Communis omnium fere cdd. et veterum editionum lectio *ἐμὸν* videtur ex corrupto *ἐμὶν* orta esse. K.] veterem tamen lectionem codd. et edd. priscarum *ἐμὸν βαρυνεῦντα* (partic. futur. quod tamen h. l. alienum est) reddidit Reiske. Koehler malit: *τὸν ἐμὲ βαρυνεῦντα*, Warton. autem *ἐμὸν βραδύνοντα*, haud male quidem, neque tamen necessarium esse puto. Sensus est, ut Valcken. verbis utar, 'Hanc, Simætha, pilam molli cinge vitta, ut virum dilectum, nunc mihi gravem, flectere sacris magicis experiar.' Conf. Virgil. Ecl. viii. 65. 66. HARL. Ut *κελέβην* (quod Schol. ad Nicandri Ther. 913. *φιάλην* interpretatur) cum Casaub., Palmerio in Exerc. p. 792. Valcken. et aliis intelligas 'pilam,' nihil est opus; nam etiam in patella venena conteri possunt. — *Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος ἐν ταῖς γλώσσαις ποιμενικὸν ἀγγεῖον μελιτηρὸν τὴν κελέβην εἶναί φησι.* apud Athenæum xi. p. 475. D. quem conf. etiam p. 468. B. — Pro *καταθύσομαι* Toupius lectionem *καταδήσομαι* ex Scholiis eruit: quæ si in codicibus esset deprehensa, probari posset. 'Defixiones magicas' *καταδεσμοὺς* et *καταδέσεις* jam dixit Plato de Rep. l. ii. p. 364. C. et de Leg. xi. p. 933. A. D. *φίλον* Heinsius interpretatur *ἴδιον*. Idyll. xv. 131. *νῦν μὲν Κύπρις ἔχοισα τὸν αὐτᾶς χαιρέτω ἄνδρα.* KIESSL.

4. *δωδεκατ.*] eleganter hic et vs. 157. pro *δώδεκα ἡμέραι εἰσί*. conf. Raphelii Annotat. in N. T. ex Xenophonte ad Joannem xi. 39. [Plura exempla vide apud Viger. p. 71. sq. in Matthiaei Gram. Gr. p. 621. et p. 169. §. 144. KIESSL.] — *οὐδὲ ποθήκει* Reisk. et Brunck. dissentiente Valckenario, quia verbum illud compositum hoc sensu minus usitatum. — Mox *τεθνάκαμες* pro *τεθνήκαμες* Brunck. quem editores recentiores secuti sunt. HARL. Mirationem facit hoc loco *τάλας* syllaba ultima correpta, quam alibi, ut *μέλας*, producit. Æolenses enim dixerunt *μέλαις* et *τάλαις*, ut in participiis aor. 1. ubi *ας*, ortum ex *ανς*, itidem producitur. conf. Gregor. Cor. p. 599. Alius generis est *μέγας*. Graefius igitur p. 11. locum sic emendandum censet: *ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ πέλας οὐδέποχ' ἥκει.* quod sic interpretatur: 'seit er mir gar nicht mehr zu nahe kömmt, seit er nicht in meine Nähe kömmt!' Parum probabiliter. Equidem malim statuere, aut Dorienses, qui in syllabarum quantitate plura habent propria, ultimam hujus vocabuli corripuisse, aut recipiendum esse, quod in nonnullis cdd. exstat, *τάλαν*, quod sit loco exclamationis, ut Latinum 'miserum!' Ceterum Graefius, "consulto dedi," inquit, "*οὐδέποχ' ἥκει* contra Valckenarium, qui si audiendus esset, omnis in dialecto constantia tantum non ubique labefactari posset." KIESSL.

5. *οὐδ' ἔγνω*, 'neque percontatus est.' *ζοοὶ* de una femina. "Sic colligas velim, ubicunque de femina reperitur masculini generis adjectivum, ibi etiam pluralem numerum adhiberi." Dawes. Misc. Crit. p. 310. Add. Matthiaei Gram. Gr. p. 605. 3. KIESSL.

6. *ἄραξεν*, cum simplici *ρ*, Dorice pro *ἤραξεν* scribi jubet Brunck. HARL. Sic duo cdd. et edd. Med. Ald. Junt. Recte. De formula *θύρας ἀράσσειν* multa congessit Fischer. ad Anacr. iii. 8. *ἀνάρσιος*, i. q. *δυσμενής*. Conf. Idyll. xvii. 101. — Dedimus *ἄλλᾳ* pro *ἄλλα*, ut v. 127. KIESSL.

Ὤιχετ' ἔχων ὅ, τ' Ἔρως ταχινὰς φρένας, ἅ, τ' Ἀφροδίτα.
Βασεῦμαι ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν
Αὔριον, ὥς νιν ἴδω, καὶ μέμψομαι, οἷά με ποιεῖ.
Νῦν δέ νιν ἐκ θυέων καταθύσομαι. ἀλλά, Σελάνα,
Φαῖνε καλόν· τὶν γὰρ ποταείσομαι ἅσυχα, δαῖμον,
Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι,
Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.
Χαῖρ', Ἑκάτα δασπλῆτι, καὶ ἐς τέλος ἄμμιν ὀπάδει,

7. ᾤχετ' ἄγων, 'amor ejus animum mutabilem secum alio, celeriter' aut 'dedita opera, abduxit,' cum Heinsio corrigere malunt Valcken. et Brunck. vid. Idyll. iv. 6. Pari modo Aristoph. Plut. 284. sq. τὸν Πλοῦτον — ἥκει ἄγων ὁ δεσπότης. at etiam Idyll. iv. 10. est ᾤχετ' ἔχων. Sententiam suam firmare studet Brunck. ad Idyll. xxii. 167. ubi insuper ἀλλᾶ recte scribi censet. — Οἴχομαι autem cum participio studium et celeritatem, aut aliud, quod adnectatur, indicare solet. v. supra ad i. 112. Valck. ad h. l. et inprimis Hemsterh. ad Lucian. tom. i. p. 349. sqq. Harl. De verbo οἴχεσθαι add. Huschk. Anal. Crit. p. 77. Equidem et nostro loco ἔχων et Idyll. xxii. 167. sq. ἔχοισα genuinam lectionem esse censeo, quam sic interpretor: 'mit seinem Flattersinne ging Eros anders wohin.' Kiessl.

9. 10. Μέμψομαι æque ac ἴδω pendet ab ὡς. ποιῇ Brunck. 14. ὀπάδῃ. 24. λακῇ, similiterque aliis locis. Tum ἐκ θυέων i. q. διὰ θυέων. Hunc locum, Reiskio judice, ob oculos habuit Eustathius Od. ξ. p. 1767. 19 = 554. 18. ὅτι δὲ τὸ θύειν καὶ ἐπὶ τοῦ θυμιᾷν κεῖται, Θεόκριτος ἐν ταῖς Φαρμακευτρίαις δηλοῖ σαφέστατα. Kiessl. ἀλλά, 'age.' v. quæ notavi ad Tyrtæum i. 15. in Anthol. Gr. Poet. 'quapropter' Reiske et Warton verterunt. Lunæ autem ministerium in magicis artibus olim necessarium fuisse visum, illamque et Hecaten præsides atque administras veneficarum atque magarum habitas, jam multi notarunt. v. Tibull. i. 2. 42. 52. 61. etc. ibique Broukhus. et de la Cerda atque Heyne ad Virgil. Ecl. viii. 68. sq. Harl. De Hecate conf. J. H. Vossii Comment. in Nov. Act. Lat. soc. Jen. — et de οἷα ad Idyll. xvii. 96. Kiessl.

11. Forsitan ἅσυχε δαῖμον, quod convenit Lunæ. Kiessl.

12. Et hi canes et illi, qui v. 35. commemorantur, non sunt canes qui Hecaten comitantur (conf. Apoll. Rhod. iii. 1217. Lucian. Philops. §. 22.), sed alii, qui per urbem vagantur. Kiessl.

13. ἠρία, 'sepulcra,' v. Schol. nec non Hesych. h. v. et ἠρίον, ibique Alberti, atque Harpocrat. p. 185. — μέλαν αἷμα, 'per nigrum mortuorum sanguinem,' 'per tabida cadavera.' v. Dorville ad Chariton. p. 376—378. (p. 428. sqq. ed. Lips.) Poeta colorem sumsisse mutuum ab Homero Iliad. χ. 297. 298. et 469. videtur. Valckenarius in Epistola ad Röver. p. liii. sq. maluit εἷμα, 'sepulcrum.' Harl. Valckenario lectio μέλαν αἷμα propterea displicebat, quia hæc verba putabat accipienda esse 'de hostia pulla.' Hinc malebat εἷμα, 'sepulcrum,' ex locutione ἐπιέσασθαι γῆν, quam Hesychius explicat ταφῆναι. Sed satis docuit Dorvillius, magas etiam cadaveribus usas esse, et recte hic sepulcreta sanguine et tabo mortuorum lurida commemorari. Inprimis conf. Lucan. vi. 543. sqq. 734. sqq. Tacit. Ann. iii. 69. Ceterum Auctor Etym. M. p. 437. 17. tanquam Theocriteum affert, καὶ ἠρία κεκμηκότων, quod Valckenario perplacet, a Dorvillio hujus grammatici negligentiæ, a Reiskio memoriæ errori aut variæ lectioni tribuitur. At Dorvillius affirmat, quadraginta cdd. in lectione vulgata consentire. Kiessl.

14. ὀπάδει codd. Flor. et Vat. item Winterton. Valcken. At Brunck. ὀπάδη cum tribus cdd. Vulgo ὀπήδει, etiam in edd. Ald. Med. Call. — Voc. δασπλῆς, 'ferox,' 'terrorem incutiens,' egregie illustrat Ruhnken. in Epist. Crit. ii. p. 31. (p. 242. sq. ed. noviss.) Harl. Etymol. M. p. 249. 6. Δασπλῆτις, ἡ ἐριννὺς — Θεόκριτος δὲ Ἑκάτης αὐτὸ εἶναι ἐπίθετον λέγει, ἡ μεγάλων κακῶν ἀναπιμπλαμένη, ἢ ἄπληστος τιμωρός. — Derivanda vox ex πελᾷν et δας, quasi 'gravis accessu.' Reisk. comparat 'immanis,' et citat Nonni Dionys. 30. p. 776. οὐδὲ χόλον δασπλῆτα

Φάρμακα ταῦθ' ἔρδοισα χερείονα μήτε τι Κίρκας,
Μήτε τι Μηδείας, μήτε ξανθᾶς Περιμήδας.
Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται· ἀλλ' ἐπίπασσε,
Θέστυλι· δειλαία, πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;

καθαψαμένης φύγεν Ἥρης. — Ad verba ἐς τέλος Harles. citat Lennep. ad Phalarid. p. 137. K.

15. ἔρδοισα, cum spiritu leni, Brunck., qui etiam correctionem Valcken. Κίρκας pro Κίρκης in textum recepit. Harl. De usu comparativi compendiario, qui h. l. obtinet, conf. Matthiaei Gramm. Gr. §. 453. p. 629. sq. Schaef. Mel. Crit. p. 127. sq. Add. eund. in Mel. Crit. p. 57. ad Plin. Epist. p. 40. a. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 3. Ovid. Metam. viii. 195. " ut veras imitentur aves," sc. alæ. quod eadem brevitate dictum est pro his, ' ut imitentur veras avium alas.'—De re ipsa conf. Horat. Epod. v. 51. sqq. Kiessl.

16. De Medea v. Tibull. i. 2. 51. ibique Broukhus. Perimeda secundum Schol. eadem saga celebris esse dicitur, quæ ab Homero Iliad. λ. 739. vocatur Ἀγαμήδη. Conf. Wolfii Catalog. Femin. olim Illustrium p. 262. Harl. Hæc Perimede præter hunc locum a solo Propertio commemoratur, ii. 1. 73. (ii. 4. 17. sq. ed. Lachm.) " Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis, Non Perimedeæ gramina cocta manus." ubi conf. Broukhus. Propertius nostrum locum videtur ob oculos habuisse. Kiessl.

17. Ἴυγξ] proprie ' torquilla,' Wendehals, quam Mythographi fingunt Pieri, regis Emathiæ, fuisse filiam, eaque cum reliquis octo suis sororibus in certamine musico a Musis victa et in avem transformata dicitur. v. Antonini Liberalis Metamorph. cap. 9. ibique Verheyk et Muncker. Aliter tamen enarrant fabulam Scholiastes ad h. l. et Suidas tom. ii. pag. 159. ubi vide Kuster. Tum ἴυγξ dicitur, quidquid animum ad desiderium et amorem pellicit, quia veneficæ ea avicula utebantur ad irretiendos animos. v. Suidam l. m. et Salmas. ad Solin. pag. 662. Denique ponitur, ut hoc loco, pro ' rhombo' seu ' trocho,' quem veneficæ versare solent ad amasios ad amorem inflammandos, quia aut avicula illa, aut ejus viscera, rotulæ alligata, carmine quodam magico adhibito, circumagebantur. v. Schol. ad Pindar. Pyth. iv. 381—383. Nem. iv. 56. et Ernesti ad Xenophont. Mem. Socr. iii. 11. §. 17. (inprimis Schneider. ad h. l. in edit. a. 1816.) Hinc vertitur loco nostro ' Zauberkreisel,' et v. 30. dicitur ῥόμβος χάλκεος.—Add. Boettiger. in Wielands neu. dtsch. Merk. 1800. P. iv. p. 56. Engeri Obss. in Horat. p. 16. sq. Harl. Nos insuper citamus J. H. Vossium ad Virgil. Ecl. viii. 68. p. 419. Huschk. Annal. Crit. p. 15. sq. Scholia ad Lycophr. Cass. v. 310. ibique Thryllitsch. not. Denique Ælianum in H. A. xv. 19. nostrum locum respexisse monuit Reiske. Kiessl.

18. πρᾶτον (pro πρῶτον) Brunck. et Valck. quod editores recentiores receperunt. De τάκεται hæc Schol. notat: τὸ δὲ τάκεται ἐπὶ κηροῦ καὶ χιόνος καὶ τῶν τοιούτων λέγεται τῶν κατ' ὀλίγον ἀναλισκομένων· ἐνταῦθα δὲ ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ ἀναλίσκεται καὶ φθείρεται. (His Scholiast. dictis Reiske attendere debebat, ne verbum τάκεται nimium premens ἄλφιτα intelligeret ' pultem.' Kiessl.) Adde Schol. ad Hecub. Euripid. v. 434. et Bergler. ad Aristoph. Plut. 1035. Denique ἀλλ' pro ἀλλά, ' quin,' ' age,' bene tuetur Casaubon. habet enim vim hortandi. v. supra v. 10. et Lamb. Bos. Observ. Miscell. c. 19. qui reddit, ' quare.' Heins. et Koehler. legendum censent ἄλλ', ' alia,' sive scelesta, ut prior putat, sive ἄλφιτα, ut posterior autumat. Harl. Περικάεται, ut in cd. scripto Casaubonus, videtur etiam Scholiasta invenisse. Item in marg. Steph. est κάεται. At neque in Dorvillianis neque in Sanctamandianis libris ullum istius lectionis vestigium comparet. — Huschk. ad Tibull. Eleg. i. p. 23. monet, alios aliter interpungere v. 19. nec multum interesse. Ut non multum intersit, aliquid tamen, ut Reiskii rationem Brunckius, Schaeferus, Vossius ad Virg. Ecl. p. 427. alii, recte prætulerint. Kiessl.

19. ' Wo hast du den Verstand lassen hinfliegen?' Eodem sensu dixit Herodot. iii. c. 155. κῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν; et Iliad. xxiv. 201. πῇ δή τοι φρένες οἴχονται; alio sensu Aristoph. Av. 1445. ἀνεπτερῶσθαι καὶ πεποτῆσθαι τὰς φρένας· ubi conf. Beck. Minus bene Valcken. ad Adon. p. 242. B. et nostro loco et xi. 72. (ubi vide notata,) corrigebat τᾶς φρενός. Kiessl.

Ἦ ῥά γέ τοι μυσαρὰ καὶ τὶν ἐπίχαρμα τέτυγμαι;
Πάσσ', ἅμα καὶ λέγε ταῦτα· Τὰ Δέλφιδος ὀστέα πάσσω.
Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
Αἴθω· χ' ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα, καππυρίσασα,
Κἠξαπίνας ἅφθη, κοὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτᾶς·
Οὕτω τοι καὶ Δέλφις ἐνὶ φλογὶ σάρκ' ἀμαθύνοι.
Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ὡς τοῦτον τὸν καρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω,
Ὣς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δέλφις·
Χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, ἐξ Ἀφροδίτας

21. πάσσ' ἅλα, 'sparge salem' sive 'molam,' ut canit Virgilius Ecl. viii. 82. ab Heinsio excogitatum, dedit Reiske, et probarunt Valckenar. et Brunckius, qui tamen in textu exhibuerunt vulgatum πάσσ', ἅμα, quod late defendit Palmer. in Exercit. in Auct. Gr. p. 793. H. Nimis audacem esse mutationem ἅλα, monuit etiam Voss. ad Virg. Ecl. p. 430. Quod autem petit a Scholiasta argumentum, huic vereor ne non multum sit tribuendum. Probabiliter autem Reiskius verba sic distinguit: καὶ λέγε· ταῦτα τὰ Δ. ὀστ. π. 'et dic: hæc spargo Delphidis ossa.' Kiessl.

23. ἐγὼν semper in hoc Idyll. dedit Brunck. Harl. Idem Δέλφιϊ, et vs. 21. Δέλφιος. cf. i. 65. quod etiam Casaub. probavit. Cogitanda est maga ceream Delphidis imaginem in ignem immisisse; revera igitur laurus super Delphide uritur. v. Voss. ad Virg. Ecl. p. 430. Kiessl.

24. codd. et edd. prim. partim λακῇ dant, quod rescripsit Brunck. partim λακεῖ, quod Valcken., idemque reperitur in cod. Aug. Vulgo a Stephano legitur λακεεῖ. sed λακεῖν, Dorice pro ληκεῖν, primam syllabam producit. De potestate vocabuli vide Bergler. et Duker. ad Aristoph. Plut. 39. et Hesych. in vocc. λακεῖ, ἔλακεν, ληκεῖν, etc. [Etym. M. p. 250. 35. Δάφνη, τὸ φυτόν, δαοφώνη τὶς οὖσα, ἡ ἐν τῷ δαίεσθαι φωνοῦσα· ἠχεῖ γὰρ καιομένη. μαρτυρεῖ Θεόκριτος,—χ' ὡς αὐτὰ λακῇ μέγα κἀκπυρίσασα.] Pro καππυρ. olim in Epistola ad Röverum p. lvi. Valcken. conjecit καππυρὸς (h. e. κατὰ πυρὸς) εὖσα, 'in ignem conjecta,' quam correctionem Brunck. in textum recepit; postea tamen Valcken. in notis, solo accentu retracto, prætulit κάππυρος (Dorice pro adjectivo usitato κατάπυρος) εὖσα. Harl. Nullus dubito, quin lectio vulgata, quæ auctoritate omnium codd. et Etymolog. M. item scholiastæ, πυρακτωθεῖσα exponentis, nititur, vera sit. Conf. Riemer. in Lex. Gr. s. h. v. — Graefius, p. 11. sq. quum omnino dubitaret de usu præsentis ληκεῖν, in his certe carminibus, deinde etiam offenderetur hoc tempore propter duo, quæ sequuntur verba, ἅφθη et inprimis εἴδομες, legendum putat: — χ' ὡς αὐτὰ ἔλακεν μέγα καπ. Kiessl.

26. Etym. M. p. 76. 1. παρὰ τὴν ἄμαθον ἀμαθύνειν, τὸ ἀφανίζειν. — πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει: — κατὰ μικρὸν δαπανᾷ, τουτέστιν, ἄμαθον καὶ κόνιν ποιεῖ. Kiessl.

28. Conf. Virgil. Ecl. viii. 80. Meleag. xv. 4. cum Jacobsii notis p. 32. — σὺν δαίμονι, 'bono cum deo,' 'auxiliante deo.' Sic infra Idyll. vii. 12. σὺν Μοίσαισι, 'beneficio,' 'auxilio Musarum.' ξὺν θεῷ dixit Aristoph. in Plut. v. 114. ubi vide Kuster. Bergler. et Fischer. Harl.

30. De rhombo Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 1131. ἐστὶ δὲ καὶ φαρμακίδων τρόχος ὁ ῥόμβος παρὰ Θεοκρίτῳ, καταγοητευόμενος ἐν τῷ στρέφεσθαι. quem locum laudat Koehler. p. 14. et Ruhnken. ad Timæi Lex. s. v. ῥυμβεῖν. — Δινεῖται, 'circumrotatur:' illustrat hoc verbum Valcken. ad Idyll. xv. 82. p. 375. C. sq. Harl. Reiskius monet, de rhombo neminem diligentius exposuisse Jacobo Nicolao Loense, libro 7. Epiphyll. c. 23. miraturque hominis diligentiam. Add. Voss. ad Virg. Ecl. p. 420. — Recte Stephanus, negans se videre qua ratione

Ὡς τῆνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέραισι θύραισιν.
Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Νῦν θυσῶ τὰ πίτυρα. τὺ δ', Ἄρτεμι, καὶ τὸν ἐν ᾅδᾳ
Κινήσαις ῥ' ἀδάμαντα, καὶ εἴ τί περ ἀσφαλὲς ἄλλο.
Θέστυλι, ταὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται.
Ἁ θεὸς ἐν τριόδοισι· τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει.
Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἠνίδε, σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀῆται·

verba ἐξ Ἀφροδίτας cum præcedentibus cohæreant, ea cum sequentibus conjunxit; significant enim idem quod ὑπ' ἔρωτος, (quod malim scribere ὑπ' Ἔρωτος) "Veneris stimulo percussus." Idyll. vii. 55. ὀπτεύμενος ἐξ Ἀφροδίτας. KIESSL.

31. ὡs sine accentu Brunck. v. Lennep. ad Coluth. p. 118. — ἁμετέραισι θύραισι Brunck.; qui etiam cum Valck. malit τῆνος pro κεῖνος. HARL.

33. In talibus sacris τὰ πίτυρα Demosthenes quoque commemorat Or. pro Cor. 79. p. 313. 15. Ed. Harles. p. 434. Cf. Harpocr. v. ἀπομάττων. JACOBS.

34. ῥ' ἀδάμαντα] tu Diana eum, qui nullis viribus apud inferos domari nulliusque precibus moveri potest, h. e. Plutonem, flectes. Ex hac interpretatione videmus, cdd. et prisc. edd. lectionem ῥ' ἀδάμαντα a Reiskio, Valckenario, cujus longam doctamque consules animadversionem, atque Brunckio jure restitutam esse, et lectioni a Stephano profectæ atque a Wartono defensæ, 'Ραδάμαντα, præferendam. atque auctor censuræ edit. Warton. in Bibl. Philol. Gotting. vol. i. part. 4. p. 125. præferre videtur; laudat enim Ovid. Met. iv. 452. "fores clausas adamante." v. etiam Alberti ad Hesych. voc. ἀδάμας. — εἴ τι — ἄλλο· primum ἀσφαλὴς est σκληρός, 'durus,' (rectius Schol. ἀκίνητον. K.) tum ἄλλο h. l. neutrum adjectivi designat homines: 'si quis præterea alius ibi sit durus et severus.' — Superstitionem nefandam uberius explicat Lampe de Cymbalis Veterum lib. iii. cap. ii. p. 345. sqq. HARL. Henr. Vossius in Notis in Theocrit. p. 11. intelligit illum deorum chalybem mythicum, ex quo omnia, in quibus immanis quædam seu defendendi seu coercendi vis inesset, Vulcanum confecissæ poetæ inde ab Hesiodi ætate auctores sunt. At primum non patet, hic chalybs cur dicatur ὁ ἐν ᾅδᾳ ἀδάμας, quum, quod multa loca ab ipso Vossio citata demonstrant, ex illo metallo plurimæ res, quæ non in Oreo erant, confectæ essent. Tum ad hunc ἀδάμαντα movendum requirebantur corporis vires immane quantum auctæ, quales sunt Gigantum, quarum cogitatio hic quidem, ubi Delphidis animus obstinatus flectendus, alienissima est. Neque Propertii locus iv. 11. 4. "non exorato stant adamante viæ," huic opinioni favet. — Equidem adhuc præfero Valcken. explicationem; quodque nomen Plutonis non est additum, in eo ipso vis quædam inesse mihi videtur. Importunum autem ῥ' non cum duobus cdd. omittendum, sed cum J. H. Vossio in κ' mutandum esse censeo. Illata enim esse hæc litera videtur ab oscitante librario, qui hic Rhadamanthi mentionem fieri sibi persuaderet. — Ad Valcken. rationem commendandam insigniter etiam faciunt loca duo Heliodori ab Jacobsio citata: apud quem t. ii. p. 124. sq. venefica τὰ ἀκίνητα μαγγανείαις κινεῖν dicitur, et alia t. ii. p. 155. οὐδεὶς ὧς ἀδαμάντινος, ὡς μὴ τοῖς ἡμετέροις ἁλῶναι θελγήτροις. — Longe aliter tamen de hoc loco sentit Hermannus, et sic quidem: "Rhadamanthi hic nomen latere, et res, et ineptum illud ῥ' ostendit. Quare nisi singularis quædam forma hujus nominis Theocrito placuit, scribendum putem, κινήσαις 'Ραδάμανθυν, ἢ εἴ τί περ ἀσφαλὲς ἄλλο." KIESSL.

35. Vid. ad vs. 12. et de ὠρύεσθαι Creuzeri notam in Meletemat. e disciplina antiq. P. i. p. 11. KIESSL.

36. De Diana Trivia v. Schol. et ad Ovid. Trist. iv. 4. 73. — ἠχεῖν h. l. significat ictu, perculsu, conquassatione ad tinniendum impellere. HARL. [Ita etiam 'sonare' Tibull. i. 3. 60. "dulce sonant tenui gutture carmen aves." — Sophron in Scholiis ad Lycophron. v. 77. p. 368. ὁ γὰρ κύων βαΰξας λύει τὰ φαντάσματα, ὡς καὶ χαλκὸς κροτηθείς. Ad Lycophr. locum conf. Potter. K.]

38. Sub deæ adventum, universim præsentibus diis, aut summis poetis carmina

Ἁ δ' ἐμὰ οὐ σιγᾷ στέρνων ἔντοσθεν ἀνία,
Ἀλλ' ἐπὶ τήνῳ πᾶσα καταίθομαι, ὅς με τάλαιναν
Ἀντὶ γυναικὸς ἔθηκε κακὰν καὶ ἀπάρθενον ἦμεν.
Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἐς τρὶς ἀποσπένδω, καὶ τρὶς τάδε, πότνια, φωνῶ·
Αἴτε γυνὰ τήνῳ παρακέκλιται, αἴτε καὶ ἀνήρ,
Τόσσον ἔχοι λάθας, ὅσσον ποκὰ Θασέα φαντὶ
Ἐν Δίᾳ λασθῆμεν εὐπλοκάμω Ἀριάδνας.
Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι· τῷδ' ἔπι πᾶσαι

decantantibus ex sententia veterum mare et ventos silere, loca a Valckenario adscripta abunde testantur. Pro σιγᾷ et σιγῶντι Brunck. dedit σιγῇ et σιγεῦντι. Illud σιγῇ etiam in duob. cdd. Harl. Poetæ ventis, mari, totique naturæ illud sacrum silentium diis præsentibus velut εὐφημίαν tribuunt. conf. Virg. Ecl. ix. 57. "et nunc omne tibi," etc. Æn. iv. 522—530. Apollon. Rhod. iii. 743. sqq. v. Mitscherlich. ad Horat. i. 15. 3. Wernsdorf. Poet. Min. T. v. P. iii. p. 1413. Fons comparationis habetur locus Alcmanis, quem servavit Apollonius Lex. Hom. v. κνώδαλον. p. 408. ed. Toll. — In Edit. Fragm. Alcmanis ab Welckero curatæ p. 24. sqq. Kiessl.

41. ἦμες Brunck. e cd. Harl. probante Valcken. In uno cd. εἶμες. Kiessl.

42. De numero ternario Valcken. citat Heins. ad Ovid. Fast. ii. 638. J. Meursii denarium Pythagor. c. v. Add. Tibull. i. 2. 42—56. ibique Broukh. et Vossium ad Virgil. Ecl. viii. 73. p. 426. — Vers. 44. cum Brunck. scripsi αἴτε — αἴτε pro εἴτε — εἴτε. Kiessl.

46. ἐν Δίᾳ] quæ insula postea Naxus dicta est, ubi Theseus Ariadnen dereliquit. Harl. Conf. Apollon. Rhod. iv. 434. sq. De Δίᾳ v. interpretes ad Pomp. Mel. ii. 7. 11. — Λασθῆμεν nolim a λάζω deducere; imo a λανθάνω (λήθω). Iliad. xi. 313. λελάσμεθα. v. 834. λέλασται. Kiessl.

48. φυτὸν ἐντὶ Brunck. — De Hippomane non consentiunt. Theocritus quidem herbam quandam indicat, sive vera fuerit, sive, ut quibusdam videtur (conf. Salmas. ad Solin. p. 660.), fabulosa; atque facile fieri potuit, ut planta id nominis in quadam tantum regione sortiretur, aut ab effectu etiam abusive ita vocaretur (v. Servium ad Virgil. Georg. iii. 280.), quod equi, si eam comederint, furorem passi sunt. Crateuas quidem, vetus quidam botanicus, secundum Scholiasten ad nostrum locum dicit, τὸ φυτὸν ἔχει καρπὸν ὡς σικύου ἀγρίου, μελάντερον δὲ τὸ φύλλον ὥσπερ μήκωνος ἀκανθῶδες· [Crateuas ita exponit, ut ad Daturam Metel consilium transferre possis. Sprengel in Histor. Rei Herb. t. i. p. 127. Kiessl.] et Theophrastus Hist. Plant. ix. cap. 15. (quem locum Palmerius et Valckenar. laudant,) memorat herbæ genus, dictum ἱππομανές, quæ maxime reperiatur Tegeæ et Clitoriæ, ideoque in Arcadia. Alter Scholiastes intelligit carunculam nigram, fronti pulli recens editi innatam, quam equa enixa statim devorat: de quo veneficio, item 'hippomanes' appellato, v. Plin. H. N. viii. cap. 42. sect. 66. ibique Harduin, Broukhus. ad Tibull. ii. 4. 58. et interpretes ad Virgil. Georg. iii. 280. (Voss. p. 593.) et Æn. iv. 515. Harl. Vix videtur hic intelligi planta aliqua, sed potius concrementum, 'ein Gewächs,' quod cum equuleo nascitur, et a veteribus pro philtro habebatur; quod quale sit, docet Daubenton in Hist. Nat. Univ. Comitis a Buffon, vol. iv. p. 124. ed. Amst. Schreber. Schreberi explicationi, quam alter Scholiastes uberius exposuit, plura adversantur, et primum quidem, quod ἱππομανὲς dicitur esse apud Arcades; unde colligas veteres existimasse, τὸ ἱππομανὲς proprium fuisse Arcadiæ. At qui factum est, ut soli Arcadici equulei cum ejusmodi caruncula nascerentur? Tum usus vocabuli φυτόν. (Conf. tamen Liebel. ad Archiloch. Reliquias, p. 91.) Denique, id quod gravissimum est, locutio ἐπί τινι μαίνεσθαι, quæ, interprete Salmasio ad Solin. p. 940. non de eo usurpatur, qui alicujus rei gustu vel haustu ad insaniam adigitur, sed 'de eo, qui rei ejus cujus cupiens est, quocunque modo potiundæ ardore insanit.' Adde

Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα καὶ θοαὶ ἵπποι.
Ὣς καὶ Δέλφιν ἴδοιμι καὶ ἐς τόδε δῶμα περᾶσαι
Μαινομένῳ ἴκελον, λιπαρᾶς ἔκτοσθε παλαίστρας.
Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις,
Ὣ 'γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.
Αἶ αἴ, Ἔρως ἀνιαρέ, τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα
Ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας;

Huschk. Anal. Crit. p. 29. Jacobs. in Anthol. Gr. t. vii. p. 156. Hieron. Bosch. in Anthol. Gr. p. 280. Eodem sensu Latini usurpant verba ‘ ardendi’ et ‘ insaniendi.’ v. Burmann. ad Propert. i. 13. 7. Sensus est: ‘ uti equulei et equi, stabulis et pascuis desertis, furentibus similes citato cursu per montes feruntur, quærentes herbam illam, quam insano ardore expetunt; ita ego etiam Delphin meum, simili mei amore inflammatum et insanienti similem, gymnasio relicto, in hasce ædes venire videam.’ Schaef. suspicatur, τῷδ' ἐπὶ πᾶσαι ὡς πῶλοι —. Kiessl.

50. Geminatum καὶ non debebat Brunckium movere, ut cum Reiskio scriberet περᾶσαι —Ἴκελος· nam et luxuriantur Græci in particulæ καὶ usu (conf. Schaef. Mel. Cr. p. 12. et Weisk. de Pleonasmo p. 185. sqq.), neque hoc quidem loco alterum καὶ sua vi destituitur. Hoc enim puella dicit: ita ‘ etiam’ Delphin ‘ et quidem’ in hasce ædes venire videam. Quod autem Reiskius affirmat, vulgarem lectionem requirere περῶντα, hoc secus est: v. Matthiaei Gramm. Gr. p. 795. not. 3. Ἴκελος tamen permulti cdd. apud Gaisf. unus etiam περάσαι. Pro περῆσαι scripsimus περᾶσαι cum Valcken. quemadmodum jam dudum Idyll. xv. 44. vulgatur. — Λιπαράν· etiam Latini palæstram dixerunt ‘unctam,’ ‘nitidam,’ ‘liquidam.’ V. Markland. ad Stat. Silv. p. 140. Kiessl.

53. v. Vossium ad Virgil. Eclog. viii. 91. pag. 433. Kiessl.

54. κατ' ἀγρίῳ nonnulli scribunt, κατὰ cum βάλλω conjungentes; Reiske contra conjungit cum τίλλοισα. Valckenar. probat Hemsterhusii correctionem κατ' ἀγρίω (sine iota subscripto, ut etiam in cod. Aug. scribitur), ‘ adversus hunc ferocem amatorem,’ quoniam ἄγριος etiam is dicitur, qui amori non respondet, sed asper amantem contemnit et fastu magno repellit, ut xxiii. 11. 19. Brunck. arbitrans, poetæ tunc scribendum fuisse κατὰ τῶ ἀγρίω, aliam in notis protulit conjecturam, κατ' ἄγριος, ‘ has jam efferata ego exuvias in ignem conjicio.’ Harl. Ut Reisk., etiam Abreschius in Dilucid. Thucyd. p. 416. conjungit κατατίλλοισα· cui rationi numeri versus obstant. Hemsterhusium sequuntur Dahl. et Ahlwardt. At recte monuit Brunck., tum requiri articulum τῶ· vs. 23. ἐπὶ Δέλφιδι, ubi est nomen proprium, huc non pertinet. Graefius duas conjecturas proposuit, alteram hanc: ὃ 'γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἄτριον ἐν πυρὶ βάλλω, i. e. ὃ κράσπεδον ἐγὼ κατ' ἄτριον τίλλοισα πυρὶ ἐμβάλλω. vult illa Delphidis fimbriam divellere ‘ in fila,’ solvere omnem texturam. alteram hanc: ὃ 'γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἄτριον κ. τ. λ. i. e. οὗ κρασπέδου ἄτριον ἐγὼ κατατίλλοισα, etc. eodem sensu: ‘ cujus fimbriæ texturam,’ etc. Equidem in lectione vulgata acquiesco, in qua nec collocatio verborum offensioni esse potest, ut in Theocrito, qui in hoc genere etiam alia sibi propria habet. conf. i. 95. nec locutio καταβάλλειν ἐν πυρί· nam etiam Homer. sic loquitur, ut Il. ix. 206. κάββαλεν ἐν πυρὸς αὐγῇ. xii. 206. μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ. Verba καταβάλλω ἐν τῷ πυρὶ τῷ ἀγρίῳ recte explicat scholiastes, ἤγουν τῷ δραστηρίῳ, ὅπερ καὶ ἄκοντα ἐλθεῖν ἀναγκάσει. Kiessl.

55. ἀνιαρέ edd. pr. Reiske, Valck. et Brunck. et cdd., vulgo ἀνιηρέ. Dein construe, (διὰ) τί ἐμφὺς, sc. μοι, ὡς λιμν. βδέλλα (Blutegel, conf. Horat. A. P. 476. ibique Lambin. et Port. in Lex. Dor. sub h. v.) ἐκπέπωκας ἐκ χροός μευ μέλαν αἷμα. Harl. De diversitate accentus in particulis αἶ, αἴ, v. Potter. ad Lycophr. v. 307.—Huschk. in Anal. Cr. p. 37. censet, Theocritum ante oculos habuisse Sophoclem Electr. 777. sqq. (Erf.)—ἥδε γὰρ μείζων βλάβη ξύνοικος ἦν μοι, τοὐμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ ψυχῆς ἄκρατον αἷμα. Theocritum expressit Horat. A. P. 476. — Apud Oppian. Hal. ii. 601. αἱ βδέλλαι dcc. δαίνυσθαι μέλαν αἷμα. Denique ἐμφὺς ut Iliad. α. 513. ὡς ἔχετ' ἐμπεφυυῖα. Kiessl.

Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Σαῦράν τοι τρίψασα, ποτὸν κακὸν αὔριον οἰσῶ.
Θέστυλι, νῦν δὲ λαβοῖσα τὺ τὰ θρόνα ταῦθ' ὑπόμαξον
Τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπέρτερον, ᾇς ἔτι καὶ νῦν
Ἐκ θυμῷ δέδεμαι· (ὁ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιεῖ·)
Καὶ λέγ' ἐπιφθύσδοισα· Τὰ Δέλφιδος ὀστέα μάσσω.
Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Νῦν δὴ μούνα ἐοῖσα πόθεν τὸν ἔρωτα δακρυσῶ;

58. *σαῦραν*] Eidechse. conf. Palmer. in Exercit. p. 794. Hesych. voc. *σαῦρα*, ibique Alberti; infra vii. 22. dicitur *σαῦρος*. Harl. Hic est unus locus Theocriti, quem respiciunt lexicographi Segueriani editi a Bekkero, vol. i. p. 64. citati jam a Valckenario: *Σαῦρος ἀῤῥενικῶς λέγουσιν. Θεόκριτος θηλυκῶς εἶπε σαῦρον.* scrib. *σαῦραν*. Nostro loco una ed. Farr. *σαῦρον*.—*ποτὸν κακὸν* Winterton. Valck. Brunck. alii. Alterum ordinem *κακὸν ποτὸν* defendit Vossius eo, quod gravior vox priorem locum poscat, ut v. 161. *κακὰ φάρμακα*. iv. 47. *κακὸν τέλος*. xvi. 85. *κακᾷ ἀνάγκᾳ*. xxv. 168. *κακὸν τέρας*. Kiessl.

59. *Θρόνα Θεσσαλοὶ μὲν τὰ πεποικιλμένα ζῶα· Κύπριοι δὲ τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια· Αἰτωλοὶ δὲ φάρμακα, ὥς φησι Κλείταρχος· Ὅμηρος δὲ τὰ ῥόδα, παρὰ τὸ ἄνω θορεῖν ἐκ τῆς γῆς.* Schol. conf. Stephan. Indicem ad Thes. L. Gr. p. 1059. Harl. Ahlwardt. amplexus scholiastæ explicationem *τὰ πεποικιλμένα ζῶα*, de lacerta accipit verbum *τὰ θρόνα*, omnemque locum sic exponit: 'Hanc lacertam tibi, Delphi, teram, et cras potum malum feram. Tu, Thestyli, sume hanc lacertam contritam et illine ejus limini.' Nimirum venena e lacerta expressa retinet Simætha cras inde paratura potum venenatum, quo omnibus aliis frustra tentatis ad extremum usura est; Thestylin modo contritam bestiolam illinere jubet. Sic omnia bene cohærent. Hoc unum male me habet, quod numerus pluralis *τὰ θρόνα* de una lacerta usurpatur. H. Vossius in programmate intelligit (Virg. Æn. v. 514.) "pubentes herbas, nigri cum lacte veneni." Ita *τὰ θρόνα* dcc. Nicandro in Ther. 413. ubi v. Schol. item Lycophr. 674. ubi Tzetz. interpretatur *φάρμακα μαγικά*. Eandem rationem probat vir doctus in Ephem. Lit. Univers. Sed nisi hæc *θρόνα* s. *φάρμακα* referuntur ad lacertam, et universe venena intelliguntur, omnis locus non satis cohæret. Kiessl.

61. *ἐκ θυμῶ* conjungo cum Valcken. quem vide. 'ex quo limine nunc' tota mente 'adfixa pendeo.' Infra xxix. 4. est *ἀπὸ καρδίας*. Iota subscriptum abest a voc. *θυμῶ* etiam in cod. Aug. Reiske illud addidit, et construit *θυμῷ ἐκδέδεμαι*. Mox Brunck. *ποιῆ*. Ultima hujus versus contulit Bergler. ad Alciphr. i. 27. p. 113. (p. 153. ed. Wagn.) Harl. Sequor cum Reiskio Scholiasten, qui explicat, *ἐκδέδεμαι τῇ ψυχῇ*. Etiam plures cdd. *θυμῷ*· quamquam tali in re codicum auctoritas est levior. Locutiones *ἐκ θυμοῦ, ἀπὸ καρδίας, ἐκ ψυχῆς*, quæ suis quæque locis recte leguntur, huic loco non satis conveniunt, qui requirit sententiam, qualis est illa apud Plaut. Asin. i. 3. 4. "fixus hic apud nos est animus tuus clavo Cupidinis." Verborum collocatio non dissimilis est illi vs. 54. et 80. Kiessl.

62. *ἐπιφθ.*] 'insusurrans' (*ἐπιψιθυρίζουσα*) explicat h. l. Schol. at infra ad Idyll. vii. 127. uti Eustathius reddit 'inspuere' (*ἐπιπτύειν*), quod pertinebat ad ritus veneficarum. (Conf. Idyll. xx. 11. K.) Ultima versus verba: *τὰ Δέλφ. ὀστ. πάσσω*, suspecta et ex versu 21. mutua sumta videntur cl. Schneidero in Bibl. Philol. vol. i. p. 126. Harl. Eustathius ad Homerum Od. α. p. 1392. 42 = 22. 9. *τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ Ἐπιφθύζειν, ἀντὶ τοῦ ἐπιπτύειν γοητευτικῶς*. Et ad Od. δ. p. 1482. 43 = 149. 16. Est igitur *πτύειν* pronuntiatum literis adspiratis, quam adspirationem litera sibilans ultro efficit.—Schneider. in Lex. Gr. suspicatur olim scriptum fuisse *ἐπιψύττοισα* a *ψύττω* Dor. pro *πτύω*.—Tum recipi certissimam Ahlwardti correctionem *μάσσω* pro *πάσσω*. Est enim, monente item Graefio p. 12., hujus loci eadem planc œconomia ac superioris v. 18. 21. Denique non video quare *ὀστέα* hic Reizio (conf. Eichstadt. Quæst. Philol. Spec. p. 60. sq.) displicuerit, quum tota actio sit symbolica. Kiessl.

64. *μώνα* Brunck., *μοῦνα* (pro vulgata

Ἐκ τίνος ἀρξεῦμαι; τίς μοι κακὸν ἄγαγε τοῦτο;
Ἦνθ' ἁ τῶ 'υβούλοιο καναφόρος ἄμμιν Ἀναξὼ
Ἄλσος ἐς Ἀρτέμιδος· τᾷ δὴ τόκα πολλὰ μὲν ἄλλα
Θηρία πομπεύεσκε περισταδόν, ἐν δὲ λέαινα.
Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Καί μ' ἁ Θευχαρίλα, Θρᾷσσα τροφὸς ἁ μακαρῖτις,
Ἀγχίθυρος ναίοισα, κατεύξατο καὶ λιτάνευσεν
Τὰν πομπὰν θάσασθαι· ἐγὼ δέ οἱ ἁ μεγάλοιτος
Ὡμάρτευν, βύσσοιο καλὸν σύροισα χιτῶνα,
Κἀμφιστειλαμένα τὰν ξυστίδα τᾶς Κλεαρίστας.
Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Ἤδη δ' εὖσα μέσαν κατ' ἀμαξιτόν, ᾇ τὰ Λύκωνος,

μούνη) malit Valck. (idque recepimus. K.) Dimissa vero est Thestylis, et Simætha secum de Origine Amoris instituit sermonem. Harl.

65. In cdd. sunt *ἄρξομαι·* (ita etiam in Aug.) *ἄρξομ' ἐγώ· ἄρξωμαι· ἄρξευμ' ἐγώ.* Ut h. l. et vii. 95. item Epigr. v. 3. *ἀρξεῦμαι·* ita apud Theocritum *κεισεῦμαι, βασεῦμαι.* v. Gregor. Cor. p. 261. Maittair. de Dial. p. 301. sq. Kiessl.

66. Anaxo canistrum in pompa gestavit in lucum Dianæ, ne sibi nupturæ irasceretur ob amittendam virginitatem. v. Schol. De canephoris vide locum classicum apud Xenophont. Ephes. p. 2. Spanhem. ad Callim. H. in Cerer. v. 1. et frequentius, atque infra ad Idyll. xxvi. 7. Harl.

67. *ἐς 'Αρτέμ.* pro *ἐπ' 'Α.* ex Lips. et Florent. cdd. (quibus consentit Augustan.) rescripserunt Valcken. et Brunck.; idem Casauboni correctionem, a Valcken. et Wartono probatam, *τόκα* (Dor. pro *τότε*), reposuit. H. 'Ες et *τόκα* recepimus cum editoribus recentioribus. 'Ες et *ἐπ'* sæpissime confusa sunt: v. Brunck. ad Apoll. Rh. i. 725. 1108. iv. 1604. Kiessl.

69. *φράσδεο* (pro *φράζεο*) semper Brunck. (idque secuti sumus. K.); vis vero medii generis tenenda est, 'tecum dic,' h. e. considera, animadverte. v. Schol. ad vers. 99. Dorville Vann. Crit. p. 147. (ad Chariton. p. 669. Lips. K.) Palmerii Exerc. p. 794. Harl.

70. *Θευχαρίλα* etiam cod. Aug., probatque Valckenarius. *Θευμερίδα* (quod nomen viro congruum est) probant Schottus Observ. Human. ii. cap. 46. et Reiske. plures cdd. habent *Θευμαρίδα*, quod rescripsit Brunck., cui tamen poeta scripsisse videtur, *τῶ 'υμαρίδα* (conf. v. 66.) ab *Εὐμαρίδης*, ita ut nutrix non suo, sed alumni nomine indigitaretur. Quod vero unus codex legit *καὶ μαθ' εὐμαρίδα*, id non temere prætereundum putat Wartonus. Harl.

72. *θεάσασθαι* cod. Aug. et plures apud Reiskium (et Gaisford. K.); sed vulgatum (quod citat Eustath. Il. *τ*. p. 1186. 48 = 1255. 2.) a *θάομαι*, 'specto,' est voc. Theocriteum. v. interpret. ad Callim. H. in Cerer. v. 3. Koen. ad Gregor. Cor. p. 100. sq. (p. 222. sq. Schaef.) et uberius illustratur a Valcken. ad Adoniaz. p. 367. B. (coll. p. 195. C. K.) Harl.

73. *βύσσος* est 'Baumwolle.' vide Forsteri librum de Bysso, Lond. 1775. Harl. 'Gossypium.' Schreber. Quando *κότραν* et *κιτῶνα* nominatim Siculis adscribunt Jo. Grammaticus, §. xxviii. et Noster, vel ipsi, vel antiquiores, quos secuti fuerint, Grammatici, ita invenisse possint videri in Siculi Theocriti Eid. ii. 73. xxi. 15. Ita Koenius ad Greg. de D. D. §. cli. (p. 341. Schaef.). Kiessl.

74. *ξυστὶς γυναικεῖόν τι ἔνδυμα πεποικιλμένον.* Schol. *τᾶς Κλεαρ.* ex optimis libris reposuit Valcken. item Brunck., idque jam Reiske probarat. *τὰν* vulgo, etiam cod. Aug. Harl. Aristoph. Nub. 71. *ξυστίδ' ἔχων·* ubi v. Schol. et interpretes. De more pauperiorum pulcra vestimenta in festorum solemnitatibus ab opulentioribus mutuandi v. Bastii Epist. Cr. p. 137. ed. Lips. Eo pertinet locus Juvenalis vi. 364. "ut spectat ludos, conducit Ogulnia vestem." Item Iamblichi de Vita Pythag. §. 55. *θεωροῦντες τὴν τῶν γυναικῶν δικαιοσύνην ἐκ τοῦ προΐεσθαι μὲν ἀμάρτυρον τὸν ἱματισμὸν καὶ τὸν κόσμον.* Kiessl.

76. *μέσαν* (Laurent. cod. habet *μέσην*,)

Εἶδον Δέλφιν ὁμοῦ τε καὶ Εὐδάμιππον ἰόντας.
Τοῖς δ' ἦς ξανθοτέρα μὲν ἑλιχρύσοιο γενειάς,
Στήθεα δὲ στίλβοντα πολὺ πλέον, ἢ τύ, Σελάνα,
Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιπόντων.
Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα,
Χ' ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη
Δειλαίας· τὸ δὲ κάλλος ἐτάκετο, κοὐδέ τι πομπᾶς
Τήνας ἐφρασάμαν, οὐδ' ὡς πάλιν οἴκαδ' ἀπῆνθον

dedit Brunck. pro *μέσον*, probante Valckenario, quoniam *ἀμαξιτὸς* est generis feminini. (Verum latet in depravata lectione cod. Vat. *μέγαν*. Kiessl.) Virg. Ecl. ix. 59. "hinc adeo media est nobis via." — *τὰ Λύκωνος* scil. *δώματα* sive *οἰκήματα*· pluralis pro singulari; forsan quia domus fuit ampla (Hoc non inest in plurali. K.): cujus generis exempla collegit Fischer. in vi. Prolus. de Vitiis Lexicorum N. T. Harl.

77. *ἀμᾶ τε καὶ* olim scriptum fuisse, quum in hoc Idyllio Dorismus accurate sit observatus, vero simile esse videtur Brunckio. Harl. Dahl. cum Brunckio scripsit *ἀμᾶ*. v. de hac forma Koen. ad Gregor. p. 213. 255. Kiessl.

78. *ἧς* (pro *ἦν*), ut versu 92. et 124. legitur, conjecerunt Toup. atque Valcken., sicque dedit Brunck. (quem secuti sumus. K.) v. Koen. ad Gregor. de Dial. p. 118. sq. (p. 257. Schaef.) Harl. De helichryso vid. ad Idyll. i. 30. Kiessl.

79. *τύ, Σελάνα*] sic solus Callierg., et Flor. *σύ*, hancque optimam lectionem retinuerunt Valckenarius et reliqui editores. Codices omnes apud Gaisford. habent *τὸ σελάνας*, nec sane constat, quinam optimi codices habeant *τύ, Σελάνα*. Reisk. frigidam lectionem *τὸ σελάνας* revocavit. — Dahl. jure negat, locum Bionis i. 93. *ἢ τύ, Διώνα* a Valck. et Toupio recte hic comparari. Aptior est locus Hymn. Homer. in Vener. 89. 90. quem compararunt Warton. et Wakefield. in Sylva Crit. P. ii. ubi hic a pag. 143 — 147. hunc locum tractat. Kiessl. Cum candore autem et pulcritudine Lunæ res sæpius compararunt poetæ. v. Idyll. xviii. 26. Warton. et Koehler. ad nostrum locum, Broukhus. ad Tibull. iii. 4. 29. et Schrader. ad Musæum p. 172. sq. Harl.

80. *λιπόντων* ex pr. edd. et cdd. optimis revocarunt Reiske et Brunck., atque probarunt Valck. et Warton., qui tamen lectionem a Calliergo profectam, etiam in cod. Aug. aliisque repertam, *λιποῦσι*, in textu retinuerunt. A veteribus autem primi amantium congressus sæpe fingebantur in sollemnioribus deorum festis. v. Dorville ad Chariton. p. 17. (p. 209. Lips.) Harl. Recepimus exquisitiorem lectionem *λιπόντων*, etiam Hermanno probatam. De constructione particulæ *ὡς* cum genitivis absolutis v. ad Viger. p. 559. sq. Præpositio *ἀπὸ* pertinet ad *λιπόντων*. v. ad vs. 61. — Mirus est Wakefield. qui, ex vulgari lectione non 'nitentes,' sed 'illuvie' potius 'squalentes' sisti putans, audacter conjecit: *ὡς ἐπὶ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιπόντων*· 'oleo nitidorum ad certamen.' Kiessl.

82. alterum *ὡς* indicat celeritatem, quod clare ostendit Achilles Tat. p. 18. ed. Salmas. *ὡς δὲ εἶδον, εὐθὺς ἀπολώλειν*. sic etiam Virgil. Ecl. viii. 41. "ut vidi, ut" (h. e. statim) "perii." v. ad vers. 31. Homer. Il. xiv. 294. *ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν*. et xix. 16. ubi conf. Clark. item Theocr. iii. 42. Warton. et Valck. ad nostrum locum. [Alterum *ὡς* exprimit potius vehementiam, ut Latin. 'ut,' pro quo etiam dicitur 'quam.' (conf. Valcken. ad Callim. Frag. p. 105. sq.) atque hoc *ὡς* Hermannus de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 114. scribi jubet *ὥς*. Kiessl.] — *ὥς μοι* Brunck. ex Flor. [item sex cdd. apud Gaisf. — Fulv. Ursinus p. 72. legit *ἰάνθη*. *Ἰαίνειν*, 'calefaciendo mollire,' de amore quidem usurpatur; sed hoc loco, ubi præcessit *ἐμάνην*, ut nimis lene, non ferendum. *Περιάπτειν* fortius est quam *ἰάπτειν*. nisi cum cd. Schell. scribere malis *πέρι*, i. e. circumquaque, 'penitus.' Neque probo speciosam emendationem Graefii, *πυρὶ θυμὸς ἰάφθη*. Kiessl.] In vers. seq. *κοὐδέ τι* ex quibusdam cdd. et Ed. Ald. rescripsit Brunck. *κ' οὔτετι* cod. Aug. alii aliter apud Reiske. Harl. [Recepi cum Schaefero Brunckii lectionem, quæ unice vera est; nam ne cœperat quidem Simætha ad ludos attendere. Kiessl.]

Ἔγνων· ἀλλά μέ τις καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξεν·
Κείμαν δ' ἐν κλιντῆρι δέκ' ἄματα καὶ δέκα νύκτας.
Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ·
Ἔρρευν δ' ἐκ κεφαλᾶς πᾶσαι τρίχες· αὐτὰ δὲ λοιπὰ
Ὀστέ' ἔτ' ἧς καὶ δέρμα· καὶ ἐς τίνος οὐκ ἐπέρασα;

85. *καπυρὰ νόσος*] poetice apteque innuitur amor vehemens, qui morbi ardentis instar corpus paullatim absumit. *Καπυρὸς* descendit ex mente nonnullorum a *καίειν* et *πυροῦν*. vide plura de etymologia et potestate hujus vocabuli apud Mollum, Jungermann. et Boden. ad Longi Pastoralia p. 148. sqq. at confer etiam V. D. in Nova Bibl. Philol. vol. iii. p. 42. docte disputantem contra Boden. — Initio versus Koehler. *μ' ἔγνων* suspicatur, et versum sequentem spurium esse putat. — *ἐξαλάπαξε*, 'exinanivit,' 'tabefecit,' est vocabulum Homericum. vide Dammii Lexicon Græcum p. 1349. et præferenda est hæc lectio alteri, quam scholiastes reperit, *ἐξάλλαξεν*, 'prorsus immutavit.' Harl. [*Καπυρὰ* comparat Hermannus in Libro de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 59. cum *κάπετον* Pind. Ol. viii. 50. et *καβαίνω* Alcmanis apud Hephæstion. p. 44. (in edit. Fragm. Alcmanis curata a Welkero p. 50. sq.). Graefius p. 13. præfert *ἐξάλλαξεν*. Homeri certe auctoritas, inquit, ad defendendum *ἐξαλάπαξεν* hoc nexu non facit: nam aliud est *ἐξαλαπάξαι* urbem, aliud formam humanam. Optime vero cum *ἐξάλλαξεν* cohæret vs. 88. Kiessl.]

88. *θάψῳ*] A colore pallido sumitur comparatio, quæ conditionem ægrotantis et marcescentis corporis poetice signet. *Θάψος* vero num lignum fuerit Scythicum, *σκυθάριον*, quo lanam tingunt et capillos reddunt flavos, quod idem *χρυσόξυλον*, 'lignum aureum,' dicitur, uti scholiastes tradit; an herba quædam pallida (*φυτόν τι χλωρὸν* ait Asclepiades apud Scholiastem ad h. l.) Sicula, ab Crateua inventa in insula quadam, Thapso, quæ est una Sporadum, sita inter Arcæusam et Phœnicen, cujus succo illi oblinunt faciem, qui velint videri pallidi et ægroti, ut Scholiast. ad Nicandri Theriac. v. 529. memorat, ulterius investigat Jo. Bodæus a Stapel ad Theophrasti Histor. Plant. libr. ix. cap. 13. p. 1104. conf. Wolf. ad Sapphus Fragmenta p. 249. Harl. — Thapsus, secundum Scholiasten, est lignum quoddam, quod etiam scytharium vel scythicum dicitur, lanamque melino, capillos autem flavo colore imbuit. A plerisque 'glycyrrhiza' habetur; nec obesse videtur, thapsum lignum appellari, glycyrrhizam radicem esse, cum exempla non desint, Græcos olim radicem majorem et duriorem lignum appellavisse. Conf. Bod. a Stapel in Theophr. p. 1105. At glycyrrhizam ad usus tinctorios adhibitam fuisse, nullibi reperitur. Anne Thapsus fuerit Rhus Cotinus Linn. Sp. Pl. p. 383? quæ pro Coccygria antiquorum haberi solet. Hæc in Scythia nascitur, materiam habet luridam, et colore tam melino, quam flavo tingit. Si inter radices quærenda esset thapsus, mihi potius quam glycyrrhiza rhaponticum esse videretur, planta in Scythia inquilina, cujus radix nostro quoque tempore ab incolis ad tincturas luteas recipitur, teste cl. Pallas Itin. tom. i. p. 380. Hic *θάψω* intelligitur color talis, qualis huic frutici est, eoque tingitur; 'quittengelb' Germani dicerent. Schreb. De *θάψῳ* citavit Eichstadius in libr. i. p. 62. Joh. Arntzenium de Colore Comarum c. vii. p. 115. "Tinctus viola pallor amantium," Horat. Od. iii. x. 14. "Oraque buxo Pallidiora gerens exhorruit," Ovid. Met. iv. 134. Apollon. Rhod. iii. 297. de Medea amante: *ἁπαλὰς δὲ μετετρωπᾶτο παρειὰς Ἐς χλόον, ἄλλοτ' ἔρευθος, ἀκηδείῃσι νόοιο.* — F. A. Wolfius in libello, Zu Platons Phædon, p. 25. demonstravit, *πολλάκις* significare etiam 'gar,' 'vollends,' 'wirklich.' Quamobrem non est, quod aut de crebris palloris cum rubore permutationibus cogites, aut cum Graefio p. 13. scribas *πάντοθι θάψῳ*, vel *πελλᾶδι θάψῳ*. — Denique et *θάψω* et *θάψῳ* scribi potest, quum *ὁμοῖος* utrumque casum adsciscat, quod jam Reiske monuit. Adde Matthiaei Gram. p. 518. — Citat versum 88. Schol. Aristoph. Vesp. 1404. Kiessl.

89. 90. *κεφαλᾶς* — *ἐπέρασα* (pro *κεφαλῆς* et *ἐπέρησα*) prius ex conjectura (consentiente uno cod.), alterum ex septem codd. dederunt Brunck. et Valcken. (*Αὐτά*, 'sola.' vid. Hermann. in Act. Semin. Philol. vol. i. p. 47. sq. K.) — *λοιπὰ* — *ἧς*, 'relicta erant,' 'supererant.' v. Valcken. infra Id. iv. 15. Callim. H. in Ce-

Ἢ ποίας ἔλιπον γραίας δόμον, ἅτις ἐπᾷδεν;
Ἀλλ' ἧς οὐδὲν ἐλαφρόν· ὁ δὲ χρόνος ἄνυτο φεύγων.
  Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Χ' οὕτω τᾷ δώλᾳ τὸν ἀλαθέα μῦθον ἔλεξα,
Εἰ δ' ἄγε Θέστυλί μοι χαλεπᾶς νόσω εὑρέ τι μᾶχος.
Πᾶσαν ἔχει με τάλαιναν ὁ Μύνδιος. ἀλλὰ μολοῖσα
Τήρησον ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν·
Τηνεὶ γὰρ φοιτῇ, τηνεὶ δέ οἱ ἁδὺ καθῆσθαι.
  Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Κήπεί κά νιν ἐόντα μάθῃς μόνον, ἅσυχα νεῦσον,
Κῆφ', ὅτι Σιμαίθα τὺ καλεῖ, καὶ ὑφαγέο τᾷδε.
Ὣς ἐφάμαν· ἁ δ' ἦνθε καὶ ἄγαγε τὸν λιπαρόχρων
Εἰς ἐμὰ δώματα Δέλφιν· ἐγὼ δέ νιν ὡς ἐνόησα

rer. 93. sq. ibique interpr. — ἔρρευν pro 'decidebant,' conf. supra i. 5. et ad Anthol. Gr. Poet. Bion. i. 55. — ἐς τίνος sc. δόμον. Harl. Præivit et in his Theocrito Sophron, cujus ista servavit Etymologus p. 737. 3. τί μὰν ξύσιλος; τί γάρ; σύφαρ ἀντ' ἀνδρός. Ultima explicat Grammaticus, δέρμα ψιλόν, ὡς τῶν ἄλλων ἤδη δεδαπανημένων. Kiessl.

91. Idem color est in loco Eurip. quem excitat Jacobs. ex Androm. 299. τίν' οὐκ ἐπῆλθε; ποῖον οὐκ ἐλίσσετο Δαμογερόντων. — Verbum λείπειν h. l. est 'prætermittere,' 'præterire,' ut nonnunquam Lat. 'relinquere' apud ipsum Ciceronem, ut Verr. 3. 44. "prætereo ac relinquo." Etiam possis huc referre Virgil. vi. 509. "nihil o tibi, amice, relictum." Kiessl.

92. ἄνυτο φεύγων] 'cito fugit,' aut 'fugaciter præteriit,' de qua verbi ἀνύειν elegantia egi in Anthol. Gr. Poet. ad Tyrtæum ii. 15. adde Bergler. et Fischer. ad Aristoph. Plutum 229. ἀνύσας τρέχε. Harl. In Avib. 242. ἀνύσατε πετόμενα πρὸς ἐμὰν αὐδάν. Add. Matthiaei Gram. Gr. p. 812. Viger. p. 350. not. Kiessl.

94. χ' οὕτω τᾷ δούλᾳ primæ Edd. et plerique cdd. In nonnullis tamen et Aug. χ' ὤτω τᾷ δώλᾳ. Quia δῶλε legitur Idyll. v. 5., Valckenarius (quem recentiores secuti sunt. K.) δώλᾳ admisit. Quum in οὕτω prima syllaba non mutetur, Brunck. tamen cum Casaubono repertum in Laurentianis χ' ὠτῶ rescripsit. Harl.

95. εἰ δ' ἄγε] valet pro εἶα δὴ ἄγε, 'eia sane age, wohlan denn nun.' εἶ' ἄγε Winterton. (cum uno cd. Flor. et Lips. a m. sec. ceteri tamen cdd. et edd. pr. retinent δ'. K.) v. Valcken. et Dammii Lexic. Græcum p. 526. qui in hoc sensu et usu nullam subesse ellipsin putat. Secus autem videtur Hoogeveenio, qui in Doctrina Part. L. Gr. tom. i. p. 341. sqq. (in Epit. Schütz. p. 182.) ubivis βούλει subaudiendum, et plenam esse orationem, εἰ δὲ βούλει, ἄγε, contendit. [Conf. Schaefer. ad L. Bos. Ellips. p. 590. et Hermann. de Ellipsi et Pleonas. p. 104. in Viger. p. 870. Kiessl.] Reiske putat, εἰ esse imperativum contractum ex ἔε, ab ἔω, 'eo,' 'vado,' unde per circumflexum notandum et exarandum. Harl. [Cum Brunckio et Schaefero scripsimus εὑρέ τι. De usu vocab. ἔχειν in re amatoria v. Valcken. ad Callim. Fragm. p. 29. sq. Kiessl.]

98. Versum Theocriti cum loco Callimachi comparat Valcken. ad Callim. Fragm. p. 237. Kiessl.

100. μάθῃς, quod Brunckius propter ἐπεὶ ἂν pro vulgato μάθοις scribendum esse monuerat, exstat in pluribus codicibus. Mox idem exhibuit in textu καλῇ. Harl.

101. κῆφ'] accentum primus mutavit Schaefer. consentiente cd. Schell. quod enim vulgabatur κῄφ', est 'et dixit.' Tum cum cd. Schell. Aldo et Reisk. scripsimus ὑφαγέο ab ὑφηγεῖσθαι, 'eum clam huc duc,' non, quod voluit Reiskius, 'præi viam illi.' Kiessl.

103. 104. ἐνόασα Brunck. — De particula ἄρτι, 'eben,' conf. Graefe ad Meleagri Epigr. p. 70. et Viger. p. 386. sq. — Medium ἀμείβεσθαι, quo utitur etiam Ho-

Ἄρτι θύρας ὑπὲρ οὐδὸν ἀμειβόμενον ποδὶ κούφῳ,
(Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ᾽ ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.)
Πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος πλέον, ἐκ δὲ μετώπω
Ἱδρώς μευ κοχύδεσκεν ἶσον νοτίαισιν ἐέρσαις,
Οὐδέ τι φωνᾶσαι δυνάμαν, οὐδ᾽ ὅσσον ἐν ὕπνῳ
Κνυζεῦνται φωνεῦντα φίλαν ποτὶ ματέρα τέκνα·
Ἀλλ᾽ ἐπάγην δαγῦδι καλὸν χρόα πάντοθεν ἶσα.
Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ᾽ ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Καί μ᾽ ἐσιδὼν ὤστοργος, ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πάξας
Ἕσδετ᾽ ἐπὶ κλιντῆρι, καὶ ἑσδόμενος φάτο μῦθον·
Ἦ ῥά με, Σιμαίθα, τόσον ἔφθασας, ὅσσον ἐγώ θην
Πράν ποκα τὸν χαρίεντα τρέχων ἔφθαξα Φιλῖνον,
Ἐς τὸ τεὸν καλέσασα τόδε στέγος, ἤ με παρῆμεν.

merus Iliad. 9. 409. Odyss. 10. 328. scholiastes monet pro activo poni. cf. Wesseling. ad Herodot. p. 408. 38. K.

106. Conf. elegantem Sapphus odam ix. p. 16. inprimis p. 30. edit. Wolf. (p. 24. ed. Volger.) Propert. ii. 18. 12. ibique Broukhus. HARL. Conf. Apollon. Rhod. i. 1261. iii. 954—965. ubi Medeæ cum Jasone congressum depinxit. KIESSL.

107. *κοχύδεσκεν* cd. Med. edd. Junt. Steph. in Poet. Princ. (at in edit. min. *κοχύεσκεν*), Reisk. et Brunck. atque Dorvill. ad Chariton. p. 380. (p. 431. Lips.) est forsitan vocabulum Theocriteum et fictum ad strepitum aquæ per rupes delabentis indicandum. v. Schol. Steph. et Valcken. HARL. Valckenario videtur etiam Eustathius hoc loco invenisse *κοχύδεσκεν*, qui ad Hom. Iliad. ρ. p. 1126. 51=1095. *ἀπὸ τοῦ κοχυδεῖν*, inquit, *καὶ τὸ κοχύδεσκεν εὕρηται*. Paulo ante ex Athenæi (vi. p. 269. D.) Pherecrateis ipsi memorantur *ποταμοὶ—κοχυδοῦντες ἐπιβλύξ*. Restituimus *κοχύδεσκεν* a *κοχύδω*. K.

109. 110. *κνυζεῦντα φωνεῦντι* Brunck. (Nos ex pluribus cdd. rescripsimus *κνυζεῦνται*. KIESSL.) — *Δαγὺς* est vocabulum rarissimum. Sic dicebantur puellarum ludicra, imagunculæ ex cera, gypso vel ære factæ. Atticis *κόραι* vocantur. vid. Schol. Valck. et Ruhnken. ad Timæum p. 165. Toup. Emend. in Suid. P. iii. p. 114.=t. ii. p. 145. HARL. A Callimacho H. Cer. 92. dc. *πλαγγών*. add. Bastii Epist. Crit. p. 195. sq. Ad *ἐπάγην* Jacobs. citavit Apoll. Rh. iii. 965. Helidor. ii. 23. p. 133. iv. 13. p. 245. Philostr. Imag. i. 24. p. 709. KIESSL.

112. 113. *κοὔ μ᾽ ἐσιδὼν*, 'cumque me ne adspexisset quidem, oculis in terram defixis, consedit,' correxit Koppiers in Observ. Phil. p. 77. et Brunck. recepit in textum. Vulgata tamen lectio perturbatum animi motum melius pingere videtur. [Koppiers. mutatio tautologiam loco infert. Vulgatam, quæ sanissima est, cum Vossio sic interpretare: 'cum me ingressus blande intuitus esset, tum oculis ficta pudoris specie in terram demissis crudelis in lecto consedit.' Eum *ἄστοργον*, 'amoris expertem,' appellat, quod postea puellam amare desiit. KIESSL.] *πάξας*, *ἕσδετο*, *ἑσδόμενος* conjecit Valcken. et reposuit Brunck. (quem secuti sumus. K.) HARL.

114—116. *τρέχων ἔφθαξα*, 'cursu superavi,' 'celerius cucurri.' *φθάνω*, 'anteverto,' 'occupo,' cum participio junctum prioritatem et celeritatem declarat. v. Aristoph. Plut. v. 685. et 1134. ibique notas. (Vid. viros doctos ad Viger. p. 318. sqq. inprim. Herm. not. 204. K.)—*ἤ με* Ald. Flor. Reisk. et Valck. alii *ἦμε*, *ἤ με*, *ἥ με*. —Ex Flor. cod. *παρῆμες* recepit Brunckius. Verborum structura hæc est: *Σιμαίθα, πρὶν ἢ ἐμὲ παρεῖναι καλέσασα, τόσον ἐμὲ ἔφθασας, ὅσον ἐγὼ πρώην ποτὲ τὸν χαρ. Φιλ. τρέχων ἔφθασα*· 'quum me vocasti ante, quam mea sponte venirem, tantum me prævertisti, quantum ego nuper cursu Philinum præverti.' HARL. [Sic Valcken. Bene Reiskius: "'quod me citius vocasti ad domum tuam, quam ego illuc ivi, in ea re me tantum prævertisti, atque ego cursu Philinum nuper præverti.' Vanus homo, quo tempore mulierculæ adulatur et blanditur, eodem ipse se ei

Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Ἦνθον γὰρ κἠγών, ναὶ τὸν γλυκύν, ἦνθον, Ἔρωτα,
Ἢ τρίτος ἠὲ τέταρτος ἐὼν φίλος αὐτίκα νυκτός,
Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων,
Κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος,
Πάντοσε πορφυρέαισι περιζώστραισιν ἑλικτάν.
Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Καί μ' εἰ μέν κ' ἐδέχεσθε, τάδ' ἦς φίλα· καὶ γὰρ ἐλαφρὸς
Καὶ καλὸς πάντεσσι μετ' ἠϊθέοισι καλεῦμαι·
Εὗδον δ', αἴκε μόνον τὸ καλὸν στόμα τεῦς ἐφίλασα.
Αἰ δ' ἀλλᾷ μ' ὠθεῖτε, καὶ ἁ θύρα εἴχετο μοχλῷ,

jactat atque commendat." Structura autem verborum potius hæc est: *ἔφθασας καλέσασα, ἤ με παρεῖναι, τόσον ὅσον ἔφθασα*, 'um so viel bist du durch dein Rufen meinem Kommen vorausgeeilt, als;' neque opus est, ut suppleatur *πρίν*. Kiessl.]

118—122. *κἠγὼν* Valck. et Brunck. e tribus cdd. — Sensum priorum versuum hunc esse cum Koehlero arbitror: 'Venissem enim et ego, venissem, inquam, per dulcem Amorem, vel tertius jam vel adeo quartus amasius statim cum,' h. e. simulac, 'advesperasset.' [*τρίτος ἢ τέταρτος*, 'cum duobus aut tribus aliis amatoribus.' similia loca v. apud Viger. p. 73. sq. et p. 721. Locutio *αὐτίκα νυκτὸς* ('simul ac nox appetisset') conferri potest cum illis, in quibus *αὐτίκα* participio jungitur. Kiessl.] — *Μᾶλα Διωνύσοιο* cum Wartono intelligo mala in genere, quæ cum ceteris arboreis fructibus Bacchum invenisse Athenæus iii. 82. testatur: et mala ad amatoris dona pertinet. v. Idyll. iii. 10. et xi. 10. atque Boden. ad Longi Pastoral. p. 73. sqq. Subtilius explicant scholia. [J. H. Vossius ad Virg. Ecl. p. 315. intelligit 'mala citrea,' 'Pomeranzen.' add. eundem ad Virg. Georg. p. 264. et Valck. ad vii. 64. K.] — *Λεύκα*, *Ἡρακλ. ἔρνος*, est corona ex alba populo, reperta ab Hercule apud inferos (v. Schol.), et undique purpureis incincta fasciis. (v. Is. Vossium ad Catullum p. 237. sqq. et J. H. Vossium ad Virgil. Ecl. p. 372.) — *πάντοσε* dedi cum Winterton. et Valck. ex cod. Harl. *πάντοθε*, quod idem est, cod. Aug. et alii, item edd. pr. cdd. plures *πάντοθεν*. Vulgatum *πάντοτε*, 'semper,' vitiosum est. — *περιζώστρα* in genere, 'quicquid cingit,' 'cingulum,' 'fascia' (purpurfarbene Bänder). Harl. [Coronam ex alba populo confectam gestaturus est ut athleta Herculis instar. Brunck. et Dahl. dederunt *πορφυρέαισι περιζώστραισιν*· quos sequimur. K.] *λεύκαν*, 'populum albam,' 'weisse Pappel.' Schreber.

123. Hunc versum uncis inclusit Brunck. qui præterea sequenti versu dedit *κἤμ' αἰ μέν*. Harl. Notandus hic locus propter particulam *κε*. Versu proximo cur *καλεῦμαι* significet 'sum,' non video. Imo appellatur agilis et formosus, quia est. Kiessl.

126 — 128. *εὗδον δ'*· sic septemdecim cdd. apud Gaisf. item Aug. et Schell. Ed. Call. pro *εὗδόν τ'*, quod in Ald. et aliis, illudque rescripsi cum Valck. et Brunckio. Harl. Valckenarius: "Eleganter quidem adhibetur a Græcis *εὕδειν*· sed quo hic sensu ponitur, si tamen illud *εὗδον* scriptum fuit a Theocrito, vix alibi reperietur." Novum eumque non contemnendum patronum nacta est lectio *εὗδον*, Huschkium in notis ad Tibull. Carm. i. p. 20. ubi, *εὕδειν*, inquit, dicitur de homine otioso, eodemque, ut Tibullus (v. 48.) reddit, 'securo.' Vide Schaeferum ad Sophoclis Œd. Col. 307. — In loco Sophoclis apud Ciceron. ad Attic. ii. 7. Grotius *εὐδούσῃ φρενί* vertit 'curis solutus.' At vero hæc ipsa notio loco Theocriteo minus convenit. Hinc adhuc præfero Hermanni emendationem *εὖ δ' ἦς* pro *εὗδον δ'*, quam proposuit ad Euripid. Hecub. v. 652. p. 137. quamque Dahl. in textum recepit. Etiam Graefius p. 14. probavit *εὖ δ' ἦς*. — Pro *εἴ κε* et *εἰ δ'* ex cod. Aug. cum Brunckio recepi *αἴ κε* — *αἰ δ'*. item *τεῦς* pro *τεῦ*, quod ex ed. Flor. dedit Valck. v. ad Idyll. v. 39. denique *ἀλλᾷ* ex Edd. Med. Junt. Ms. Tolet. aliisque, et *παντῶς* pro *πάντως*, de qua forma v. Koen. et Bast. ad Gregor. p. 213. sq. Kiessl.

Παντῶς καὶ πελέκεις καὶ λαμπάδες ἦνθον ἐφ' ὑμέας.
  Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Νῦν δὲ χάριν μὲν ἔφαν τᾷ Κύπριδι πρᾶτον ὀφείλεν·
Καὶ μετὰ τὰν Κύπριν τύ με δευτέρα ἐκ πυρὸς εἵλευ,
Ὦ γύναι, ἐσκαλέσασα τεὸν ποτὶ τοῦτο μέλαθρον,
Αὔτως ἡμίφλεκτον. Ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίω
Πολλάκις Ἁφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει.
  Φράσδεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Σὺν δὲ κακαῖς μανίαις καὶ παρθένον ἐκ θαλάμοιο
Καὶ νύμφαν ἐφόβησ' ἔτι δέμνια θερμὰ λιποῖσαν
Ἀνέρος. ὣς ὁ μὲν εἶπεν· ἐγὼ δέ οἱ ἁ ταχυπειθὴς
Χειρὸς ἐφαψαμένα μαλακῶν ἔκλιν' ἐπὶ λέκτρων.
Καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο, καὶ τὰ πρόσωπα
Θερμότερ' ἦς ἢ πρόσθε· καὶ ἐψιθυρίσδομες ἁδύ.

128. Frangere postes, nec Romanos amatores puduit. v. Tibull. i. 1. 87. aliosque quos in Horat. Od. i. 25. argumento Jani laudat, (adde Mitscherlich. p. 239. K.) Horat. iii. 26. 7. ibique Bentlei, et Warton ad nostrum locum. HARL.

130—134. *Κύπριϊ* Brunck. — *ὀφείλεν* pro *ὀφείλειν* cod. Aug. et Brunck. uti conjecerat Valckenarius. [Ita scripsimus. K.] 133. *αὔτως* Hesych. ubi v. interpr. explicat inter alia *ὁμοίως, ὡσαύτως*. [Scripsimus *αὔτως*, i. e. 'ut nunc sum,' 'gleich so.' v. Hermann. de hoc voc. in Actis Semin. Phil. vol. i. p. 73. sqq. K.] — *ἀμίφλ.* scripseritne Theocritus, ut *ἀμιθέοις* Idyll. xviii. 18. xxiv. 130. dubitat Valcken. Reposuerunt Brunck. et Dahl. — *Λιπαραίω* conjecit Valcken. et rescripsit Brunck. 'Vulcanus' pro 'igne' apud scriptores utriusque linguæ frequens est. v. Homer. Il. *β*. 426. Moschus iii. 106. ubi vide Schwebel. Nostro vero loco et in comparatione et in ornatu adjunctorum *Λιπ.* et *σέλας* magna inest suavitas. *Λιπαραῖος* a Lipara, insula inter Siciliam et Italiam, principe septem illarum quæ vulgo dicuntur Æoliæ, item Vulcaniæ ab ignibus eructatis. HARL. Attigit hunc locum Eustathius Od. *κ*. p. 1644. 34 = 377. 32. insulam memorans *Λιπάραν, ἐξ ἧς καὶ σέλας λέγεται παρὰ Θεοκρίτῳ Λιπαραῖον διὰ τὰ ἐκεῖ ἀναφυσώμενα πυρά.* Add. Heyn. ad Virg. Æn. viii. 416. sqq. KIESSL.

136. 137. *σὺν κακαῖς μαν.* h. e. *κακῶς μαινομένην* — *θαλάμου*, h. e. *δωματίου* — *νύμφαν*, h. e. *γυναῖκα ἄνδρα ἔχουσαν* — *ἐφόβησεν*, h. e. *φυγεῖν ἐποίησε* [Jacobs. in Animadv. in Theocr. p. 23. suspicatur *ἐσόβησ'*. K.] — *δέμνια*, h. e. *κοίτην*, jam bene explicuit Scholiastes. — *θάλαμος* est pars ædium sive cella, ubi virgines procul a marium congressibus habitabant. v. Mollum ad Longi Pastor. p. 512. conf. Broukh. ad Tibull. i. 11. 60. infra ad Idyll. xxvii. 37. [Add. Schneider. in Epimetro ad Xenoph. Mem. p. 269. ed. a. 1801. K.] Recte igitur Valcken. cum Scholiasta: 'Amor malo furore agitatas puellas incitare solet innuptas, ut thalamum deserant, et viro nuptas, ut lectum conjugalem adhuc calentem derelinquant.' (Nihil igitur mirum, si tu ejus potentiæ resistere non potuisti. K.) Discedunt ab hac explicatione Heins. Warton. et Reisk., qui *Μανίαις* cum majuscula litera M exarari jussit, et deas 'Furias' intelligit. HARL. ['Furiæ' pro 'furore' sæpe apud Virgilium. Conf. Bindemann. ad h. l. KIESSL.]

139. 140. Toupii conjecturam *ἀνέκλιν'* in textum recepit Brunck. At recte judicat H. Vossius: "Spondeus gravis et tardus inter Anapæstum et Ionicum a minore positus multo suavior est, quam importuna celeritas duorum Anapæstorum ante Ionicum." — Eustath. in Il. *ζ*. p. 624. extr. = 478. 32. *τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ λεχθὲν ὡς ἐν λόγῳ σεμνῷ τὸ ἐπὶ χρωτὶ χρὼς ἐπεπαίνετο, ἤγουν ἐρωτικῶς ἐμαλθάσσετο.* KIESSL.

Χ' ὡς κά τοι μὴ μακρὰ φίλα θρυλέοιμι Σελάνα,
Ἐπράχθη τὰ μέγιστα, καὶ ἐς πόθον ἤνθομες ἄμφω.
Κοὔτέ τι τῆνος ἐμὶν ἐπεμέμψατο μέσφα τοι ἐχθές,
Οὔτ' ἐγὼ αὖ τήνῳ· ἀλλ' ἦνθέ μοι ἅ τε Φιλίστας
Μάτηρ τᾶς γ' ἁμᾶς αὐλητρίδος, ἅ τε Μελιξοῦς,
Σάμερον, ἁνίκα πέρ τε ποτ' οὐρανὸν ἔτρεχον ἵπποι,
Ἀῶ τὰν ῥοδόπαχυν ἀπ' Ὠκεανοῖο φέροισαι.
Κῆπέ μοι ἄλλα τε πολλά, καὶ ὡς ἄρα Δέλφις ἔραται.
Κἤτε μιν αὖτε γυναικὸς ἔχει πόθος, εἴτε καὶ ἀνδρός,

142. *θρυλλέοιμι*, quod Schaefero placuit, Gaisford. ex aliquot cdd. dedit. Hermanno *θρυλέωμι* scribendum videtur; de qua conjunctivi forma vid. eundem in libro de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 263. et Schaef. Mel. Cr. p. 99. Nimirum si *θρυλέοιμι* sanum est, defensi etiam sunt loci, qualis ille est Homer. H. Cer. 274. ubi Schaef. in Mel. p. 109. corrigit *ἱλάσκησθε* pro optativo. — De verbo *θρυλέω* conf. Eustath. et Ernesti ad Homer. Iliad. xxiii. 396. Schaef. ad Dionys. de Comp. Verb. p. 122. Tzschuck. ad Strab. t. v. p. 410. et 591. — Mihi scribendum videtur *θρυλλέωμι*, *τρισυλλάβως*. Kiessl.

144. *ἐχθὲς* Casaubon. in Lectt. Theocr. c. iii. p. 72. negat hic hesternum diem præcise notare (quo de usu conf. interpretes ad Iliad. ii. 303. et ad Aristoph. Ran. 738.), sed minimum ad dies duodecim extendi. In quo viro summo non assentior; imo cum H. Vossio censeo loci sententiam ita esse explicandam: "quod Delphis duodecim diebus me non visit, hoc patienter tuli; sed quæ 'heri' ab eo facta esse 'hodie' primo diluculo comperi, ea nullo modo sunt toleranda." In proximis lectio vulgata vix opus est mutetur, quum commodum sensum fundat, si sumimus, matrem Philistæ tibicinæ, ejusdemque Simæthæ amicæ, et Melixus, forsitan saltatricis (nam saltatrix et tibicina solebant apud Græcos fere una conviviis interesse; v. locum Aristoph. Ran. 516. a Vossio citatum:) hesterno die cum filiabus convivio interfuisse, ubi Delphidis, qui item præsens aderat, flagitium cognovit, de quo hodie mane Simætham certiorem fecit. Ut autem evitetur intolerabilis hiatus *γε ἐμᾶς*, recepimus *ἁμᾶς* i. e. *ἡμετέρας* ex uno cd. Flor. eandem lectionem monstrat alius Rom. in quo est *ἀκμᾶς*. — Valckenarius tamen jam in Epist. ad Röver. p. 51. scribendum censuerat: *ἦνθέ μοι ἅ γε φιλίστας Μάτηρ τᾶς γε ἐμᾶς αὐλητρίδος, ἅ γε Μελιξοῦς·* 'venit ad me mater carissimæ meæ tibicinæ, meæ, inquam, Melixus.' Superlativum *φίλιστος* ibidem p. 52. vindicavit. Hermannus de h. l. hæc annotavit: "Scholiastæ explicatio *γείτονος*, lectio cod. Vat. *αὐλιτρίδος*, et glossa *αὐλητρίας*, quæ scribenda est *αὐλιστρίας*, faciunt ut credam Theocritum *αὐλιστρίδος* scripsisse. Vocabulum hoc notare videtur eam, quæ in eadem domo habitat." Kiessl.

147. 148. Eldick. malebat *ἁνίκα νέρθε*, quod non magis probandum quam Reiskii *τὰ ποτ' οὐρανὸν* sc. *κέλευθα*, 'vias in cœlum ducentes.' Lectio recepta nititur eodem usu loquendi, quo dicitur *ὅτε τε*, quod aliquoties in Theocrito legitur. — *ὠρανὸν* autem, quod jam Brunck. suasit, cum Gaisf. ex optimo cod. Med. recepi. Kiessl. *ῥοδόπ*. h. e. 'formosam.' v. ad Mimnerm. iv. 3. in Anthol. Gr. Poet. Notandus vero est ornatus poeticus in descriptione solis orientis. Harl.

149. Hermannus: "*ἔραται* metro repugnat, *ἐρᾶται* usui. Scribendum videtur *ἐρᾷ τευ*." *ἐρᾶται* Lips. et Brunck. v. ad Idyll. i. 78. Kiessl.

150 — 152. *Καἴτε — αἴτε καὶ* Brunck. qui etiam in notis probat Toupii correctionem *ἀτρεχὲς* pro *ἀτρεκές*, formam Doricam (conf. Koen. et Bast. ad Gregor. Cor. p. 362. sqq. K.), quam jam Winterton. dederat: tum idem Brunckius, commate posito post *τόσον*, ubi Koehler. colon poni malebat, non solum lectionem cod. Medicei quarti et Vaticani a Reiskio in notis et Toupio jam probatam, *οὕνεκ' ἔρωτος*, sed etiam correctionem Toupii *ἄκρατον* (uti in Idyll. xiv. 18.) in textum recepit: quo facto syllaba ultima *τον* ob cæsuram produceretur. At *οὕνεκα* est glossema, et sæpius subintelligendum, ut Musgravius tom. ii. ed. Warton. p. 410. docet, qui præterea opinatur, *ἐπιχεῖσθαι* esse 'merum adjicere haustui, quem quisque assumit.' Reiske, post *αἰὲν* colo posito, interpretatur, 'illud

Οὐκ ἔφατ' ἀτρεκὲς ἴδμεν· ἀτὰρ τόσον, οὕνεκ' Ἔρωτος
Ἀκράτω ἐπεχεῖτο, καὶ ἐς τέλος ᾤχετο φεύγων·
Καὶ φάτο οἱ στεφάνοισι τὰ δώματα τῆνα πυκάσδεν.
Ταῦτά μοι ἁ ξείνα μυθήσατο· ἔστι δ' ἀλαθής.
Ἦ γάρ μοι καὶ τρὶς καὶ τετράκις ἄλλοκ' ἐφοίτη,
Καὶ παρ' ἐμὶν ἐτίθει τὰν Δωρίδα πολλάκις ὄλπαν·
Νῦν δέ τε δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τέ νιν οὐδέποκ' εἶδον.
Ἦ ῥ' οὐκ ἄλλο τι τερπνὸν ἔχει, ἁμῶν δὲ λέλασται;

quidem,' vel 'semper,' vel 'certo mihi adfirmavit,' in reliquis edd. nulla est distinctio. *ἀκράτω*, ut est in cod. Aug. et antiq. edd. sine iota subscripto, revocavit idem (probantibus Schneidero in Bibl. Philol. tom. i. p. 125. et Wartono) et *ἐπεχεῖτο* reddit, 'sese invitabat,' vel 'ingurgitabat,' amoris sui quasi vino meraco: fruebatur deliciis suis usque ad satietatem, tota nocte, a nemine interpellatus. [Nimirum Reiskius miro prorsus modo *ἐπεχεῖτο* accipit pro *εὐωχεῖτο*, et derivat a verbo producto *ἐχέω*, 'teneo,' quod idem esse atque simplex *ἔχω* ponit, non a *χέω*, 'fundo.' *ἐπισχεῖν* 'mammam' aut 'poculum labris admovere;' *ἐπισχέσθαι*, 'sibi ipse suis manibus ad labra admovere.' Kiessl.] At *ἐπιχεῖσθαι* in ista libatione, quæ *ἐπίχυσις* dicebatur, in ista cottabismi specie, est verbum sollemne. v. Schol. ad Idyll. xiv. 18. et Toup. tom. ii. p. 390. (p. 369. ed. Berol.) Equidem probo Schol. explanationem: *τοσοῦτον δὲ ἔφη, ὅτι ἀεὶ, ἀντὶ τοῦ συνεχῶς, ἀκράτῳ ἔρωτος ἐπεχεῖτο, ἤγουν συνεχῶς ἔπινεν οἶνον ἔρωτος. οἶνος δὲ ἔρωτος, ὃν πίνει τις μεμνημένος τῆς ἐρωμένης ἢ τοῦ ἐρωμένου. εἰώθασι γὰρ οἱ ἐρῶντες ὑπὲρ τῶν ἀγαπωμένων πλείονας κυάθους ἐπιχεῖσθαι.* conf. Portum in Lexico Dorico v. *ἐπεχεῖτο*. Callim. Epigr. 31. et Fragm. x. ibique interpretes.—*ᾤχετο φεύγων* 'proripiebat se.' v. supra ad v. 7. Harl. Nos scripsimus *οὕνεκ'*, *ἀκράτω*, et *Ἔρωτος* pro *ἔρωτος*. Particula *οὕνεκα* idem valet quod *ὅτι*, eaque utitur noster Idyll. iii. 32. xxv. 167. et in ejusdem Carm. v. 76. *ὅθ' οὕνεκεν*. Tum recte dicitur et *ἄκρατον ἐπιχεῖσθαι* et *ἀκράτου ἐπιχ.* scil. *τι*. Locutio autem *ἐπιχεῖσθαι ἀκράτου Ἔρωτος* significat 'sibi merum infundi jubere in honorem Amoris,' seu 'sibi merum infundi jubere, quod ebibas vocato numine Amoris.' Genitivus *Ἔρωτος* eadem est ratione positus, ut in locutione *σπένδειν Διός*, vel quod legitur apud Aristophan. Equit. 106. *σπονδὴν λαβὲ δή, καὶ σπεῖσον, Ἀγαθοῦ Δαίμονος*. Hinc Callimach. Epigr. xxxi. *ἔγχει καὶ πάλιν εἰπέ, Διοκλέος.* Meleag. Ep. 98. *ἔγχει, καὶ πάλιν εἰπέ, πάλιν, πάλιν, Ἡλιοδώρας.*—Denique forsitan scribendum *ἀκρήτω*, et Idyll. xiv. 18. *ἄκρητον*. de qua forma vid. Koen. ad Gregor. p. 359. Kiessl.

153. 'Et dixit se amasii sui ædes corollis redimitum ire:' quod quidem amatores facere solebant. v. Lucret. iv. 1171. et Toup. ad h. l. Harl.

154. 155. *Ταῦτ' ἐμὶν ἁ — ἐντὶ δ' ἀλ.— ἄλλοκ' ἐφοίτη*, Brunck. [hoc recepimus. K.] *ἦ* 'omnino.' v. Hoogev. de Partic. Gr. L. p. 482. [immo i. q. *ἀληθῶς, ὄντως*. K.] Harl. *ἦ γ' ἁρμοῖ* conjecturam Casauboni vel potius *ἦ ῥ' ἁρμοῖ*, i. e. *νεωστί, ἀρτίως*, Valcken. probabat in Ep. ad Röver. p. 50. sed in edit. Theocr. sententiam mutavit. Kiessl.

156. *ὄλπαν*, 'ampullam oleariam,' qua utebantur in palæstra. v. Schol. adde Hesych. h. v. ibique Alberti p. 747. et Valcken. Epist. ad Röver. p. 50. [*Δωρίδα* Schol. explicat *Κορινθίαν*. conf. Schol. Pind. Isth. ii. 19. K.] — vs. 157. *οὐδὲ ποτεῖδον*, 'ne oculis quidem eum vidi,' conjecit Reisk., quod Brunck. recepit; neque tamen ego justam video causam, cur invitis cdd. Mss. a vulgata scriptura discedatur. Harl.

158. Ἦ impetum quemdam infert seriæ interrogationi; ideo *οὐκ*, quod fortius est ad interrogandum, nolim cum Heinsio et Valcken. mutare in *οὖν*· potius cum Brunckio, qui *ἆρ' οὐκ* dedit, [idque unice verum est, ut mihi videtur, comprobaturque a novem cdd. apud Gaisf. et Schol. 'nonne igitur?' pro *ἁμῶν* malim *ἁμέων*. Kiessl.] verterim: 'nonne manifestum est, eum alias delicias habere?' In vers. sequenti Heins. et Valcken. scribendum putant *νῦν μίν*. at particulam *μέν*, pro qua in Junt. *μάν*, cui in altero membro respondet *δέ*, bene vindicat Brunckius; nam de quo sermo sit, facile intelligitur. idem tamen mox malit *ἦν δ' ἔτι*, quia sequitur

Νῦν μὲν τοῖς φίλτροις καταθύσομαι· αἰ δ' ἔτι κῆμὲ
Λυπῇ, τὰν Ἀΐδαο πύλαν, ναὶ Μοίρας, ἀραξεῖ.
Τοῖά οἱ ἐν κίστᾳ κακὰ φάρμακα φαμὶ φυλάσσεν,
Ἀσσυρίω, δέσποινα, παρὰ ξείνοιο μαθοῖσα.
Ἀλλὰ τὺ μὲν χαίροισα ποτ' Ὠκεανὸν τρέπε πώλους,
Πότνι'· ἐγὼ δ' οἰσῶ τὸν ἐμὸν πόνον, ὥσπερ ὑπέσταν.
Χαῖρε, Σελαναία λιπαρόχροε· χαίρετε δ', ἄλλοι
Ἀστέρες, εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί.

λυπῇ in subjunctivo; denique versu 160. dedit ἀραξῇ. Harl. Κῆμὲ nusquam invenitur pro κά με. Et sic potius verba collocari debuissent, αἰ δέ κ' ἔτι με. Quare aut defendendum erit κῆμὲ pro καὶ ἐμέ, aut alia facienda emendatio. In priore versus parte non dubito quin scribendum sit, νῦν μέν μιν φίλτροις καταθύσομαι, sive tu malis νιν: de quarum formarum usu nescio an unquam certi futuri simus. Hermann. τοῖς φίλτροις equidem vel ob primum hujus carminis versum mutari nolim.—Pro λυπῇ unus cd. Med. isque recens, λυπεῖ, at in pluribus est ἀραξῇ. Ceterum conf. J. H. Vossium ad Virg. Ecl. p. 436. sq. Kiessl.

161—166. Conf. Virg. Ecl. viii. 95. (ibique Voss. p. 434.) Tibull. i. 5. 15. sqq. ibique Broukhus. [Eurip. Med. 715. παύσω δέ σ' ὄντ' ἄπαιδα, καὶ παίδων γονὰς Σπεῖραί σε θήσω· τοιάδ' οἶδα φάρμακα· ubi Porson. comparavit Herodot. iii. 85. ὡς βασιλεὺς οὐδεὶς πρὸ σοῦ ἔσται· τοιαῦτα ἔχω φάρμακα.—Κιστὰς sive κίστη est φαρμακοπώλου ἀγγεῖον, 'vas pharmacis recondendis adcommodum.' v. Toup. ad Idyll. xxvi. 7.—Pro φυλάσσειν Brunck. scripsit φυλάσσεν, quod, secuti judicium Valckenarii, cum Dahlio recepimus. Vers. 162. pro μαθοῖσα unus cd. Rom. λαβοῦσα.—χαίροισα τρέπε, ut apud Eurip. Phœn. 935. (926.) χαίρων ἴθι. Kiessl.]—Nocti tribuuntur currus et equi. compara Tibull. ii. 1. 87. ibique Broukh. et Heyne.—Stellæ venuste dicuntur 'noctis comites.' conf. Valer. Flacc. v. 567. ibique Bulæum et Burm. [Pro πόνον cd. Vat. exhibet πάθος, quod dc. de vehemente amore. v. Dorvill. ad Charit. p. 211.—Cd. Med. πόθον, quod placet Dahlio. At πόνος, quod sæpe est νόσος, v. Dorvill. ad Char. p. 497., non est mutandum. K.] ὥσπερ ὑπέσταν est, 'ut promisi:' sic Eurip. Iphig. Aul. 530. Iliad. iv. 267. sin admiseris vulgarem versionem, 'sicut suscepi,' legendum esse videtur Valckenario ᾧπερ ὑπέσταν, 'cui me subjeci.' vide Homer. Iliad. ii. 286. adde Scholion. [Jacobs. p. 9. corrigit: ἐγὼ δ' ἀνύσω τὸν ἐμὸν πόνον, ὥσπερ ὑπέσταν. 'equidem laborem a me susceptum' (operam sacro magico adhibitam) 'ita perficiam et absolvam, ut promisi' (morti eum dabo, nisi ad me redierit). Eundem sensum latere in lectione vulgata monuit Finkenstein, qui subtiliter et eleganter de hoc loco p. 160. sq. judicat. Equidem nondum rejicio interpretationem Bergleri, qui ad Alciphron. i. 27. p. 112. (p. 156. Wagn.) vertit, 'ego vero feram meum dolorem, ut suscepi,' ὥσπερ ὑπέσταν scil. αὐτῷ. Kiessl.]—Χαῖρε, v. ad Anthol. Gr. Poet. Anacr. i. 10.—ἄντυξ h. l. 'currus.' De proprietate hujus voc. est locus classicus apud Homer. Iliad. xi. 535. adde Hemsterhus. ad Lucian. tom. i. p. 279. Ernesti ad Callim. H. in Dian. 140. Timæum p. 27. ibique Ruhnken. et notam meam ad Antholog. Gr. Poet. p. 81. sq. Harl.

ΑΙΠΟΛΟΣ,

Η ΑΜΑΡΥΛΛΙΣ, Η ΚΩΜΑΣΤΗΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ γ΄.

ARGUMENTUM.

Caprarius, gregis sui cura Tityro pastori commissa, ad Amaryllidis, quam deperit, antrum accedit, ibique multa de puellæ mutato in se animo conquestus, muneribus, precibus, furore, minis pristini amoris flammas resuscitare conatur. — 36. Tum, Amaryllidem propius accessuram esse sperans, quo animum oculosque puellæ in se convertat, carmen modulatur suavissimum, hominumque antiquorum, quorum amori Venus faverit, repetit memoriam. — 51. Tandem, nec his illam flecti sentiens, animum prorsus despondet. — Duplex est hujus Idyllii scena: prior ejus pars inter greges caprarii agitur; altera ad antrum Amaryllidis. Totum est Bucolicum. Quod vero scenam in agris esse circa Crotonem, et sub caprarii persona Theocritum latere pronunciat Scholiastes Græcus, id argumentis idoneis demonstrari non potest. — In pluribus codicibus inscribitur Κῶμος.

Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα· ταὶ δέ μοι αἶγες
Βόσκονται κατ' ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλαύνει.

In Brunckii Analectis septimum Idyllium numeratur. Conf. Idyll. xxiii. 19. sqq. Horat. Od. i. 15. ibique Jani, V. C. in Argumento. Harl. Carmen est amatoris despecti, vehementi cum affectu decantatum a comaste ante antrum Amaryllidis, ejus rei gratia, ut, si pote, superbientis dominæ fastidia minueret, eamque ad amorem sui flecteret. Ita Valcken. in Epist. ad Röver. p. xxvi. Hujusmodi carmen flebile, quod amans ante puellæ fores decantabat, intromitti cupiens, vocabatur παρακλαυσίθυρον. v. Leisner. et Schaef. ad L. Bos. Ellips. p. 46. — add. Voss. ad Virg. Ecl. p. 459. Hujusmodi carmen legitur in Ovidii Metam. xiv. 718. sqq. Adde Gierig. ad Ovidii Fast. iv. 110. Kiessl.

1. Κωμάσδω, h. e. κῶμον ἄγω, 'eo cum tripudio et cantu flebili atque amatorio.' Hesychius: κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως ποιμένος τινός. ubi v. interpretes, et ad κῶμοι. adde Schol. et quæ de hoc voc. scripsi in Anthol. Gr. Poet. p. 121. item Hemsterhus. ad Aristoph. Plutum v. 1041. (et reliquos ad loc. Aristoph. interpret. p. 563. sq. ed. Beck. K.) Heins. ac Warton. ad nostrum locum. Ceterum naturam amoris, qui ætate et natione ingenioque nondum cultis et politis vehementior atque agrestior esse solet, apte morateque sequitur poeta. Compara Virg. Ecl. ix. 21. sqq. coll. A. Gellio N. A. ix. cap. 9. Harl. Miram in his et in proximis ἀφέλειαν laudat Hermogenes περὶ ἰδεῶν ii. p. 315. ed. Crisp. = p. 388.

Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας,
Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε· καὶ τὸν ἐνόρχαν
Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μή τυ κορύξῃ.
Ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί, τί μ' οὐκ ἔτι τοῦτο κατ' ἄντρον
Παρκύπτοισα καλεῖς τὸν ἐρωτύλον; ἦ ῥά με μισεῖς;
Ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ἐγγύθεν ἦμεν,
Νύμφα, καὶ προγένειος; ἀπάγξασθαί με ποησεῖς.
Ἠνιδέ τοι δέκα μᾶλα φέρω· τηνῶ δὲ καθεῖλον,
Ὦ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τύ· καὶ αὔριον ἄλλα τοι οἰσῶ.
Θᾶσαι μὰν θυμαλγὲς ἐμὸν ἄχος. αἴθε γενοίμαν

citatus a Valckenario. — In edit. Junt. huic Idyllio præfiguntur ista: Κῶμος, Δωρίδι. Ἀμαρυλλὶς ἢ Αἰπόλος ἢ Κωμαστής. Kiessl.

3. τὸ καλὸν πεφιλαμένε Gellius l. c. affirmat esse 'verba non translaticia, sed cujusdam nativæ dulcedinis.' Callim. Epigr. lvi. τὸν τὸ καλὸν μελανεῦντα Θεόκριτον. conf. Bergler ad Alciphron. Ep. i. 36. p. 161 = p. 211. Schol. Valck. et inprimis Stephan. in min. ed. p. 10. Observ. in Imitat. Kiessl.

4. τὸν ἐνόρχαν. "Vetus interpres Theocriti tam ἐνόρχαν, quam ἐνόρχαν legisse videtur, cum inter scholia addat, ἡμιτομίαν. Ita forsan Virgilius legit. ἡμιτομίας est, cui unus testis exsectus est." Hæc Thysius ad A. Gellii l. c. p. 551. Idem ibidem de nomine κνάκων: "Hircus forsitan maculis albis et rufis vel nigris mixtus fuit: atque inde nomen accepit." Vossius vertit, 'mit weisslichen Zotten.' Adde ab hoc disputata ad Virgil. Georg. p. 600. sq. Finkenstein, 'Gelbhaar.' Equidem cum Riemero in Lex. Gr. sub v. κνηκὸς malim referre ad colorem canum, cinereum, σποδοειδῆ. Nam etiam lupus dicitur κνηκίας. Conf. fragm. Porphyr. in Bentleii Epist. ad Mill. p. 493. Lips. = p. 42. et Toup. in Appendicula Not. ad h. l. Kiessl.

5. κορύξῃ pro κορύψῃ dedit Brunck. (qui tamen ad carm. v. vs. 147. hac lectione rejecta, κυρίξῃ probat, invito Valcken. in secunda edit. qui dedit κορύξῃ.) atque κορύξῃ habent cod. Gellii Franequeranus aliique, teste Dorvillio in Vanno Critica p. 457. Harl. Add. Valcken. in Ep. ad Röver. p. 42. Vulgares Gellii libri dant κορύψῃ· cui lectioni patrocinatur etiam Tzetzes ad Lycophr. 558. κριὸς ἐγκορύψεται· ubi hæc notavit: εἰώθασι οἱ κριοὶ ἐν τῷ μάχεσθαι τοῖς κέρασιν ἀλλήλους πλήττειν. τοῦτο δ' ἐστὶ κυρίως τὸ κορύπτειν, ὡς καὶ Θεόκριτος· φυλάσσεο μὴ τὺ (Cd. Ciz. et Vit. μὴ τε) κορύψῃ. — v. 7. μισῆς Brunck. cum duobus cdd. Item duo dant καλῆς. — "Παρακύπτειν usurpant Græci de prospectu, sive tu de semita in domum inserto capite inspicias, sive domo per fores aut per fenestram foras prospicias, exserto capite. Centies sic in Ceremoniali Constantini Porphyrogenetæ usurpatur, ad quod loca plura, hanc usurpationem verbi confirmantia, contuli. Nostri hoc in loco prior obtinet significatio τοῦ εἰσβλέπειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν εἰς τὰ ἔσω, de via publica in antrum inspiciendi." Reiske. Potius h. l. usurpatur de puella, quæ in antro versans corpore in transversum inclinato inde prospicit. Kiessl.

8. εἶμεν dedit Brunck. cum quatuor cdd. Kiessl.

9. προγένειος, 'cui mentum prominet.' v. Stephan. Thes. Gr. L. t. i. p. 845. A. — Virgil. Ecl. ii. 7. honestius loquitur: "mori me denique cogis." v. Stephan. in minore edit. Theocr. p. 27. Obss. Harl. ποήσεις edit. Junt. cum tribus cdd. sic etiam nonnulli vs. 21. ποησεῖς Stopian. ap. Reisk. et unus Paris. optimus. idque reposuimus. Kiessl.

10—12. ἠνιδέ τοι — τηνῶ δὲ Brunck. v. ad i. 149. [Brunckium secuti sumus, et τηνῶ δὲ pro vulgato τηνῶθε plures cdd. dant. Recte Brunck. "τηνῶ per se motum e loco significat: infra 25. Particula autem δέ, pæne hic necessaria, orationem eleganter connectit." Kiessl.] μᾶλα. vide ad ii. 120. [Virg. Ecl. iii. 70. "aurea mala decem misi; cras altera mittam." ad quem loc. cf. Voss. p. 134. Kiessl.] θᾶσαι. vid. ad ii. 72. — θυμαλγὲς ἐμὶν ἄχος est in duabus pr. edd. Harl. Ἐμὶν est etiam in duob. cdd. Med. et uno Flor. hinc recepit Gaisford. Idem innuit lectio cdd. Gregor. Corinth. p. 262. ὑμῖν. Etiam init.

Ἀ βομβεῦσα μέλισσα, καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἱκοίμαν,
Τὸν κισσὸν διαδὺς καὶ τὰν πτέριν, ἅ τυ πυκάσδῃ.
Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα· βαρὺς θεός· ἦ ῥα λεαίνας
Μασδὸν ἐθήλαξεν, δρυμῷ τέ μιν ἔτραφε μάτηρ·
Ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει.
Ὦ τὸ καλὸν ποθορεῦσα, τὸ πᾶν λίθος· ὦ κυάνοφρυ
Νύμφα, πρόσπτυξαί με τὸν αἰπόλον, ὥς τυ φιλασῶ.

Idyll. ii. ἐμὸν et ἐμὶν confusa videntur. Ego quoque ἐμὶν recepissem, nisi adhuc dubitarem, an in tali orationis structura τὸ ὀρθοτονούμενον locum habere possit. Cdd. nihil certi dant. Ita Iliad. xxi. 157. αὐτὰρ ἐμοὶ γενεὴ—, cdd. Vratisl. et Moscov. ἐμὴ γενεή. Odyss. xx. 131. τοιαύτη γὰρ ἐμοὶ μήτηρ, cd. Harl. ἐμὴ μήτηρ. Odyss. ix. 33. ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν—, cod. ἐμοὶ pro ἐμόν. Conf. Bekker. in Jen. Ephem. Lit. a. 1809. N. 247. c. 157. Kiessl.

13. ἁ βομβεῦσα bene et apte, si animo fingimus apem bombilantem, quæ forte prætervolans a comasta digito monstraretur. [Similis usus articnli est Idyll. iv. 50. et v. 24. Kiessl.]—Ἀμβομβεῦσα Aldus et rescripsit Reiske (cum spiritu leni; nam verbum ἀναβομβεύειν poeta Siculo indignum ei non videbatur. K.), indignante Valckenario. [Simili errore in uno cd. Rom. v. 9. scribitur ἄμπάγξασθαι. K.] Compara Anacr. Od. 20. [De Amaryllidis antro conf. J. H. Vossium ad Virg. Ecl. p. 43. K.] Καὶ in hoc versu non cum Heinsio in κατ' mutandum esse, monuit Valckenarius. Harl.

14. πτέριν mollem esse herbam et odore serpentes abigere, ideoque rusticis instar strati, ubi cubarent, fuisse, denique βληχρὸν quoque nominari, docet Scholiastes. Harl. πτέρις, filix, 'Farmkraut.' Plura genera hoc nomine comprehendere solebant antiqui; præ aliis vero Pteris aquilina Linn. Sp. Pl. p. 1534. ita dicta fuisse videtur, si quidem et ab hodiernis Græcis φτέρι appellatur, quæ in Oriente sæpius ad trium ulnarum altitudinem excrescit, et sic non minus quam hedera, loca, ubi copiose crescit, invia reddere potest. Vid. Forskol. Flor. Arab. p. 36. Schreber.

15. Virgil. Ecl. viii. 43. sqq. "nunc scio, quid sit Amor," etc. sed simplicior personæque imperiti pastoris aptior est oratio Theocritea. Compara Tibull. iii. 4. 72. Bionis Idyll. viii. et Moschi i. eaque quæ ad illa adnotavi in Anthol. Gr. Poet. Homer. Iliad. xvi. 33. sqq. ibique Clark. Virgil. Æn. iv. 365—367. Callim. H. in Cer. 51. sqq. ibique not. in Anthol. Gr. Poet. Eurip. Troad. 783. sqq. (ed. Seidl.) Harl.

16. 17. ἐθήλασδεν pro vulgata lectione ἐθήλαζεν, quam Ald. et cd. Aug. præbent, Valckenarius in prima Edit. ex Cod. Barocc. (Mediol. et Rom.) cum Ms. Leidensi Th. Magistri in v. Μαστὸς rescripserat. Idem tamen in altera Edit. pro vulgatis ἐθήλαζεν et ἔτρεφε recepit ἐθήλαξε, quod legitur in cod. Med. Ed. Flor. et Stobæo p. 401. 30. (Grot. p. 269.) quodque jam in Epist. ad Röver. p. lxi. probarat, et ἔτραφε, quod item a Stobæo, Call. nonnullisque cdd. oblatum jam Reiskius edidit.—Quod tamen Brunckius dicit, tempus imperfectum hic locum non habere, hoc verum non est. — Ceterum huc spectat Eustathius ad Iliad. π. p. 1070. 12 = 1054. ἐκ τοῦ χόλῳ τραφῆναι τὸν δύσκολον καὶ ἀκρόχολον, εἴληπται παρὰ τῷ βουκολιάζοντι τὸ μαζῶν λεαίνης θηλάσαι γάλα. Kiessl.—ἰάπτει non solum genuinum, sed fortius etiam ad prius membrum explicandum atque vim augendam mihi quidem videtur, quam ἱκάνει, quod a Wartono in aliquot bonis codd. repertum et probatum, a Brunckio rescriptum atque in notis defensum est. Non erit frigida tautologia, si rem curatius pensites. ['Me consumens ita lædit, ut ad ossa adeo penetret.' K.] Etiam Valckenar. in altera edit. ἰάπτει defendit.—De vocab. κατασμύχειν v. Hemsterh. ad Lucian. tom. i. p. 352. h. l. de latente amoris igne, qui animum conficit. Mosch. vi. 4. ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ, ibique Hesk. Harl.

18. ποθορεῦσα pro vulgato ποθορῶσα Valck. bis et Brunck. recte ex pluribus cdd. ποθ' ὁρῶσα cod. Aug. [De dictione τὸ πᾶν λίθος cf. Valcken. ad Adon. p. 416. A. et quæ nos ad xv. 20. contulimus. Kiessl.]—Commendatio pulcritudinis a superciliis est apud veteres frequens. v. Anacr. 28. 13. sqq. et carm. 29. 10. sqq. ubi vide notam, et indic. ad Anthol. Gr. Poet. in κυάνεος· item Warton. ad nostrum locum. Harl.

Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.
Τὸν στέφανον τιλαί με καταυτίκα λεπτὰ ποησεῖς,
Τόν τοι ἐγὼν, Ἀμαρυλλὶ φίλα, κισσοῖο φυλάσσω,
Ἐμπλέξας καλύκεσσι καὶ εὐόδμοισι σελίνοις.
Ὦ μοι ἐγώ, τί πάθω; τί ὁ δύσσοος; οὐχ ὑπακούεις;
Τὰν βαίταν ἀποδὺς ἐς κύματα τηνῶ ἁλεῦμαι,

19. 20. Vide longam de his versibus observationem Valckenarii in Epist. ad Röver. p. 26. sq., qui putat vs. 20. esse ex Idyll. 27. 4. repetitum, et inter vss. 19 et 21. alium excidisse, cui adsentitur Koehler. p. 17. [Potius cum Finkensteinio et Mansone ad Idyll. 27. 4. versus 20. proverbii loco est habendus, qui in utroque carmine apte legitur. Quis autem exspectabit, ut in tali carmine, in quo amator vehementissimo animi impetu abreptus repræsentatur, omnia sic, ut in libello dialectico, cohæreant? K.] Idem Valckenarius in altera editione, aptius, ait, hic pro πρόσπτυξαι hæreret προσφθύσδεις, si cetera quoque, ὥς τυ φιλάσω et vs. seq. hinc abessent, ad hiatum codicis implendum hic fortasse posita. Harl. ὥς τυ φιλ. citat Apollon. de Syntaxi p. 125. In cd. Par. est φιλασῶ. Brunck. dedit ἐντί. Kiessl.

21. κατ' αὐτίκα pro vulgato καταυτίκα, quod revocavimus, Brunck. et Valcken. dederunt cum cd. Flor. Vat. et Aug. Idem secuti Scholiasten, cujus hæc est interpretatio, κατατῖλαι καὶ κατακόψαι με ποιήσεις εἰς λεπτὰ τὸν στέφ., probarunt Reisk. et Harles. Heinsius autem p. 317. verba sic conjungit: τὸν στέφ. αὐτίκα ποιήσεις με τῖλαι κατὰ λεπτά. Recte autem Vossius monuit, κατ' quominus cum τῖλαι conjungas, obstare versus rationem, quominus cum λεπτά, verborum ordinem. Redeundum igitur est ad pristinam scripturam καταυτίκα, quæ cur vox non Græca habeatur a Valcken., parum intelligo, quum hæ formæ inveniantur: καταῦθι (Odyss. x. 567.), καταυτόθι (Iliad. xxi. 201.), παραυτίκα et μεταυτίκα (v. Sturz. de Dial. Maced. p. 210.).—λεπτὰ i. q. εἰς λεπτὰ μέρη, Casaub. ad Athen. p. 561. In quinque cdd. est ποησεῖς. Kiessl.

22. 23. Post φυλάσσω commate est interpungendum; nam κισσοῖο est genitivus materiæ. Fuit corolla facta ex hedera, implexis rosis et apio. Κάλυξ enim eximie dic. flos rosæ (der Blumenkelch der Rose), ut Æschyl. Agam. 1384. Schütz. min. κάλυκας ἐν λοχεύμασιν. Aristoph. Av. 1063. ibique Beck. Anthol. Brunck. tom. ii. p. 361. μᾶλλον τῶν καλύκων ἐρυθαίνετο· et p. 369. τίς κάλυκας συνέκρινε βάτῳ; Hym. in Cer. 427. καὶ ῥοδέας κάλυκας, καὶ λείρια θαῦμα ἰδέσθαι. ibid. v. 8. καλυκῶπις κούρη, 'rosea puella.' Theocr. Idyll. vii. 64. ἀνήθινον ἢ ῥοδόεντα, ἢ καὶ λευκοΐων στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων. Add. Dorvill. ad Charit. p. 508. Lips.—In cod. Aug. suprascriptum est scholion, ἄνθεσι ῥόδου ἢ κορύμβοις. Etiam Warton. explicat 'rosas.' Kiessl. Κισσοῖο κάλυκες, flores hederæ nondum aperti, 'Epheuknospen.' Σέλινον, planta dubia, videtur esse apium graveolens Linn. Celeri Ital. et nostrum, quod hoc ipso nomine Græci hodierni colunt. Bellon. Schreber. De apio, Eppich, v. I. H. Voss. ad Virgil. Ecl. p. 324. sq. Pro ἐμπλέξας etiam ἀμπλέξας in cdd. nonnullis legitur, quod Graefe præfert. Kiessl.

24. Hunc versum sic interpungere malim: —τί πάθω, τί, ὁ δύσσοος; οὐχ ὑπακούεις. sine interrogatione. Kiessl. τί πάθω; 'quid agam?' ex Homero, Iliad. xi. 404. Odyss. v. 465. v. Valck. ad Phœniss. 902. et interpretes ad Aristoph. Plut. 603.—Δύσσοος, non alibi repertum, nisi hic et Idyll. iv. 45., a Scholiaste explicatur ὁ δυσκόλως σωζόμενος, ἢ ὁ δυσχερῶς διωκόμενος.—δύσσοον γὰρ οἱ μὲν τὸν κακοδαίμονα, οἱ δὲ τὸν δυσχερῶς σωζόμενον. Explicatio ὁ δυσχερῶς διωκόμενος pertinet ad τὰ δύσσοα θρέμματα, quæ ex Idyll. iv. 45. enotavit Eustath. in Il. α. p. 47. 19. Virgil. Ecl. ii. 58. "heu! heu! quid volui misero mihi?" Harl.

25. ἐς—τηνῶ Brunckius, quem secuti sumus; nam τηνῶ est in tribus Flor. (τήνω in optimo Paris.), atque etiam ἐς, quod item Valcken. dedit, ex Mss. prodiit. Harlesius opinabatur, lectionem τῆνα esse graviorem. At sive τηνῶ sive τῆνα legas, sententia non mutatur; nam etiam τῆνα est δεικτικῶς accipiendum. Casaubon. malebat τῆθεν, quod tamen neque in Theocrito neque alibi reperitur. Gerhard. in Lection. Apollon. p. 185. τηνόθ' ἁλεῦμαι, a τηνόθε pro ἐκεῖθεν· nam in levioribus, ait, et proprie Bucolicis Theocriteis nullum ponere licuit hiatum, quam qui etiam Atticis non malus videretur.—Jacobs. comparat locum Alciphron. L. iii. Ep. 1. ἢ τούτῳ

Ὥσπερ τὼς θύννως σκοπιάσδεται Ὄλπις ὁ γριπεύς.
Καἴκα μὴ 'ποθάνω, τό γε μὰν τεὸν ἀδὺ τέτυκται.
Ἔγνων πρᾶν, ὅκα μευ μεμναμένῳ εἰ φιλέεις με,
Οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτιμαξάμενον πλατάγησεν,

μιγήσομαι, ἢ τὴν Λεσβίαν μιμησαμένη Σαπφῶ; οὐκ ἀπὸ Λευκάδος πέτρας, ἀλλ' ἀπὸ τῶν Πειραϊκῶν προβόλων ἐμαυτὴν εἰς τὸ κλυδώνιον ὤσω. Kiessl. βαίταν, 'pellem,' h. e. amictum pastorum. v. Lennep. ad Coluth. v. 105. Koen. ad Gregor. Cor. p. 132= p. 287. Casaubon. ad Theophr. Char. p. 147. Harl.

26. σκοπιάσδεται more Theocriteo scribendum esse, judicat Valcken. et Brunck. in textum recepit. Thynnorum, quorum caro in pretio habita est, et quorum crebra copiosaque fuit apud Siculos captura, piscatores in altis rupibus mari imminentibus, unde thynnos observarent, speculas solebant collocare. Oppian. Halieut. iii. 620. sqq. et 637. sqq. ibique Schneider. p. 412. Dorville Sicul. p. 16. sq. Guys præcipue Litterar. Reise nach Griechenland, P. ii. p. 53. sqq. Lipsiæ 1772. et Warton. Imitatus est Virgil. Ecl. viii. 59. sq. Harl. θύννος, Scomber Thynnus Linn. Thonfisch. Schreber. Hunc versum, quo stropharum concinnitas turbetur, temere interpositum esse suspicatur Jacobs., cui opponit Vossius, in hoc carmine strophas binorum, trinorum et quaternorum versuum inter se mistas esse; item thynnorum piscatorem veteribus mimis ita esse proprium, ut tollendus non videatur. De thynnorum piscatore conf. etiam Valcken. ad Adoniaz. p. 326. A. Kiessl.

27. κῆκα μά, 'ac profecto, si moriar,' in principibus edd. et nonnullis cdd., indeque Stephanus et Wartonus, idque probat Koehler; at μὰ 'ποθάνω repugnat usui loquendi. Valcken. scripsit κῆκα μή, et Brunck. κ'αἴκα μή. Illud καἴκα, quod in octo cdd. exstat, recepi.—Hunc locum fere intelligunt sic: 'atque etiamsi in undis non periero, hoc tamen tibi gratum erit,' quod intelliges, me abs te despectum ad desperationem esse adductum. Sed recte monuit Graefe, in Græcis hoc 'tamen' non inesse, et ultima sic esse vertenda, 'hoc quidem' (τὸ μὴ ἀποθανεῖν) 'omnino tibi gratum est.' Quod plane contrarium est ei quod dicere debebat. Hic vir doctus igitur suspicatur legendum esse, κῆκα δὴ 'ποθάνω, 'und wenn ich denn sterbe.' Eodem modo emendat Th. Briggs in Ed. Gaisf. Eundem Graefium offendit τεὸν ἀδύ, nam ἀδύ ita substantive in his carminibus non recte poni. Conjicit igitur: τό γε μὰν τὶν ἀδὺ τέτυκται. Sed quo jure tum scribitur τίν, ubi forma enclitica requiritur? Kiessl.

29. ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα. ita præter plures cdd. atque edd., in quibus prima Valcken., et jam cd. Aug. At melior nonnullis jure videtur lectio a Toupio in Schol. ad h. l. et Schneidero in Bibl. Phil. vol. i. P. iii. p. 79. probata, ποτιμαξάμενον πλατάγησεν· ita enim cdd. Ottobon. et alii, ex cdd. etiam Scholiastes (quem conferes ad h. l. et ad xi. 57.), editiones Ald. Reisk., altera Valck. ac Brunck. Ritum atque superstitionem nostrumque locum explicat et scholia corrigit Fr. Ad. Lampe in libro de Cymbalis Veterum, Trajecti ad Rh. 1703. lib. i. cap. 10. ubi p. 56. lectionem ποτιμαξάμενον πλατάγησεν rejecit. Amantes vero ex folio papaveris et anemones, pollici et digito indici manus sinistræ imposito et adversa manu perculso, conjiciebant, an ab amasiis amarentur. Si enim clarum sonum edidisset, amari; sin secus, despici se judicarunt: uti Suidas sub v. πλαταγὼν memorat. In humero etiam cubitove, item ex colore conjecturam fecerunt. v. vers. seq. cum Scholio. adde Hesych. v. τηλέφιλον. Jul. Polluc. ix. sect. 122. et 127. ibique interpr. Potteri Archæol. lib. ii. tom. i. pag. 765. ex interpret. Rambachii. Harl. Ad hunc morem allusit Agath. in Epigrammate ix. a Toupio edito: Ἐξότε τηλεφίλου πλαταγήματος ἠχέτα βόμβος Γαστέρα μαντῴου μάξατο κισσυβίου, Ἔγνων ὡς φιλέεις με. Hermannus in libro de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 236. sic scribit: "Nec sane, puto, quisquam aoristi medii ullum poterit exemplum proferre, quod vere habeat significationem passivam." Cum hac sententia hic locus, si sanus est, conciliari nequit.—Reiske ex margine Salam. et Farr. affert προτιμαξάμενον, quæ forma non est aspernanda. vid. monita ad Idyll. xv. 37. Kiessl. Telephilon hic absque dubio petalon floris papaveris, quo ad prognostica erotica simili modo utebantur veteres, quam nunc in quibusdam Germaniæ provinciis flosculis radii Chrysanthemi Leucanthemi Linn. Secundum Scholiasten planta quædam magica, ut videtur, leguminosa, hoc nomine etiam appellata fuit. Schreber.

Ἀλλ' αὔτως ἀπαλῷ ποτὶ πάχεϊ ἐξεμαράνθη.
Εἶπε καὶ Ἀγροιὼ τἀλαθέα κοσκινόμαντις,
Ἁ πρὰν ποιολογεῦσα παραιβάτις, οὕνεκ' ἐγὼ μὲν
Τὶν ὅλος ἔγκειμαι· τὺ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιῇ.
Ἦ μάν τοι λευκὰν διδυματόκον αἶγα φυλάσσω,
Τάν με καὶ ἁ Μέρμνωνος Ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως
Αἰτεῖ· καὶ δωσῶ οἱ, ἐπεὶ τύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ.
Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός. ἆρά γ' ἰδησῶ

30. αὔτως pro αὕτως cum Brunck. scripsimus. vide ad Idyll. ii. 133.—Pro ἀπαλῷ in ed. Flor. legitur ὁμαλῷ. Quod in octo minimum cdd. et ed. Flor. legitur πάχεος, vulgatæ præfert H. Vossius tum ob rariorem et exquisitiorem constructionis formam, tum propter læviorem literarum concursum. At genitivo adscito, qui utique adsciscendus videtur, locus non aliter intelligi potest, quam sic: 'a cubito exaruit.' Kiessl.

31. Heinsius conjecit ἁ γραία, Warton. ἀγροιῶτις ἀλαθέα, quod Is. etiam Vossius in margine libri sui posuerat. at vulgatum a codd. firmatum bene se habet. Harl. Scribit Scholiastes in explicatione vocis Ἀγροιώ, οὐδέπω γὰρ τὴν γραίαν οὕτω φασίν. Ex quibus intelligimus lectum olim a quibusdam fuisse ἁ γραιώ. Cujus γραφῆς etiam in scriptis scholiis obscura mentio similiter habetur. Casaub.—κοσκινόμαντις, ἡ διὰ κοσκίνου μαντευομένη. Schol. conf. Philostr. Apoll. Tyan. lib. xvii. cap. 11. Harl.

32. ποιολογεῖν est simpliciter 'spicas excipere et componere:' ἡ παραιβάτις, quod (hac quidem significatione) est voc. Doricum, significat 'mulierem, quæ messores subsequitur,' uti Schol. Valcken. ad h. l. et in Ep. ad Röver. p. 52. et Toup. in Addendis p. 391. bene explicant: neque opus erit conjecturis Heinsii, qui scribi volebat καταιβάτις ('venefica' et 'incantatrix'), Wartoni, qui παρὰ βάτον vel πάτον ('juxta viam'), et Reiskii, qui παραὶ βάτις vel βάτοις ('apud rubos'). Casaubon. quem sequitur Palmerius apud Reiskium, intelligit mulierculam quæ ad sarculandum operas locare soleret. Harl. Thom. Briggs comparat Genes. xxxiv. v. 19. K.

33. ἄγκειμαι, τὺ δ' ἐμοῦς λόγον scribendum esse putat Brunck. Ἄγκειμαι est elegans correctio [quam cum Dahlio, Jacobsio et Schaefero præfero propter oppositionis elegantiam: 'ego tibi deditus et addictus sum; tu mei rationem habes nullam.' Liebelius ἔγκειμαι τίν comparat cum Archilocheis p. 176. δύστηνος ἔγκειμαι πόθῳ. Etiam Hermann. et H. Vossius (p. 20.) tuentur ἔγκειμαι. Eurip. Androm. 91. ἡμεῖς δ' οἷσπερ ἐγκείμεσθ' ἀεὶ θρήνοισι καὶ γόοισι καὶ δακρύμασι. Qui locus similis est Archilocheo, non Theocriteo. Kiessl.]; de reliqua mutationis parte dubito cum Valckenario. Harl.

35. Ἐριθακὶς est voc. Doricum, et secundum Scholiasten vel nomen proprium, vel quod Eustathius (ad Iliad. σ. p. 1162. 23=1220. 40. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ εὕρηται ἡ μισθώτρια ἐριθακὶς λεγομένη.) et Casaubonus confirmant, atque Brunck. expressit 'operaria, mercede conducta.' [Quæ addita sunt, non permittunt, ut Ἐριθακὶς non pro nomine proprio habeatur. Kiessl.]—Compara Virgil. Ecl. ii. 40—44. (ibique Vossium p. 75.) et H. Stephan. ad Theocr. p. 43. ed. min.—Apta et maxime probabilis est conjectura Hemsterhusii apud Valcken. μελανόφρυς, 'cui nigra sunt supercilia,' coll. vs. 18. et iv. 58. Harl. Nos censemus cum Jacobsio, illud positum esse, ut puellæ animus magis pungeretur. Kiessl.

36. αἰτῇ Brunck. cum tribus edd.—ἐνδιαθρύπτῃ, ἀπονοῇ καὶ ἐμβλακεύῃ, σπαταλᾷς, τρυφᾷς. Lucian. Somn. s. Gallus 14. t. ii. p. 724. ὁ δὲ θρύπτεται καὶ πρὸς αὐτὰς καὶ ὑπερορᾷ. Plato in Phædro t. x. p. 282. Bip. Xenoph. Conv. p. 706. καὶ ὁ Σωκράτης ἐπισκώψας, ὡς δὴ θρυπτόμενος εἶπε. Nostrates: 'weil du so spröde gegen mich thust.' Ex ed. Goth. 1789. Kiessl.

37. 38. ἄλλεται etc. n. se illam visurum sperat. Id omen Græcis atque Ægyptiis faustum videbatur. v. Casaubon. Lect. Theocrit. cap. v. p. 79. qui laudat Plautum in Pseudolo i. 1. 105. (ubi v. Scaliger. in edit. Lips.) "nisi quia futurum est, ita Supercilium salit." [De hoc Plautino loco Muretus in Var. Lect. vol. i. p. 251. ita: "e stulta illa veterum superstitione ductum est, quæ credebant, si pars aliqua corporis suapte sponte subsiluisset ac mota esset, ejusmodi palpitationibus aut prosperi ali-

Αὐτάν; φσεῦμαι ποτὶ τὰν πίτυν ὧδ' ἀποκλινθείς.
Καί κέ μ' ἴσως ποτίδοι, ἐπεὶ οὐκ ἀδαμαντίνα ἐντί.
Ἱππομένης ὄκα δὴ τὰν παρθένον ἤθελε γᾶμαι,
Μᾶλ' ἐνὶ χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄνυεν· ἁ δ' Ἀταλάντα
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἄλλετ' ἔρωτα.
Τὰν ἀγέλαν χ' ὡ μάντις ἀπ' Ὄθρυος ἆγε Μελάμπους
Ἐς Πύλον· ἁ δὲ Βίαντος ἐν ἀγκοίνῃσιν ἐκλίνθη,
Μάτηρ ἁ χαρίεσσα περίφρονος Ἀλφεσιβοίας.
Τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν ἐν ὤρεσι μᾶλα νομεύων

quid aut adversi portendi.—Tales saltus Græco nomine vocabant παλμούς: extatque liber Melampodis περὶ παλμῶν, quo ejus vanitatis quasi disciplina quædam continetur." Eustathius ad Iliad. η. p. 547. 26=675. 42. οἰωνίζετό τι ἀγαθὸν—καὶ ὁ παλμὸς τοῦ δεξιοῦ ὀφθαλμοῦ κατὰ τὸ "Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός. Kiessl.] Ernesti ad Callim. H. in Cer. v. 89. Fabric. Bibl. Gr. i. c. 15. vol. i. p. 99. sq.—αὐτάν, 'dominam:' vid. Valcken. et ad Anacr. ix. 27. in Anthol. Gr. Poet. [Casaubon. ad Theophrast. Char. ii. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 335.—ἰδησῶ, Doric. fut. ab εἴδω, prima correpta. Hermann. de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 279. Kiessl.] ἀποκλινθείς. conf. Virg. Ecl. viii. 16. "incumbens tereti Damon sic cœpit olivæ." Harl. Locus Virgilii intelligendus est de pastore pedo innitente. Kiessl.

39. ποτίδῃ in edd. plerisque et scriptis cdd. etiam Aug., ποτίδοι autem, quod est in septem cdd., ex edit. Call. et Junt. primus recepit Stephanus, quem sequuntur Valck. Brunck. alii.—αἴκ' ἐμ' ἴσως Is. Vossius, et Warton. idemque placuit Valck. In cd. Harl. est ἀδαμάντινος.—Quum vs. 18. dixisset, τὸ πᾶν λίθος, mutat hic animum et orationem ex ingenio amantium. Pariter Tibull. i. 7. 77. Harl.

40. Hippomenes, Megarei filius, Neptuni nepos, ope malorum aureorum a Venere acceptorum Atalantam, filiam Iasi et Clymenes aut Schoenei, in Bœotia, vel, ut alii volunt, Argis, aut in Scyro insula, et cursu vicit et uxorem duxit. v. Schol. et Hygin. Fab. 185. ibiq. Muncker. Servius ad Virgil. Æn. iii. 113. Voss. ad Virgil. Ecl. p. 314. sq. Heyn. ad Apollod. iii. 9. s. 2. Obss. p. 269. Ovid. Met. x. 560. sqq. Kiessl.

41. "Rectissime vulgo ἑλών. Nam si ornatum poeticum omisisset, non μᾶλ' ἐνὶ χερσὶν εἶχεν, sed εἷλε dixisset." Herm. Idem probat H. Vossius ex loco Eurip. Alc. 988. καί σ' ἐν ἀφύκτοισι χερῶν εἷλε θεὰ δεσμοῖς. Schaef. atque Graef. malunt ἔχων; cdd. 23. apud Gaisf., Ald. Med. Call. habent ἐν pro ἐνί. Kiessl.

42. ἄλατ', ut conveniret cum vicinia ἴδεν et ἐμάνη, scribendum suspicatus est Hemsterhus. et probavit Valcken. in priore edit.—ὡς. v. ad. Idyll. ii. 82. Harl. Jacobsius hæc citavit loca: Apul. Metam. viii. p. 509. "in profundam ruinam Cupidinis sese paulatim nescius præcipitaverat." Nonn. Dion. xv. p. 209. Hymnus Nicæa visa ἐς βαθὺν ἦλθεν ἔρωτα· qui locus commendat emendationem Hemsterhus. ἄλατ', quo aoristo utitur Theocritus xxiii. 60. xix. 4. Kiessl.

43. ἀγέλαν scil. Iphicli. Totam fabulam copiose enarrat Scholiastes. Othrys est mons Thessaliæ. Mater Alphesibœæ fuit Pero, tanta venustate, ut pater Neleus eam illi soli promitteret, qui boves ingentes ex Iphicli (al. Herculis) custodia eriperet. Melampus, ut Bias frater illam uxorem acciperet, periculo se exposuit. at a pastoribus Iphicli captus, in vincula conjectus est: e quibus arte sua vaticinandi liberatus, bovibus acceptis et Neleo traditis, Perus nuptias Bianti paravit. conf. Propert. ii. 2. 15. sqq. Harl. Non debebat Valcken. ad Idyll. i. 147. Virgilii dictionem, Georg. iii. 2. "pastor ab Amphryso," comparare cum nostro loco. Fuit enim Ὄθρυς ὄρος, Θεσσαλίας, ἐν ᾧ πόλις ἡ Φυλάκη, ἧς ἦρχεν ὁ Ἴφικλος. Ergo Melampus boves abduxit a monte, ἦγεν ἀπ' Ὄθρυος. Idyll. iv. 31. ἀπ' ὤρεος ἆγε. Kiessl.

45. Etymologus M. p. 73. 2. hunc versum respicit. Περίφρων Εὐρύκλεια, Odyss. xix. 357. et centies περίφρων Πηνελόπεια. Kiessl.

46. 47. ἐν οὔρεσι cod. Aug. Heins. al. ὤρεσι cdd. tres.—οὕτως Brunck. et vs. 48. νιν. [Hoc νιν in pluribus est cdd. K.]—λύσσα proprie de canibus et lupis rabidis. v. Damm. in Lex. Hom. p. 1437. Theocrit.

Οὐχ οὕτως Ὤδωνις ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας,
Ὥστ' οὐδὲ φθίμενόν μιν ἄτερ μασδοῖο τίθητι;
Ζαλωτὸς μὲν ἐμὶν ὁ τὸν ἄτροπον ὕπνον ἰαύων
Ἐνδυμίων· ζαλῶ δὲ, φίλα γύναι, Ἰασίωνα,
Ὃς τόσσων ἐκύρησεν, ὅσ' οὐ πευσεῖσθε βέβαλοι.
Ἀλγέω τὰν κεφαλάν· τὶν δ' οὐ μέλει. οὐκ ἔτ' ἀείδω,
Κεισεῦμαι δὲ πεσών, καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδονται·
Ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο.

iv. 11. tum de impetu quodam furibundo, speciatim de furore amoris. Plura vide apud Mollum et Boden. ad Longi Pastoral. ii. c. 5. p. 166. Oppian. Halieut. iii. 622. de thunnis *μετὰ λύσσαν — γάμοιο*. Harl.

49-51. Endymioni, famoso illi Lunæ amatori, æternum somnum immisit Jupiter, quod illius amore capta fuerat Juno. v. Schol. ad h. l. et ad Apollon. Rhod. iv. 57. [Vid. notata ad Idyll. xx. 32. K.]—*ἄτροπος ὕπνος* est immutabilis, durus, h. e. 'gravis' somnus. v. Ernesti ad Callim. H. in Delum vs. 11. [Pro *ἰαύων* in ed. Junt. est *ἰαίνων*. K.] Ad Jasionem dormientem venit Ceres et ex eo peperit Plutonem. Cereris autem mysteria profanis, h. e. haud initiatis, fuerant incognita. [Conf. Apollod. iii. 12. 1. Heyn. Obss. p. 292. Diod. Sic. v. 49. 77. Ovid. Amor. iii. 10. 25. K.] —*κυρεῖν*, 'adipisci' si significat, regit genitivum. Theocr. xvii. 6. v. Valck. Harl. [Non semper regit genitivum. conf. Eurip. Hec. 679. ed. Herm. (690. Pors.) *ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ*. v. Matthiaei Gram. Gr. §. 363. p. 489. Hinc præferendam esse duco lectionem, quæ in duobus cdd. altero Flor., altero Rom. exstat, *τοσσῆν' ἐκύρησεν*. Kiessl.

53. *Κεισεῦμαι*, 'contemtus,' 'protentus jacebo.' Formula est ab athletis profecta. v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 120. (p. 262. Schaef.) et quos ille laudat. De usu *κεῖσθαι* v. Staver. ad Cornel. Nep. viii. 2. 6. [Aristoph. Nub. 127. *ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μέντοι πεσών γε κείσομαι*. ubi v. interpr. Cur ad athletas abeamus, quum et alii, qui non sunt athletæ, æque atque hi prostrati jacere proprie dicantur? Kiessl.]—*καὶ* i. e. *καὶ αἰ* vel *εἰ* malit Reiske, 'tametsi me lupi hic devoraverint.' Valckenario quidem placet sententia: ad illam tamen efficiendam scribendum putat *κ' εἰ τοὶ λ*. Vulgata tamen lectio mihi quidem magis arridet: abruptæ enim sententiæ et crebriora membra mutataque structura ultimam voluntatem et desperationem amantis melius graviusque declarant. Idem Valcken. in priore edit. probat lectionem quorundam cdd. et Gregorii de Dial. l. c. a Koenio jam laudatam, *ἔδονται*, quod est vocab. Atticum. v. Phrynich. in *Βρώσομαι* p. 154. (*οἱ Ἀττικοὶ ἀντ' αὐτοῦ τῷ ἔδομαι καὶ κατέδομαι χρῶνται.*) et *ἔδονται* pro *ἔδοντι* rescripsit Brunck. quem secutus est Valcken. in altera editione. Harl. Versum 54. habet Etymologus M. p. 215. 52. En rursus compendiariam dicendi rationem, in comparationibus regnantem. Sensus est: hoc tibi tam jucundum erit, quam est dulce mel per guttur descendens. conf. dicta ad Idyll. i. 7. Kiessl.

ΝΟΜΕΙΣ,

ΒΑΤΤΟΣ ΚΑΙ ΚΟΡΥΔΩΝ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ δ.

ARGUMENTUM.

Hoc Idyllion totum est bucolicum et mimicum. Colloquuntur pastores, ut videtur, mercenarii, non certum, quo omnis sermo tendat, finem propositum habentes; alter, Corydon, Ægonis cujusdam, qui ex bubulco athleta factus cum Milone ad certamina Olympica profectus est, armenta pascit; alter, Battus, dicacis homo ingenii, sodalem variis dicteriis pungit, Ægonisque bobus inepto custodi commissis properatam mortem vaticinatur. Ille, homo lentus minimeque iracundus, ad omnia placide respondet. Dum confabulantur, vituli vagantes oleas rodunt, quos inde depellens Battus spina læditur. Cujus vulnus dum Corydon curat, senex Ægonis pater alicubi conspicitur; quo viso vernilia illi quædam de ejus lascivia jactant. Jucundum est carmen propter vividam vitæ pastoritiæ adumbrationem morumque, rusticorum quidem, in eo expressam varietatem. Res agitur non in urbe Crotone, sed rure ad montis oleis consiti radices. Vide vs. 44. sq.—Virgilius hoc Idyllion cum quinto in Ecloga tertia imitatus est.

Βατ. Εἰπέ μοι, ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες; ἦ ῥα Φιλώνδα;
Κορ. Οὐκ, ἀλλ' Αἴγωνος· βόσκεν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν.
Βατ. Ἦ πά ψε κρύβδαν τὰ ποθέσπερα πάσας ἀμέλγες;

In Analectis Brunckii est primum Idyllium. Hoc vero rus quam maxime redolet, et omnino est rusticæ simplicitatis, quæ multa minuta et levicula dicit familiariter, nec a conviciis abstinet agrestibus, exemplum. conf. Vavassor. de Ludicra Dictione cap. vii. p. 112. sqq. ed. Kappii. De Milone v. Casaub. Lectt. Theocrit. vi. p. 84. adde Palmerii Exercitt. p. 798. Hardion. in Memoir. de l'Acad. des Inscr. tom. iv. p. 520. sqq. Harl. In Junt. hoc Idyllium inscribitur: τῶν εἰς Κορύδωνα. ἢ Φιλαλήθης, ἢ Βάττος. Νομεῖς. In Mediceo quarto βουκολιασταὶ ἢ νομεῖς. Kiessl.

2. αὐτὸς, scil. Ægon, Reiske ex ingenio scripsit, ob imitationem Virgil. Ecl. iii. 1. sqq. probavitque Koehler., at contra codices, et vulgata bene se habet. Harl. Valckenarius in altera editione, αὐτός, ait, "præstat vulgato." Quod viro magno nemo facile concesserit. Kiessl.

3. ἀμέλγεις est in cdd. Vat. Flor. Aug. et prima ed. Med. idque genuinum videtur Valckenario, quem sequuntur Harles. et

Κορ. Ἀλλ' ὁ γέρων ὑφίητι τὰ μοσχία, καί με φυλάσσει.
Βατ. Αὐτὸς δ' ἐς τίν' ἄφαντος ὁ βωκόλος ᾤχετο χώραν;
Κορ. Οὐκ ἄκουσας; ἄγων νιν ἐπ' Ἀλφεὸν ᾤχετο Μίλων.
Βατ. Καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη;
Κορ. Φαντί νιν Ἡρακλῆϊ βίην καὶ κάρτος ἐρίσδεν.
Βατ. Κῆμ' ἔφαθ' ἁ μάτηρ Πολυδεύκεος ἦμεν ἀμείνω.
Κορ. Κᾤχετ' ἔχων σκαπάναν τε καὶ εἴκατι τουτόθε μᾶλα.
Βατ. Πείσαι τοι Μίλων καὶ τὼς λύκος αὐτίκα λυσσῆν.

Schaef. In textu tamen Valck. reliquit ἀμέλγες, quod item habet Gregor. Cor. p. 254. reliquerunt etiam Jacobsius et Dahlius; recte, opinor. nam in carmine hujusmodi argumenti formæ Doricæ præferendæ sunt. Gregorius versum sic explicat: ἤ που αὐτάς, τὰς βόας, ἐφ' ἑσπέρας πάσας ἀμέλγεις; Pronomen ψὲ pro σφέ. conf. Matthiaei Gram. §. 147. not. 4. K. Mercenarii pastores, absente domino, ut lac venderent, gregem emulgebant, quod genus hominum ἀμόλγους dicebant. v. Heins. ad h. l. et Virgil. Ecl. iii. 5. (ibique Vossius p. 110.) Harl.

4. Ante ἀλλὰ cum Schol. intellige οὐδαμῶς. ὑφίησι—submittit vitulos matribus sugendi causa. Tum scripsimus καί με pro κἠμέ. Kiessl.

5. ωὐτὸς cod. Aug. edd. vett. Reiske: αὐτὸς duo cdd. Medicei, edd. recent. et Valcken., ωὐτὸς Brunck. [et cod. Schell. hancque formam, vix solis Ionibus propriam, hic restituendam censeo. Kiessl.] χώρα est destinatus, certus locus. v. Ernesti ad Callim. H. in Del. 192. et infra ad xv. 57. Hinc Demosthen. de Cor. cap. 57. p. 356. edit. meæ χώραν absolute ponit pro Attica regione. Harl.

6. Alpheus [de quo est locus classicus Strabonis viii. 3. 12. add. Siebelis. ad Hellen. ab ipso edita p. 273. et interpretes ad Pompon. Mel. ii. 3. 9. Kiessl.] maximus fluvius Peloponnesi, in Elide, celebris, longoque anfractu per Arcadiam delapsus, juxta Olympiam, ludorum claritate insignem, in mare Ionium effundebatur. Sensus: 'Milo eum secum duxit' (v. ad ii. 7.) 'ad certamina Olympica.' Harl.

7. ὀπώπη ex Aldina aliisque veteribus edd. revocavit Reiske, quem secuti sunt Valcken. Brunck. Dahl. Jacobs. Schaefer. sicque legitur in quinque edd. et correctum est in Aug. Idem legitur a Gregor. de Dial. p. 117=256. ubi vide Koen. et probatum fuit Casaubono. ὀπώπει Calliery. Steph. et qui hunc secuti sunt. [Schaefer. suspicatur ὄπωπεν. Contra Hermannus p. ix. "Ὀπώπη, nisi fallor, agnoscit Greg. Cor. Nec dubito, quin hoc perfectum sit, Herodot. iii. 37. ὀπώπεε dictum. Inde aliud verbum natum est, ὀπωπέω, bis in Orphei Argonauticis occurrens. Neque in Theocr. iv. 40. v. 33. xi. 1. λελόγχει et πεφύκει mutare ausim, ut præsentia Dorica." De phrasi, quæ ab Homero α. 587. γ. 306. ad alios poetas transiit, monuit Porson. ad Eurip. Orest. 1018. Kiessl.] Miratur vero Battus, formula loquendi e medio sumta usus, hominem, cui palæstra et oleum, quo ungebantur ii, qui artem exercebant palæstricam, ignota essent, Olympicam affectare coronam. v. plura apud Palmer. in Exercitt. p. 797. adde Warton. et Toup. conf. Alciphr. p. 160. (p. 211. Wagn.) ibique Bergler. De scholiis Theocrit. h. l. corruptis v. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 185. Harl.

8. 9. Loco κάρτος alter Schol. Callierg. et margo Stephan. præbent κάλλος, quod, Valcken. judice, Herculi non convenit. Dicit tamen Virgil. Æn. vii. 656. "Satus Hercule pulcro pulcer Aventinus." At a nostro loco pulcritudinis commemoratio aliena est. Herculis κάρτος tuentur etiam hæc Sophronea: Ἡρακλῆς τέους κάῤῥων ἦν; quæ attulit Valcken. ad Adoniaz. p. 303. B. v. Apollon. de Pron. p. 355. C. Bekk. add. Ernesti ad Callim. in Jov. 67. De loci salibus conf. etiam Voss. ad Virgil. Ecl. p. 238.—Lucian. pro Imagg. §. 19. t. vi. p. 45. ἀλλὰ πῶς ἐπῄνεσε ποιητὴς εὐδόκιμος τὸν Γλαῦκον, οὐδὲ Πολυδεύκεος βίαν φήσας ἀνατείνασθαι αὐτῷ ἐναντίας τὰς χεῖρας; οὐδὲ σιδάρεον Ἀλκμάνας τέκος; Kiessl.

10. 11. σκαπάναν] Qui Olympiacæ coronæ cupiditate ducti in Pisatidem conveniebant, ii ante legitimum, quod erat dierum quinque, certamen, triginta ipsos dies ab epistatis et ludorum magistris exercebantur: hinc 20 oves secum deducit Ægon, ut illarum carnibus toto illo tempore

Κορ. Ταὶ δαμάλαι δ' αὐτὸν μυκώμεναι ὧδε ποθεῦντι.
Βατ. Δειλαῖαί γ' αὗται. τὸν βωκόλον ὡς κακὸν εὗρον.
Κορ. Ἦ μὰν δειλαῖαί γε· καὶ οὐκ ἔτι λῶντι νέμεσθαι.
Βατ. Τήνας μὲν δή τοι τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται
Τὠστέα. μὴ πρῶκας σιτίσδεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ;

alatur. Σκαπάνη, 'ligo,' aut 'rastrum,' fuit genus exercitationis Græcorum epheborum, et inter præludia, quibus athletæ præparabantur ad cetera certamina: eratque inter eos contentio, quis socium suum in ruendo pulvere palæstrico præverteret, quod παρορύττειν Græci dicunt. Ideo ligonem vel rutrum domo aufert Ægon, hoc ipso athletam sese profitens. Hæc ex Casauboni Lectt. Theocrit. cap. vi. p. 81. sqq. ubi plura videbis. Atticis ἄμην dici, notat Scholiastes, quem vide, et Salmasium ad Script. Hist. Aug. tom. ii. p. 392. sq. et in Exercitt. Plin. p. 365. [Εἴκατι Dorice pro εἴκοσι. Gregor. de Dial. p. 270. Lips. et Call. in Schol. habent εἴκοτι. atque sic plurimi edd. apud Gaisf.—Versu 11. nulla est in cdd. lectionis diversitas, quem vulgo sic interpretantur: 'Persuaserit, credo, Milo lupis, ut statim rabiosi fiant.' At monuit Ahlwardt. p. 75. sq. sic sententiam non subesse, quia nemo persuadendo ad id, quod ipsi natura sit proprium, at recte ad contrarium, adduci dicatur. Tum plura loci emendandi causa tentat, quæ repetere nolo. Nos quidem illam viri docti vocem tenentes vulgatam sic commode explicare posse nobis videmur: Ad Ægonem permovendum, ut Olympicam coronam affectet, non magis verborum illecebris opus est, quam ad lupos in rabiem rapiendos. Ille pro insita animi generositate hanc laudem sponte appetit, ut lupi sponte rabiunt. Jam si cogitamus, Ægonem fuisse a gymnasticis exercitationibus alienissimum, Batti dicacitas satis festiva deprehenditur. Eichstadtius (Quæst. Philol. Spec. cap. vii.) motus lectione ἀμνίδα pro αὐτίκα a Scaligero allita margini cujusdam exemplaris Theocriti, quondam in Biblioth. Krohniana Hamburgi asservati, quam lectionem e cod. antiquo sumtam Eichstadt. affirmat Aurato deberi, locum sic emendat: πείσει τοι Μίλων κὰτ τῶ λύκω ἀμνίδα λυσσῆν. 'Milo, lupum contra rabiat, persuaserit agno.' Πείσει scripsit ob defectum particulæ ἄν (p. 68.). "Quæ ut nunquam jungitur optativo, eam significationem habenti, a qua denominatur; ita potentialem optativum semper et constanter comitatur." At vide dicta ab Hermanno. V. S. in Comment. de Metr. Pind. p. 241. Idem ad Theocrit. Idyll. xiv. 22. hæc de nostro loco: "Λυσσῆν proprie intelligendum puto de luporum rabie. Vis proverbii in consociatione posita est duarum rerum non sociabilium, πείθειν et λυσσᾶν. Quum enim, qui lupos suadendo rabidos reddere studet, frustra sit, usurpatur hoc proverbium de iis qui facere aggrediuntur, quod facere nequeunt."—Eichstadtii rationem Ahlwardt. in Program. Oldenburgi 1798. edito hoc nomine improbat, quod λυσσᾶν, 'furere contra aliquem,' non construitur cum κατὰ, sed aut cum simplici dativo, aut cum ἐπί. Quamobrem ipse ita scribit: πείσαι τοι Μίλων καὶ τὼς λύκον ἀμνίδα λυσσῆν. Hoc Vossius in Programmate p. 22. probat, nisi quod τὼς λύκος, 'luporum instar,' (uti τὼς pro ὡς etiam apud Aristoph. Acharn. 762. ed. Kust.) propter Schol. ad Pindar. Olymp. i. 84. et locum Theocrit. v. 131. præfert.—Jacobs. in prolegom. ad Bion. proponebat hanc mutationem: πείσαι τοι Μίλων καὶ τὼς λαγὸς (i. e. λαγοὺς) αὐτίκα λ.—In edit. tamen Theocriti præfert Eichstadtii emendationem. Dahlius vulgatam, subaudito nomine Αἴγωνα, sic interpretatur: 'Milo persuaserit Ægoni, ut instar luporum statim furiose in oves invehatur.' Ad hanc interpretationem deductus est his verbis Toupii in Appendicula p. 11. "Venustatem hujus loci nemo interpretum percepit. Respexit poeta ad versum præcedentem, κῴχετ'—μᾶλα. Ubi notandum illud εἴκατι μῆλα, 'viginti oves.' Qui fundus sententiæ. Facit 'Ægon' quod 'lupi' facere solent. 'Oves' dilaniat. λυσσῆν est proprie 'canum:' est luporum 'famelicorum.'" Agmen claudat Graefii inventum: πείσαι τοι Μίλων καὶ τὼς λίθος αὐτίκα λυσσῆν. Kiessl.

12. 13. Hic versus citatur a Gregor. Cor. p. 257. ubi Schaeferus e cod. Gregorii Aug. enotat μηκώμεναι et ποθεῦνται.—Vossius comparat Virgil. Ecl. i. 36. sqq. p. 29. De vocab. δαμάλαι v. ad i. 75. Ad vs. 13. conf. Virgil. Ecl. iii. 3. Voss. p. 110. Kiessl.

15. 16. Vossius ad Virgil. Ecl. iii. 102. p. 157. negat Theocritum a Virgilio expressum esse. Ad vs. prox. conf. Virgil. Ecl. v. 77. "dum rore cicadæ." ibique Voss. p. 273. et Heinrich. ad Hercul. Scut.

Κορ. Οὔ, δᾶν· ἀλλ' ὀκὰ μέν μιν ἐπ' Αἰσάροιο νομεύω,
Καὶ μαλακῶ χόρτοιο καλὰν κάμυθα δίδωμι·
Ἄλλοκα δὲ σκαίρει τὸ βαθύσκιον ἀμφὶ Λάτυμνον.
Βατ. Λεπτὸς μὰν χὠ ταῦρος ὁ πύῤῥιχος. αἴθε λάχοιεν
Τοὶ τῶ Λαμπριάδα τοὶ δαμόται, ὅκκα θύοντι
Τᾷ Ἥρᾳ, τοιόνδε· κακοχράσμων γὰρ ὁ δᾶμος.
Κορ. Καὶ μὰν ἐς στομάλιμνον ἐλαύνεται ἔς τε τὰ Φύσκω,

393. sqq. Strabon. lib. vi. cap. 1. §. 9. Non πρῶκας cum circumflexo, sed πρώκας more Dorico Valcken. scripsit cum Casaubono, qui ad Idyll. i. 110. hunc attulit locum Eustathii ad Iliad. ν. 371. p. 538. ἰστέον ὅτι ὡς καὶ ἐν τοῖς Θεοκρίτου φαίνεται, αἱ μὲν εἰς αι λήγουσαι εὐθεῖαι τῶν πληθυντικῶν συστέλλουσι τὸ α τῶν αἰτιατικῶν παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν, αἱ δὲ εἰς ες ἐκτείνουσιν ἀπ' ἐναντίας τῇ κοινῇ διαλέκτῳ. Quæ hic de accusativo tertiæ declination. dicuntur, vix vera sunt. Cum Brunckio σιτίσδεται pro σιτίζεται scripsimus. Kiessl.

17. Pro ἄλλοκα conjecit Reiske ἀλλ' ὀκά, i. e. ἀλλὰ ἔστιν ὅτε (conf. Hermann. ad Viger. p. 792. K.), quod merito receperunt Brunck. et Valcken. in secunda editione. at conf. etiam Gregor. Cor. de Dial. p. 117 = 187. sq. ibique Koenius. De fluvio Æsaro, hodie 'Necete,' conf. Strabon. lib. vi. 1. §. 12. Liv. xxiv. c. 3. "Urbs Croto murum in circuitu patentem duodecim millia passuum habuit ante Pyrrhi in Italiam adventum. post vastitatem eo bello factam vix pars dimidia habitabatur: flumen (Æsarus), quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca præterfluebat." Latymnus et Phycus v. 19. et 23. sunt montes apud Crotonem, et Neæthus v. 24. (Ovid. Met. xv. 51. "Salentinumque Neæthum." Lycophroni 921. dc. Ναύαιθος a navibus combustis item in od. Vat. apud Sanct. K.) amnis non longe inde fluens. v. Schol. Harl.

20. πύῤῥιχος Æolice pro πυῤῥὸς secundum Gregor. Cor. de Dial. p. 133 = 290. ubi v. Koen. αἴθε pro εἴθε recte habet cod. Harl. item Brunck. et Valcken. in altera editione. Harl.

21. Valckenario scribendum videbatur τὸν τῶ Λ. At sic τὸν immane quantum distat a τοιόνδε, et ne locum quidem habet in tali orationis nexu τὸν τοιόνδε. Schaeferus nil nisi notavit miram articuli repetitionem, comparans v. 33. τὸ ποταῶον τὸ Λακίνιον. Hermannus perversitatem orationis meliore distinctione utroque loco tollit: αἴθε λάχοιεν τοὶ τῶ Λαμπριάδα, τοὶ δαμόται ὅκκα θύοντι τᾷ Ἥρᾳ, τοιόνδε. Ita hæc prodit sententia: 'utinam filii Lampriadæ tam macrum taurum consequantur, quando eorum tribules Junoni sacra faciunt.' Kiessl. οἱ δημόται Λαμπρ. sunt, qui ad demum (Canton) Atticum, Lampra dictum, pertinent. Siculi autem ob tenuem victum vellicant Athenienses, et contra hi illos ob genus vitæ libidinosum. v. Warton. Frequens vero fuit consuetudo et Græcis et Latinis, quidquid mali a se suisque avertere mallent, id in hostium caput imprecari. v. Sophocl. Electr. v. 647. Horat. Od. iii. 27. 21. sqq. Battus igitur optat, ut populares municipii sive curiæ Lampriæ macram hostiam sortiantur, Junoni sacra facturi. v. Casaubon. ad Athen. v. p. 330. (Hermippus ap. Athen. xii. p. 551. A. Schol. ad Aristoph. Av. 1406.) Harl. Κακοχράσμων Schneiderus, idem esse quod κακοχρήμων pronuntians, explicat 'pauper;' alii 'qui malitia utitur.' In cod. Harl. est κακοφράσμων, et Schol. pro δᾶμος offert ταῦρος. Kiessl.

23. ἐς στομάλιμνον, quod in cod. Laurent. legitur (in aliis est ἐς τομάλιμνον, ἐστομάλιμνον, τὸ μάλυμνον), primus Casaub. in Lectt. Theocr. c. vi. emendavit, secutus Scholiasten et Eustathium in Hom. Odyss. κ. p. 1649. 57 = 385. 10. qui, στόμα, inquit, λέγεται καὶ ἐπὶ λιμνῶν, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ στομάλιμνον. Ad Strabon. iv. 1. 8. p. 184. (add. Siebelis. ad Hellen. p. 305.) explicat 'lacum prope mare, qui ipsum mare suo ostio ingrediatur.' Suffragantur ei Is. Vossius ad Catull. p. 247. et D. Heinsius, qui certum locum ἐν τῇ Κροτωνιάτιδι putat designari, ubi Idyllii scena est. Casauboni lectionem dederunt, qui Heinsii textum secuti sunt, item Valcken. et Brunckius. At Reiske revocavit lectionem omnium fere codd. et edd. priscarum ἐς τὸ Μάλιμνον, quod censet esse nomen loci cujusdam obscuri. adde Porti Diction. Dor. voc. μάλιμνον. Harl. Supra omnem dubitationem tamen nondum evecta videtur esse Casauboni correctio; nam

Καὶ ποτὶ τὸν Νήαιθον, ὅπα καλὰ πάντα φύοντι,
Αἰγίπυρος, καὶ κνύζα, καὶ εὐώδης μελίτεια.
Βατ. Φεῦ, φεῦ· βασεῦνται καὶ ταὶ βόες, ὦ τάλαν Αἴγων,
Εἰς Ἀΐδαν, ὅκα καὶ τὺ κακᾶς ἠράσσαο νίκας.
Χ' ἁ σύριγξ εὐρῶτι παλύνεται, ἅν ποκ' ἔπαξας.
Κορ. Οὐ τήνα γ', οὔ, Νύμφας· ἐπεὶ ποτὶ Πῖσαν ἀφέρπων
Δῶρον ἐμίν νιν ἔλειπεν· ἐγὼ δέ τις εἰμὶ μελικτάς,
Κἠῦ μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι, εὖ δὲ τὰ Πύῤῥω.
Αἰνέω τάν τε Κρότωνα· καλὰ πόλις ἅ τε Ζάκυνθος,
Καὶ τὸ ποταῷον, τὸ Λακίνιον, ἇπερ ὁ πύκτας
Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάσδας·

forma usitata est στομαλίμνη. Ex ultimis versus verbis suspiceris scribendum esse ἐς τὰ Μαλίμνω. De Neætho v. ad vs. 17. et Schol. ad Lycophr. loc. ibi cit. KIESSL.

25. Αἰγίπυρος, planta spinosa foliis latis velut lentis, glauca, secundum Scholiasten. Videtur esse Ononis antiquorum [conf. Sprengel. Hist. Rei Herb. t. i. p. 127. K.] Linn. Sp. Pl. p. 1006. vel alia similis. —κνύζα (i. q. κόνυζα) planta graviter odorata, forte Erigeron graveolens Linn. Sp. Pl. p. 1210. vel viscosus, ib. p. 1209.— μελίτεια pro eadem haberi solet cum μελισσοφύλλῳ. Hanc Melissam nostram officinalem vel citratam esse, vero non est absimile; in Græcia enim, ubi sponte provenit, etiam nunc μελισσοβότανο et μελισσόχορτο dicitur, testibus Anguillara et Forskolio. Hujus odor quidem gratus est, sapor tamen bobus non placet. SCHREBER.

28. ἔπαξας (pro ἔπηξας) lectionem plurium codd., etiam Aug. (et Schell.), quam genuinam censet Valcken. quem vide, ego reposui, quod Theocritus sæpe πᾶξαι, nusquam πάξασθαι usurpavit. Verum edd. primæ, etiam cdd. aliquot scripti, item Heinsius, Warton., Valcken., Jacobs., Schaefer. in textu dant ἐπάξω, pro quo more Syracusano scribendum ἐπάξα censuit Casaubonus, secutus auctoritatem Scholiastæ. Casauboni judicium sequuntur Reiske, Brunck., Warton., qui in notis probat. Etiam in cd. Laurent. est ἐπάξα. HARL. ἔπαξα vel ἐπάξα est in quatuordecim cdd. apud Gaisf., in aliis ἔπηξας et ἔπαξας. Formam ἐπάξα pro ἐπάξω defendere quodammodo videntur genitivi in α pro αο. Nos cum Harlesio et Dahlio scripsimus ποκ' ἔπαξας. KEISSL.

29. Scripsimus οὔ, nam est illud οὔ 'solitarium, absolutum, integram quasi per se sententiam exhibens.' Virgil. Æn. ix. 208. "equidem de te nil tale verebar; nec fas; non." Conf. Bekker. in Ephem. Lit. Jen. 1809. n. 248. c. 167.—De ἀφέρπειν vid. ad i. 105. KIESSL.

30. ἔλειπεν, imperfectum adhibitum aoristi significatione. Ita in Epigram. 14. et Iliad. ii. 107. λεῖπε φορῆναι. v. Hermann. de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 244.— Τίς, 'aliquis insignis.' vide ad Viger. p. 152. Harlesius in Ind. ad Anthol. Gr. Poet. laudat Kypke in Obss. p. 274. sq. tom. ii. Jac. Elsner in Obss. Sacr. p. 387. et Wolf. in Curis Philolog. et Crit. in Act. Apost. v. 37. KIESSL. δῶρον] Conf. Longi Pastoral. lib. i. p. 106. ibique Mollum. Virgil. Ecl. ii. 37. Calpurnius Ecl. iv. 58. de fistula docte egit Broukh. ad Tibull. ii. 5. 31.— τις ἐμμί Brunck. et Dahl. Sensus: 'ego quoque cantor sum haud spernendus, in dignitate quadam atque existimatione.' conf. Schol. Idyll. xi. 79. HARL. De substantivis hujusmodi, cujus est μελικτάς, agit Valckenar. in Epist. ad Röver. p. 34. KIESSL.

31. De Glauca v. Plutarch. t. ii. p. 397. A. Hedylus ap. Athen. iv. p. 176. D. JACOBS.

32—34. ἅ τε cum Valcken., qui duo laudat cdd. [Est in tredecim cdd. apud Gaisf. et in edit. Junt. KIESSL.] et plerasque editt. consentientes, atque Brunckio rescripsi. ἁ Ζάκ. cod. Aug. Reisk. et alii. sed prima syllaba in Ζάκυνθος corripitur. Hunc vero vers. continere principia duorum hymnorum in Crotona et Zacynthum, putant Palmerius in Exercitt. p. 797. Reiske et Warton. [Αἰνεῖν usurpatur poetis de cantu, quo quis alterius laudes celebrat. Sic Callimachus h. in Delum vs. 6. ὡς θεὸν ᾔνεσε πρώτα, 'prima omnium Delus Apollinem pro deo celebravit car-

Τήνει καὶ τὸν ταῦρον ἀπ' ὤρεος ἆγε πιάξας
Τᾶς ὁπλᾶς, κῆδωκ' Ἀμαρυλλίδι· ταὶ δὲ γυναῖκες
Μακρὸν ἀνάϋσαν, χ' ὠ βωκόλος ἐξεγέλαξεν.
Βατ. Ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί, μόνας σέθεν οὐδὲ θανοίσας
Λασεύμεσθ'· ὅσον αἶγες ἐμὶν φίλαι, ὅσσον ἀπέσβας.
Αἲ αἲ τῶ σκληρῶ μάλα δαίμονος, ὅς με λελόγχη.
Κορ. Θαρσῆν χρή, φίλε Βάττε· τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν· ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
Χ' ὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

minibus.' Est itaque hujus loci hæc sententia: 'Ego didici carmina et canendi modos ab artificibus cantus memoria nostra peritissimis et clarissimis inventa. Et sic celebrare meis carminibus soleo Zacynthum et Lacinium.' Ex hoc genere hymnorum, quod versatur in prædicandis laudibus loci aut regionis alicujus, exemplum superest hymnus ille ipse, quem modo laudabam, Callimachi in Delum. Reiske. Vir quidam doctus, testante Wartono, hunc locum, ejectis verbis ἁ Ζακ. καὶ τὸ π. τ. Λ., sic legi voluit: αἰνέω τάν τε Κρότωνα· καλὰ πόλις· ᾇπερ ὁ πύκτας sqq. cujus suspicionis nulla idonea causa apparet. Thom. Briggs comma ponit post πόλις, verbaque καλὰ πόλις refert ad Crotonem, non ad Zacynthum. Potius anacoluthon hic est; nam proprie dicendum erat, αἰνέω τάν τε Κρότωνα, τάν τε Ζάκυνθον καὶ τὸ Λακίνιον. Post ποταῷον posui comma, judice Hermanno. — Versus 33. et 34. citat Tzetz. ad Lycophron. 856. — Graefe mavult καί τε ποταῷον, quod miror. De ζ positionem omittente vid. Spitzner. de versu heroico p. 99. Kiessl.] Croton, hodie 'Cotrone,' urbs quondam in Italia florentissima. Zacynthus, hodie 'Zante,' urbs insulæ eodem, quo ipsa est, nomine, propinqua Ætoliæ. Liv. xxvi. 24. Lacinium est promontorium Bruttiorum (hodie 'Capo delle Colonne' aut 'Nave'). — ποταῷόν, τὸ πρὸς ἀνατολὰς τῆς Κροτωνιάδος. Schol. — De Ægone v. Schol. et Warton. Harl.

35. πιάξας, a Dor. forma πιάσδω, illustrat Valcken. in Epist. ad Röver. p. 61. Harl. Conf. Ælian. V. H. xii. cap. 22. Kiessl.

36. Junge ἆγε — τᾶς ὁπλᾶς, pro ἐξ ὁπλᾶς. v. Valck. alii τὰς ὁπλάς. [Vera lectio est jam in primis edd. K.] — In seq. versu ἐξεγέλαξεν Brunck. et Valcken. in altera editione pro ἐξεγέλασσεν. [V. Valcken. in Epist. ad Röver. l. c. K.] Harl.

39. ὅσσον posterius est idem quod τόσον, h. e. τοσοῦτον. vid. Schol. item interpretes ad Callim. H. in Apoll. 94. οὐδὲ πόλει τόσ' ἔνειμεν ὀφέλσιμα, τόσσα Κυρήνῃ. [Hic alterum τόσσα est pro relativo ὅσσα, ut vs. 81. Ita etiam apud Pind. Nem. iv. 6. 8. τόσον — τόσσον. Igitur ab his poetis 'tantus — quantus' promiscue dicitur et ὅσος — ὅσος, et τόσος — τόσος. Oratio autem nostri loci, in quo usitatam in comparationibus dicendi rationem animadvertas (vid. ad i. 7.) compendiariam, sic est supplenda: ὅσον αἱ αἶγες ἐμοὶ φίλαι εἰσί, τοσοῦτο σὺ φίλη εἶς, ᾗ ἀπέσβης i. e. ἀπέθανες. Ultimum verbum, de quo citat Harles. Klotz. ad Tyrtæum p. 23. sq. ed. Altenb., non debebat Briggs mutare in ἀπέσTας. Kiessl.] — Battus, memoria Amaryllidos motus, in summo luctu paucis, at gravibus et pastore dignis verbis eam laudat, iisque animum perturbatum bene declarat. Harl.

40. ἐλελόγχη cum duob. cdd. Vatic. reposuit Brunck. (et sic vel με λελόγχη duo Flor., item optimus Paris., sed e correctione. K.) με λελόγχει Aug. et Lips. με λέλογχεν Valckenario placuit (idque exhibet cd. Med.). Idem monuit, Theocritum pro usitata structura ὅν γε λέλογχα inversa ponere maluisse ὅς με λέλογχε· ab inusitato verbo λέγχω (conf. Hermann. de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 289. sq.), pro quo postea λαγχάνω receptum est. Harl. [Ut Theocritus, sic Pindarus Ol. i. 84. ἀκέρδεια λέλογχεν θαμινὰ κακαγόρως. Matron apud Athen. xv. p. 698. A. ἔστι δέ τις Κλεόνικος, ὃν ἀθάνατον λάχε γῆρας. Conf. Eustath. Il. κ. p. 790 = 704. 18. — Scripsimus με λελόγχη, quæ lectio plurium cdd. auctoritate nititur. conf. de hac forma perfecti dicta ad vs. 7. Plusquamperfectum ab hoc loco est alienum. Kiessl.]

41—43. Vide mores rusticæ simplicitatis, quæ proverbia, eaque vulgaria, nec admodum recondita amat. Compara Tibull. ii. 7. vers. 1. 2. ibique Broukh. [Edit. Heyn.

Βατ. Θαρσέω. βάλλε κάτωθε τὰ μοσχία· τᾶς γὰρ ἐλαίας
Τὸν θαλλὸν τρώγοντι τὰ δύσσοα. σίτθ' ὁ λέπαργος.
Κορ. Σίτθ'. ἁ Κυμαίθα ποτὶ τὸν λόφον. οὐκ ἐσακούεις;
Ἡξῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα, κακὸν τέλος αὐτίκα δωσῶν,
Εἰ μὴ ἄπει τουτῶθεν. ἴδ' αὖ πάλιν ᾇδε ποθέρπει.
Αἴθ' ἧς μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον, ὥς τυ πατάξω.
Βατ. Θᾶσαί μ', ὦ Κορύδων, πὸτ τῶ Διός· ἁ γὰρ ἄκανθα
Ἁρμοῖ μ' ὧδ' ἐπάταξ' ὑπὸ τὸ σφυρόν. ὡς δὲ βαθεῖαι
Τἀτρακτυλλίδες ἐντί. κακῶς ἁ πόρτις ὄλοιτο.
Ἐς ταύταν ἐτύπαν χασμεύμενος. ἦ ῥά γε λεύσσεις;
Κορ. Ναί, ναί, τοῖς ὀνύχεσσιν ἔχω τέ νιν· ἅδε καὶ αὐτά.
Βατ. Ὁσσίχον ἐστὶ τὸ τύμμα, καὶ ἁλίκον ἄνδρα δαμάσδει.

ii. 6. 19. sq. "credula vitam spes fovet, et fore cras semper ait melius."—Hunc Theocriti vers. cum duobus seqq. recitat Stobæus Flor. cix. p. 580. Gesn. cxi. p. 463. Grot. Tres. cdd. in his vetustus Med. *θαρσῆν*, quod recepimus. Kiessl.] Vers. 43. est ductus ex Theognide v. 25. sq. *οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς οὔθ' ὕων πάντεσσ' ἁνδάνει οὔτ' ἀνέχων*. vid. Valcken. Harl.

44—46. *βάλλε* referendum est ad pedum inter vitulos conjiciendum. Iliad. xxiii. 845. *ὅσσον τίς τ' ἔρριψε καλαύροπα βουκόλος ἀνήρ. ἡ δέ θ' ἑλισσομένη πέτεται διὰ βοῦς ἀγελαίας*. Virgil. Ecl. iii. 96. "a flumine reice capellas." ubi conf. Voss. p. 148. sq. — In duob. cdd. Med. *κάτωθι*. Kiessl. *δύσσοα*, vide ad iii. 24. — *σίττα* est voc. quo pastores gregem ad festinandum incitant. conf. Idyll. v. 3. ibique Schol. Mollum et Boden ad Longi Pastoral. p. 68. sq. collatis iis quæ Censor doctus in Nova Bibliotheca Philol. Lipsiæ 1777. vol. iii. p. 40. sq. disputat. [*σίττα*, de qua voce conf. etiam Vossium ad Virgil. l. c., citat Eustath. ad Odyss. ω. p. 1963 = 858. 32. K.] Egregia vero est actio et pictura pastoralis. — Vers. 46. Brunck. [cum novem codd.] dedit *Κιναίθα*. [Piersono placuit *Κισσαίθα*. *Κυναίθα* Idyll. v. 102. primam correptam habet. K.] Harl.

49. *αἴθ' ἧς* dedi cum Toupio, Valck. et Brunck. *αἴθ' ἦν* habet cod. Aug. *εἴθ' ἦν* Warton. Reiske. — *λαγωβόλον* proprie clava seu incurvum pedum, quo usi sunt antiqui ad venandos et feriendos in cursu lepores. vide plura apud Spanhem. ad Callim. H. in Dian. v. 2. et Schol. Harl. [Adde Voss. ad Virgil. Eclog. p. 275. Eustathius ad Iliad. ψ. p. 1332 = 1458 12. *ἴσως δὲ ὁμοιόν τί ἐστι καλαύροπι καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ ῥοικὸν λαγωβόλον· ἀπὸ τοῦ ῥέπειν γάρ τινες ἐτυμολογοῦσι καὶ τὸ ῥοικόν*. Quæ repetit fere ad Odyss. ρ. p. 1815 = 624. — *ῥοικόν τι* malit Hermannus. Sed vulgata videtur servari posse, quia suum quisque bubulcus pedum habebat. Verto: hätte ich doch den Krummstab hier. Male Vossius explicat: *ῥοικὸν ὂν τὸ λαγωβόλον*. De vocab. *ῥοικὸς* cf. Liebel. ad Archiloch. p. 114. sq. Kiessl.]

50. *ποττῶ Διὸς* (quemadmodum etiam in Idyll. v. 74. xv. 70. legitur) ex cdd. pluribus revocarunt Valcken. et Brunck., pro vulgato *ποτὶ τῶ Διός*. Harl. [Scripsimus cum Schaefero *πὸτ τῶ*. conf. Reiz. de Accentus Inclinatione p. 40. sq. Kiessl.]

51. *ἀρμοῖ*] *νεωστί, ἀρτίως*, Schol. est vocabulum Syracusanum, certe Doricum. v. Valcken. ad Röver. p. 40. [Scripsimus *ἁρμοῖ* cum Valcken. v. ad Maittair. de Dial. p. 323. adde viros doctos ad Gregor. de Dial. p. 367. sq. Kiessl.] — *τὸν σφυρὸν* [quod septem cdd. habent. K.] edidit Brunck. Harl.

52. *ἀτρακτυλ.*] Atractylis est Carthamus lanatus Linn. Sp. Pl. p. 1163. Vid. Fab. Columnæ Ecphr. Stirp. Min. Cogn. tom. i. p. 19. Planta spinosa, dura, ad pabulum inepta. Schreber. [Add. Sprengel. Hist. Rei Herb. t. i. p. 100. — Duplicavimus cum Brunckio literam λ, et cum Falckenburgio, annotatore Vimar., Gaisfordio et Graefio scripsimus *τἀτρακτυλλίδες* pro *ταὶ ἀτρακτ'*. Kiessl.]

53 — 55. *ἐς ταύταν* pro vulgato *εἰς* ex cdd. et princ. edd. Valcken. et Brunck. reposuerunt. *ἐς ταύτην χασμώμενος* cdd. August. et Schell. [*χασμώμενος* viginti cdd. apud Gaisf. et edd. principes.] *ἦ ῥά τε* iidem duo, male; sed in versu sequenti

Κορ. Εἰς ὄρος ὄκχ' ἕρπεις, μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο, Βάττε·
'Εν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωντι.
Βατ. Εἶπ' ἄγε μ', ὦ Κορύδων, τὸ γερόντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλει
Τήναν τὰν κυάνοφρυν ἐρωτίδα, τᾶς ποκ' ἐκνίσθη;
Κορ. 'Ακμάν γ', ὦ δειλαῖε· πρώαν γε μὲν αὐτὸς ἐπενθών,
Καὶ ποτὶ τᾷ μάνδρᾳ κατελάμβανον, ἆμος ἐνήργει.

bene, ἔχω τέ (al. γέ) νιν. v. Reiske. [In duobus cdd. Med. τέ νιν ἴδε· hinc Hermannus ad Orphic. p. 815. malebat: ἔχω νιν, ἴδ'. ἅδε —. Equidem tamen nolim mutare vulgatam lectionem, actionis progressionem egregie depingentem. De sede particulæ τε conf. Hermann. ad Eurip. Hecub. 77. et de pronomine ὅδε Schaefer. Mel. Crit. p. 77. Kiessl.] — λεύσσης Brunck. qui η ubivis fere amat. [Vat. λευτῆς. Schell. λεύσεις.] — Versu 55. ἐντὶ pro ἐστὶ Brunck. rescripsit ex conjectura Toupii probabili. Harl. Ut ex πύῤῥος fit πύῤῥιχος (v. 20.), sic δασίχος ex δάσος. v. ad Gregor. de Dial. p. 290. et 293. Kiessl.

56. ἕρπης Brunck. [In quatuor cdd. est ὄκκ' ἕρπης. In Schell. ὄχχ', ut in nonnullis apud Gaisf. Kiessl.] Idem dedit ἀναίλιπος, uti habet cod. August. et olim in Epist. ad Röver. p. 42. voluit Valcken. qui tamen in editione prima Idylliorum veterem lectionem ἀνάλιπος retinuit, quam servandam esse judicat item Brunck. in notis pag. 59. at Valcken. in secunda edit. prius haud damnat. alii libri, item edd. vetustæ ἀνήλιπος. v. Porti Lexicon Doric. sub h. v. et Rittershus. ad Oppian. i. Cyneget. 101. Harl. Hesychius præbet ἀναίλιπος. Sequentia ἐν γὰρ ὄρει κ. τ. λ. citantur a Suida in 'Ασπάλαθος ut Theocriti: quibus Nicandri nomen præfigitur in Etym. M. p. 156. 30. ubi κομέονται abest a Ms. Leid. monente Valcken. — ἀνήλιπος i. q. νήλιπος; illud ex ἄνευ, hoc ex νή, omissa litera α. ita νηλεγὴς et ἀνηλεγής, νηλεὴς et ἀνηλεής. v. Riemeri Lex. s. v. νή. Adjectivum νήλιπος, cum significat ἄλουτος, est alius originis. Kiessl.

57. ἀσπάλ.] grandis frutex spinosus. v. Salmas. ad Solin. p. 281. et Hyl. Iatr. ad calcem illius libri p. 116. Harl. — ῥάμνοι, ἀσπάλαθοι, frutices spinosi, quinam sint, definiri vix potest. Videntur inter Rhamnos, Genistas, Tragacanthas et affines plantas, quarum plures Tournefortius in itinere orientali reperit, magis minusve spinosas, quærendæ. Male interpres rubos et tribulos ex his effinxit. Schreber. De aspalatho et rhamno v. Sprengel. Hist. Rei Herb. i. p. 45. 183. Cod. Paris. optimæ notæ κομέονται, supra scripta lectione κομόωντι. Kiessl.

58. μ', ὦ Κορύδ. ex cdd. legendum pro vulgato μοι Κορ. monuit Dorvill. in Charit. p. 414 = 452., idemque in tribus cdd. Vatican. inventum receperunt Valck. Brunck. et recentiores. De elisa diphthongo οι cf. Spitzner in libro i. p. 166. Μύλλειν ex hoc versu affert et interpretatur Eustathius ad Odyss. υ. p. 1885. 22 = 724. 45. Ἴσως δὲ ἐκ μύλης ἢ ὁμώνυμος καὶ ἡ κατὰ τοὺς ὀδόντας καὶ τὸ μύλλειν παρὰ Θεοκρίτῳ ἐλέχθη ἐπὶ μίξεως οὐ σεμνῆς. Kiessl.

59. ποκ' pro ποτ' reddiderunt e codd. Brunck. et Valcken., uti jam correxit Portus in Lexic. Dor. sub voc. μύλλειν. Tum ἐκνίσθης conjecit Hemsterhusius in Obs. Misc. vol. v. t. i. p. 302. probante Brunckio, qui vulgatam lectionem præ illa fere insulsam esse pronuntiat. — Hoc vero verbum proprie notat 'vellicare,' 'pungere.' vide Porti Lex. Dor. sub h. v. Harl. [Jure Toupius improbat ἐκνίσθης, nam particulæ ἔτι et ποτέ, quæ ad se mutuo referuntur, demonstrant, subjectum, quod vocant, in utraque enunciatione esse τὸ γερόντιον. Kiessl.]

60 — 62. πρὰν vulgo, atque sic in cd. Aug. idemque defendit Warton., quod ultima in δειλαῖε producatur ob duas consonantes, quibus sequens vocabulum inchoatur. Heinsius tamen et Reiske conjecerunt, quod edit. Flor. et duo codd. Flor. confirmant, atque Valcken. quem vide, et Brunck. rescripserunt, πρώαν. [Etiam Graefe dubitat de correpta prima in πρώαν hoc loco et Idyll. v. 4. Nam ποιεῖν priore syllaba correpta esse mutandum in ποεῖν, Doriensium more (conf. Gregor. Cor. p. 75.), et Id. xi. 18. pro ἄειδε τοιαῦτα legendum aut cum duobus cdd. τοιαῦτ' ἤειδεν, aut scribendum ἄειδε τοσαῦτα, atque Idyll. xviii. 32. item τοσαῦτα pro τοιαῦτα, Nostro igitur loco legi vult τὸ πρίν, aut τὸ πράν. — De literis πρ brevitati antegressæ nullam mutationem inferentibus vid. Spitzner. l. c. p. 93. In novem cdd., etiam Schell. est γε μάν. Kiessl.] — Tum ποτὶ

Βατ. Εὖγ', ὦ 'νθρωπε φιλοῖφα· τό τοι γένος ἢ Σατυρίσκοις
'Εγγύθεν ἢ Πάνεσσι κακοκνάμοισιν ἐρίσδει.

τᾷ μάνδρᾳ pro accusativo [qui et ipse recte ponitur, ut apud Archiloch. xix. p. 91. πρὸς τοῖχον ἐκινήθησαν ἐν παλινσκίῳ. Codices autem in hoc genere ubique fluctuant inter iota quod dativo subscribitur, et ν accusativi. Retinui tamen dativum, quoniam in quatuor cdd., in quibus duo sunt optimæ notæ, exstat. K.] ex ed. Flor. dederunt Brunck. et Valck. in edit. poster. — ἐνάργει cdd. Aug. et Schell. edd. Callierg. (quæ cum Ms. Tolet. etiam μάκτραν præbet,) Heins. Wintert. Stephan. min. Portus in Lex. Dorico, Valckenarius. ἐνάργη ex Ald. aliisque usque ad Stephan. revocarunt Reiske et Brunck. Valckenarius tamen locum ita legendum arbitratur: πρώαν γά μιν αὐτὸς ἐπενθὼν Καὶ ποτὶ τὰν μάνδραν [in posteriore edit. ex uno cod. prætulit ποτὶ τᾷ μάνδρᾳ] κατελάμβανον, ἆμος ἐνάργει, sive potius, tanquam genuinum, ἐνήργει. [Hoc, quod diserte præbent duo cdd. et Hermannus quoque probavit, restituimus. Kiessl.] Brunck. vero in notis p. 59. scribendum suspicatur: πρώαν γε μὲν αὐτὸς ἐπῆνθον, Καὶ ποτὶ τᾷ μάνδρᾳ κατελάμβανον, ἆμος etc. [Participium ἐπενθὼν non est mutandum; immo duæ constructiones sunt permixtæ, et καὶ positum est, tamquam ἐπῆνθον præcederet. Sic Aristoph. Av. 672. sq. ἀλλ' ὥσπερ ὠὸν νὴ Δί' ἀπολέψαντα χρὴ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὸ λέμμα, κᾆθ' οὕτω φιλεῖν. Vid. Hermann. in Museo Antiq. Stud. vol. i. Fasc. i. p. 207. et ad Viger. p. 772. Similis locus est Idyll. xv. 17. ubi ex Ald. et aliquot cdd. lectionem exquisitiorem κῆνθε revocavimus. H. Vossius citat Musgravium ad Eurip. Iphig. Aul. 151. et Schaefer. ad Bion. iv. 11. — κατελάμβανον. de hoc usu imperf. pro aoristo vid. ad v. 30. Kiessl.] Πρὸς τὴν μάνδραν ἐνεργεῖν Toup. vertit, 'ad caulæ parietem subagitare:' idem jam laudavit Berglerum ad Alciphron. iii. 55. p. 413. (t. ii. p. 162. Wagn.) conf. Port. Dict. D. v. μάνδρα. Harl.

62. 63. Hos duo versus profert auctor Etymol. M. in voc. κόρσοιφος, p. 531. 23. — ἐρίσδοι cod. Harl., placetque Valck. ac Brunckio, qui tamen in textu retinuit ἐρίσδει. ἐρείδει conjicit Reiske: (ἐγγὺς vel ἐγγύθεν ἐρείδειν, 'prope aliquid conniti,' esse, prope ad id accedere:) at vis poetica minuitur et friget. φιλοῖφα, 'homo Veneris adpetens,' Schol. derivat ab οἰφεῖν, h. e. συνουσιάζειν, consuescere, rem habere cum aliqua. adde Port. in Lexic. Dor. sub h. v. Scomma videtur fuisse proverbiale. Harl. Κακοκνάμους interpretatur λεπτόποδας D. Heinsius in Ovid. Art. Am. ii. 660. Kiessl.

ΟΔΟΙΠΟΡΟΙ Η ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ε΄.

ARGUMENTUM.

Mercenarii duo, alter Eumaræ caprarii, Sybaritæ, alter Thurii pastoris, cum gregibus sibi obviam facti, conviciis se invicem lacessunt.—21. Post varias criminationes mutuo jactas ad canendi certamen se provocant, multumque et de victoris præmio et de loco, ubi considendum sit, rixati, Morsonem quendam, lignarium, ex vicino loco judicem arcessunt.—68. Tum, post nova convicia, ordiuntur carmen amœbæum (76—137.), in quo, certo argumento proposito nullo, per varias res vagantur, quas canentium conditio, loci et regionis natura, præteritorum memoria, passim et ira atque lubido ipsis suppeditat. Tandem Morson, fine certamini imposito, præmium Comatæ adjudicat—140. qui eo accepto, magnifice gloriatus, Nymphis se victimam oblaturum esse promittit.—Quanquam multa sunt in hoc Idyllio, quæ nostræ ætatis sensum decoris offendant, ad poeticam tamen vim vividamque morum rusticorum adumbrationem prorsus est eximium.—Loci, ubi res agitur, ad saltum puta prope Sybarin, urbem Italiæ inferioris, significatio est vv. 32—34. et 45—49.—Virgilius hujus carminis ut plures versus expressit, sic œconomiam imitatus est in Ecloga tertia.

ΚΟΜΑΤΑΣ ΚΑΙ ΛΑΚΩΝ.

Κομ. Αἶγες ἐμαί, τῆνον τὸν ποιμένα τὸν Συβαρίταν
Φεύγετε τὸν Λάκωνα· τό μευ νάκος ἐχθὲς ἔκλεψεν.

Hoc Idyllium deest in collectione prima Valckenarii; in Brunckii Analectis occupat locum secundum, in cod. Aug. quartum. Harl.

1. *τῶ Συβαρίτα* Brunck. ex conjectura, opinor: nam omnes cdd. habent *τὸν Συβαρίταν*. Secundum illam correctionem, quæ ex Valckenarii et Wartoni de hoc vocabulo judicio orta esse videtur, hic est sensus: fugite Laconem, qui pastor est Sybaritæ, heri sui, sive, qui gregem heri sui, cui nomen est Sybarita, pascit. Hinc cum Casaubono et Valckenario scribendum puto *τὸν Συβαρίτα*· nempe *δοῦλον*. Valckenarius enim in Epist. ad Röverum pag. 30. quem sequitur Warton., arbitratur, h. l. non innui quendam nomine Thurium, natione Sybaritem, sed Sybaritem quendam, natione Thurium; hinc in argumento corrigit: *ὁ ποιμὴν Λάκων, ὃς Συβάρτα τοῦ Θουρίου νέμει τὰ θρέμματα*, quod confirmare ei videtur versus 72. Illa autem tempestate Thurios a Sybaritis scribit fuisse diversos. Servulus vero Lacon ex agro natali

Λακ. Οὐκ ἀπὸ τᾶς κράνας σίττ' ἀμνίδες; οὐκ ἐσορῆτε
Τόν μευ τὰν σύριγγα πρώαν κλέψαντα Κομάταν;
Κομ. Τὰν ποίαν σύριγγα; τὺ γάρ πόκα, δῶλε Συβάρτα,
Ἐκτάσω σύριγγα; τί δ' οὐκ ἔτι σὺν Κορύδωνι
Ἀρκεῖ τοι καλάμας αὐλὸν ποππύσδεν ἔχοντι;
Λακ. Τάν μοι ἔδωκε Λύκων, ὦ 'λεύθερε. τὶν δὲ τὸ ποῖον
Λάκων ἐκκλέψας ποκ' ἔβαν νάκος; εἰπὲ Κομάτα.
Οὐδὲ γὰρ Εὐμάρᾳ τῷ δεσπότᾳ ἦς τοι ἐνεύδεν.
Κομ. Τὸ Κροκύλος μοι ἔδωκε, τὸ ποικίλον, ἀνίκ' ἔθυσεν
Ταῖς Νύμφαις τὰν αἶγα· τὺ δ', ὦ κακέ, καὶ τόκ' ἐτάκευ

fuerat, uti putat, in hæc loca "Lacedæmoniumve Tarentum" (Hor. Od. iii. 5. 56.) deportatus. Colloquuntur autem Comatas et Lacon, greges heriles curantes, in campis fertilibus, inter Thurios (hodie 'Terra nuova') jacentibus et Sybarin, de quibus urbibus in magna Græcia sitis v. Schol. Diodor. Sicul. xii. cap. 10. et Cellarii Notit. O. A. ii. 9. p. 728. sq. sect. 4. n. 624. Illustre vero *κακολογίας* bucolicæ exemplar hoc Idyllium vocat Vavassor de Ludicra Dictione p. 122. HARL. Ex loco vs. 72—74. intelligitur, Comatam, caprarium, fuisse servum Eumaræ Sybaritæ, et Laconem, opilionem, servum Sybartæ Thurii. *Συβάρτας* et *Συβαρίτας* sunt duo diversa vocabula, illud nomen proprium, hoc adjectivum, neque potuit ex *Συβαρίτας*, in quo *ι* producitur, *Συβάρτας* fieri; *Συβαρίτας* autem nullo modo in Laconem quadrat. Ita intelligitur, lectionem vulgatam *τὸν Συβαρίταν* corruptam esse, neque locum sanari, si legatur *Συβαρίτα*; nam nomen Sybartæ requiritur. Quod restituit Hermannus legens *τόνδε Συβάρτα*, scil. *δῶλον*. H. Vossius affirmans, Laconem appellari *Συβαρίταν*, quia Sybarta Thurius tum temporis cum servis et pecudibus Sybari commoraretur, aut quod Sybari natus esset, frustra est. Videtur etiam legi posse *τόν γε Σιβύρτα*. vide ad v. 5. KIESSL.

2. 3. *νάκος* est 'pellis caprina,' quam rustici modo pro amictu usurpabant, modo pro veste stragula. v. Toup. in Addendis p. 391.—Comp. Steph. Obss. in Virgilianas Theocriti Imitation. p. 53. sqq. ed. min. ubi etiam de voc. *σίττα* disserit.—Vers. 3. in duobus cdd. scribitur *ἀμνάδες*, quod Valckenarius, forte, inquit, genuinum est. HARL. *Οὐκ ἀπό·* sic infra v. 102. Aristoph. Acharn. 872. (864.) *οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν*; Meleag. Epigr. cxviii. *οὐκ ἀπ' ἐμεῦ*; Plura exempla dat Jacobs. ad h. l. KIESSL.

5. Hermanno scribendum videtur, *τὺ γάρ ποκα, δῶλε, Συβάρτᾳ ἐκτάσω σύριγγα*; —Tres cdd. h. v. et multo plures vss. 72. 74. pro *Συβάρτα* dant *Σιβύρτα*, quod sane nomen recipiendum videtur, quum *Συβάρτας* facile ex vicino *Συβαρίτας* depravari potuerit. KIESSL.

6. 7. *ἐκτάσα* conjecit Casaubonus c. 7. [atque sic duo cdd. Mediolani. K.] et reposuit Brunck. (qui ablegat ad Hesychii interpretes sub *θάξαι*,) vide ad iv. 28. invito Valckenario. [Signum interrogandi post *τί δ'* delevit Schaefer. consentientibus Cod. Schellersh. et Gaisfordio. K.]—*ποππύσδ*. Virgil. iii. 25. "stridenti stipula disperdere carmen." (Voss. p. 116.) HARL.

8. Verba *ὦ ἐλεύθερε* per ironiam dicta sunt; nam sic eum admonet servitii, ut ille per *δῶλε*. Minus recte ex h. v. colligas, Comatam fuisse libertinum. KIESSL.

9. *Λάκων ἂν κλέψας* ex Florent. cdd. (in quibus *ἀγκλέψας*,) Brunckius. De formula eleganti suetaque structura *ἐκκλέψας ἔβα* v. Valck. ad Adoniaz. p. 308. HARL. [Scripsi prima pers. *ἔβαν νάκος*, quod habet cod. vetustus Mediol. et vs. 19. *ἔκλεψα*, quod duo cdd. præbent. Sic recte Valcken. ad Adoniaz. p. 199. B. in Epigrammate *ἔστησα* scripsit pro *ἔστησε*. KIESSL.]

10. *τοῖ* dedit Reiskius, cui Harlesius obsecutus erat, quia pro *τῷ*, 'cui,' vel pro *οἷ*, 'ubi,' accipiebat. Recte omnes priores editt., cdd. Aug. et Schell., item Gregor. Cor. de Dial. p. 118 = 258. (ubi vide Koen.) *τοι* habent, recteque Gregorius explicat: *οὐκ ἦν οὐδὲ τῷ δεσπότῃ σου ἐγκοιμᾶσθαι*. Nimirum *τῷ δεσπότᾳ τοι* dicitur, ut iv. 62. *τό τοι γένος* i. e. *τὸ γένος ὅ σοί ἐστιν*. v. Hemsterhus. ad Argumenta Aristoph. Pluti p. 2.—*Εὐμάρας* est nomen proprium. Scholiastes perperam *δέρμα* explicat. KIESSL.

12. Virgil. iii. 14.—*τόκ'* (pro *τότ'*) *ἐτάκευ* ex cdd. recepit Valcken.—Vers. 12.

Βασκαίνων, καὶ νῦν με τὰ λοίσθια γυμνὸν ἔθηκας.
Λακ. Οὐ μάν, οὔ, τὸν Πᾶνα τὸν ἄκτιον, οὐ τύ γα Λάκων
Τὰν βαίταν ἀπέδυσ' ὁ Καλαίθιδος· ἢ κατὰ τήνας
Τᾶς πέτρας, ὤνθρωπε, μανεὶς εἰς Κρᾶθιν ἁλοίμαν.
Κομ. Οὐ μάν, οὔ, ταύτας τὰς λιμνάδας, ὦ 'γαθέ, Νύμφας,
Αἵ τέ μοι ἵλαοί τε καὶ εὐμενέες τελέθοιεν,
Οὔ τευ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψα Κομάτας.
Λακ. Αἴ τοι πιστεύσαιμι, τὰ Δάφνιδος ἄλγε' ἀροίμαν.
'Αλλ' ὦν, αἴκα λῇς ἔριφον θέμεν, (ἐντὶ μὲν οὐδὲν
'Ιερόν,) ἀλλά γέ τοι διαείσομαι, ἔστε κ' ἀπείπῃς.

βασκαίνων 'invidens.' conf. de h. v. L. Bos ad Gal. iii. 1. et Ammon. de Different. sub h. v. ibique Valcken. Harl.

14. *οὐ μάν, οὐ τὸν Πᾶνα* pro vulgato *οὐ μ' αὐτὸν τὸν Π.* legendum censuit et pluribus probavit tum in Epistola ad Röver. p. 28. tum in edit. plena Valckenarius, atque in textum recepit Brunckius. [quem cum editoribus recentioribus secuti sumus. Kiessl.] Vulgatum *μ'* est pro *μά*. [At hoc *α* vix eliditur. K.] De Pane littorali vide Warton. ad h. l. et ad Idyll. xxii. 158. et quos hic jam laudavit, Reiskium ad Antholog. Reiskianam in notis ad carm. 479. atque Jac. Nicol. Loensem Miscell. Epiphyll. iii. 15. [Conf. Etymol. M. p. 54. 27. Apollon. Rh. i. 359. ii. 691. Orph. Argon. 1296. Æschyl. Pers. 448.]—Tum *οὐ τύ γα Λάκων* scribendum censet Brunckius; et Valckenarius veram quidem esse emendationem statuit, codicibus tamen talia ante firmari debere addit, quam recipi possint in textum. Harl. [Recepimus *τύ γα* pro vulgato *σέ γε*. In uno cd. est *οὐδέ γε*. Forsitan in vulgata latet *τέ τὸ ὀρθοτονούμενον*. Kiessl.

16. *Κρᾶθις* est fluvius apud Sybarim, in cujus vicinitate templum Panis, *Πανὸς ἱερόν*, fuisse scribit Schol. Harl. [Strabon. vi. 1. 13. p. 263. Casaub. *'Αχαιῶν κτίσμα δυοῖν ποταμῶν μεταξύ, Κράθιδος καὶ Συβάριδος*. Ex Idyll. iii. 25. in nonnullis cdd. huc irrepsit *ἁλεῦμαι*. In scholiis et aliquot cdd. est *ὀλοίμαν*. Kiessl.]

17. *οὐ ταύτας τὰς* pro *οὔτ' αὐτὰς τὰς* jam Reiskius conjecerat, idque cum Brunckio et recentioribus rescripsimus.—Comatas, hæc dicens, digito monstrat proximam Nympharum domum sive sacellum, aut certe *Νυμφέων ποιμενικὰ ξόανα*, quæ Leonidas memorat Tarentinus in Epigrammate, monente Valcken. in Epist. ad Röver. p. 29.—Vs. 18. in sola Commelin. est *ἐμίν*, in ceteris omnibus *ἐμοί*, in multis et optimis codd. *αἵ τέ μοι*, quod restituimus. Kiessl.

19. *οὐ τεῦς* Toup. malit, sine causa. *λαθὼν* non est cum Reiskio in *Λάκων* mutandum. Harl.

20. *πιστεύσοιμι* Brunck. ex Harl. Flor. et sic Aug. et Schell.—In versu sq. *ἀλλ' ὦν* scribi jubet Brunck. Harl.

22. *ἱερόν*] Est proverbium, vid. Schol. 'Est quidem nil magnum, neque admirabile, cantu te vincere; at age tamen, si tu quidem vis hœdo opposito certare, experiar tecum, donec tu deficias et succumbas fessus:' ita Reisk. interpretatur. Præpositio *διά* verbo *διαείσομαι* vim addit certandi; *ᾄδων ἐρίσω* recte Scholiast. reddidit. v. Valck. ad vi. 15. [Add. eundem ad Herodot. l. v. p. 379. 18. Toupii Em. in Suid. iii. p. 285. Abresch. ad Cattieri Gazophyl. Gr. p. 78. Huschk. Anal. Crit. p. 76. Hermann. ad Viger. p. 856. Harles. in nota Ms. laudat Æschin. contra Ctesiphont. p. 583. sq. Reisk. At præpositionem *διὰ* cum verbis conjunctam certandi significationem iis tribuere, dubitat Wunderlich. in Obss. Crit. p. 166. sq. potius temporis significationem habet, vertendumque 'continenter,' 'multum temporis:' id quod in hunc locum apprime convenit. Kiessl.] Warton. atque Brunck. pro vulgato *ἀλλά γε* e cd. Vatic. cum Casaub. reposuerunt *ἀλλ' ἄγε*, recte improbante Valckenario. Harl. *ἔστε* Warton. Brunck. Gaisford. cum cdd. Laurent. et Vatic., item cum Eustathio ad Iliad. *α*. p. 161. ult.=122. 24. *τὸ μέντοι ἔστε ἀντὶ τοῦ ἕως, μόνον αὐτὸ καθ' αὑτὸ κείμενον· οἷον παρὰ Θεοκρίτῳ, ἔστε κ' ἀπείπεν, ἤγουν μέχρις ἂν ἀπαγορεύσῃς, συγκοπὴν ἔπαθεν ἐκ τοῦ ἕως, διὸ καὶ δασύνεται·* et Etymologico M. in quo p. 382. 8. scriptum, Doras *ἕστε* adspirare contra morem ceterorum. v. Casaub. in

Κομ. Ὗς ποτ' Ἀθαναίαν ἔριν ἤρισεν· ἤνιδε κεῖται
Ὥριφος· ἀλλ' ἄγε, καὶ τὺ τὸν εὔβοτον ἀμνὸν ἔρειδε.
Λακ. Καὶ πῶς, ὦ κυνιδεῦ, τάδε γ' ἔσσετα ἐξ ἴσου ἄμμιν;
Τίς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐποκίξατο; τίς δὲ παρεύσας
Αἰγὸς πρωτοτόκοιο κακὰν κύνα δήλετ' ἀμέλγεν;
Κομ. Ὅστις νικασεῖν τὸν πλατίον, ὡς τύ, πεποίθει,
Σφὰξ βομβέων τέττιγος ἐναντίον. ἀλλὰ γὰρ οὔ τοι
Ὥριφος ἰσοπαλής· τὺ (ἴδ' ὁ τράγος οὗτος) ἔρισδε.

Lectt. fin. c. vii. Vide dicta ad Idyll. i. 6. Tantis auctoribus rescripsimus ἕστε. In cd. Aug. tribusque aliis apud Gaisford. est ἀπ:ίποις. Kiessl.

23. ὗς ποκ' (uti habent codd. Laurent. et Barocc.) Ἀθαναίᾳ—ἤρισεν corrigendum putat Valcken. Harl. [Etiam Brunckio Valckenarii emendatio præplacet, quæ tamen vim loci multum infringit, ne quid dicam de hiatu, quem loco infert: lectionemque vulgatam sanissimam esse, satis docuit Wunderlich. in Obss. Crit. in Æschyl. p. 165. vid. ad i. 136. add. Idyll. v. 136. Ἤρισεν pro ἤρισε, quod reliquit Schaefer., etiam Gaisford. recepit. Kiessl.

24. ἐρείδειν est verbum de sponsione vel certatione, quæ fit opposito pignore, proprium. 'Depono' est Virgilio frequens, Ecl. iii. 31. 32. viii. 62. v. Casaub. et Warton. ad nostrum locum. Harl. Stephanus monuit, esse qui ἔρισδε reponendum putent, quod vere exstat in uno cd. apud Gaisford.; Casaubonus contra, verbo ἐρείδειν eximie impetum exprimi, qui soleat esse in provocantibus invicem. quicquid enim subito fit, de eo Græcos ἐρείδειν usurpare. Nititur Casauboni explicatio scholiis ad Aristoph. Pac. 25. add. interpret. ad Hom. Iliad. 3. 358. Kiessl.

25. κίναδε, τάδε γ' Reiske ex codd. quibus concinit Aug. (præterquam quod γ' omittit) et Brunck. Vulgo κίναδ' εὖ τάδε γ' ἔσσεται. Κίναδος vero notat 'vulpem.' v. Interpr. ad Thomam Magistr. p. 534. sq. et compara Demosth. Orat. de Corona cap. 52. p. 315. ed. nostræ. Harl. Jacobsius, cui lectio a Brunckio probata versui damnum afferre videtur, conjicit: καὶ πῶς, ὦ κίναδ', εἰπέ, τάδ' ἔσσεται. Versus quidem salvus est. v. Spitzner. de Versu Græc. Her. p. 37. Neque tamen dubitavimus Eldickii emendationem, Valckenario quoque probatam, recipere, quæ item lectione nonnullorum codd. κιναδεῦ commendatur. κυνιδεῦ est 'catelle,' 'canis,' i. impudens. vide de hujusmodi formis Valcken. ad Adoniaz. p. 401. sq. Huschk. Anal. Crit. p. 101. sq, et Fischer. ad Weller. ii. p. 26.—Gerhardus in Lectt. Apoll. p. 214. scribit κινιδεῦ. At a κίναδος fit κιναδιδεύς. Kiessl.

26. Eustath. Il. θ. p. 696. pen. διαφορὰ δὲ τριχὸς καὶ ἐρίου καὶ ἐν τῷ τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐποκίξατο. Iliad. ω. p. 1348=1481. 15. πεχθέντα ἤγουν καρέντα, καὶ εἰπεῖν κατὰ Θεόκριτον, ποκιχθέντα. v. Valcken. Ep. ad Röver. p. 63. Kiessl.

27. δήλετ' post Commelin. ed. in reliquas jure venit, et firmatur codd. apud Warton. et Reiskium, quem vide. βούλετ' codd. Aug. et alii; item edd. priscæ: sed hoc interpretamentum est. Illud est vocab. Doricum (cf. Maittaire de Dial. p. 348. Schol. ad Nicandri Ther. 93.): Hesych. δήλεσθαι, θέλειν, βούλεσθαι. adde Valck. ad Adoniaz. p. 259. et Schol.—ἀμέλγεν, Dorice pro vulgato ἀμέλγειν, cum Brunckio et cod. Tolet. dedi. v. Gregor. de Dial. §. 118. p. 308. ibique Koen. Harl.

28. νικαξεῖν Brunck. et Dahl. quam formam inusitatam appellat Valckenarius. τὸν πλατίον Dor. pro τὸν πλησίον, 'proximum,' h. e. alium. vid. Gregor. Cor. de Dial. p. 122=267. ibique Koen. Portique Lex. Doric. sub h. v.—πεποίθει, Heins. Warton. Valck. Reisk. Winterton. Stephan. in edit. min. etc. Est præsens Theocriteum a præterito ortum. vid. ad i. 16. ut mox v. 33. πεφύκει. πεποίθη ex cdd. Brunck. πεποίθεις Call. aliique, cdd. Aug. et Schell. ex mala interpunctione. Harl. [In nonnullis cdd. et Junt. πεποίθης. in aliis initio versus νικατεῖν. Vs. 29. e cdd. cum Valck. et recentioribus recepimus βομβέων. Sic Idyll. iii. 52. ἀλγέω. Kiessl.

30. Reiskio præeunte Brunckius, Dahl. Jacobs. hanc lectionem receperunt: ἀλλὰ γὰρ οὔ τοι ὥριφος ἰσοπαλής; τοὶ δ' ὁ τράγος οὗτος· ἔρισδε. In uno cod. Harl. est τοὶ δ', in aliis τὺ ἴδ', in Schell. τυὶ δ' ὁ, in Aug. τυί δ' ὁ. Inde effinxit Volger. ad Sapphus

Λακ. Μὴ σπεῦδ᾽· οὐ γάρ τοι πυρὶ θάλπεαι· ἅδιον ᾀσῇ
Τεῖνδ᾽ ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τἄλσεα ταῦτα καθίξας.
Ψυχρὸν ὕδωρ τηνεὶ καταλείβεται· ὧδε πεφύκη
Ποία, χ᾽ ἁ στιβὰς ἅδε, καὶ ἀκρίδες ὧδε λαλεῦντι.
Κομ. Ἀλλ᾽ οὔ τι σπεύδω· μέγα δ᾽ ἄχθομαι, εἴ τύ με τολμῇς
Ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπεν, ὅν ποκ᾽ ἐόντα
Παῖδ᾽ ἔτ᾽ ἐγὼν ἐδίδασκον. ἴδ᾽ ἁ χάρις ἐς τί ποθέρπει.
Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι.

carm. p. 7. τυΐδ᾽ ὁ τράγ. οὗτος. De τυΐδε i. q. ἐνταῦθα v. Valck. ad Röver. p. 32. Volgeri emendationem veram censet Gerhard. in Lectt. Apoll. p. 224. nisi quod sic interpungit: ἀλλὰ γὰρ οὔ τοι ὤριφος ἰσοπαλής; τυΐδ᾽ ὁ τράγος. οὗτος. ἔρισδε. At sic oratio justo crebrius dissecatur. Heinsius, quem cum Valckenario Harlesius secutus erat, sic interpungit: τὺ (ἴδ᾽ ὁ τράγος) οὗτος ἔρισδε. At sic οὗτος nimis est remotum a τύ. Distinximus igitur post οὗτος. Ita, si cogitamus pastorem hæc cum vehementia quadam eloqui, nihil remanere videtur, quod offendat. Kiessl.

31. Conf. Voss. ad Virgil. Ecl. x. 42. 43. p. 519. Kiessl.

32. Compara Calpurn. Ecl. i. 8. sqq.—τᾷδ᾽ vulgo. τάνδ᾽ ex ingenio reposuit Reiske. τῇδ᾽ codd. Aug. Lips. (et Schell.) τεῖνδ᾽ correxit Valcken. in Epist. ad Röver. p. 30. (in edit. sua retinuit τᾷδ᾽, sed τεῖδ᾽ ὑπὸ ex Flor. malit;) eandemque formam Laconicam sive Doricam restituendam judicat vss. 50. 67. 118. et τεῖνδ᾽ rescripsit Brunck. uti Laurent. 37. aliique duo habent. [Τεῖνδε hic tot auctoritatibus munitur, ut recipere non dubitarim. conf. ad viii. 40. Kiessl.] In eodem versu conjunctim καττάλσεα malit Valcken. Harl. [Eodem ducere videtur, quod in vetusto cod. Med. legitur, τατ᾽ ἄλσεα· præterea satis constat, καὶ et κατὰ frequentissime permutari. Kiessl.]—κότινον] ἀγριελαίαν Schol. i. e. oleam silvestrem, a qua oleifera cultura tantum differt. Schreber. Adde ad vs. 100. et I. H. Voss. ad Virgil. Georg. p. 345. Kiessl.

33. 34. τουτεὶ—πεφύκη Brunck. τηνεὶ καταλ.—πεφύκη Valcken. τηνεὶ et ὧδε h. l. idem significare, ait Reiske. [" Si pinguius vertas nec satis presse, licebit sane voculas τηνεὶ—ὧδε cum Reiskio interpretari 'ibi—ibi:' tamen unius loci diversæ designantur partes, quarum una propinquior erat loquenti (ὧδε), altera remotior (τηνεί), sed utraque tam propinqua, digito ut posset monstrari." Eichstaedt. Quæst. Phil. Spec. p. 42.] Compara Virgil. Ecl. x. 42. Mox locustæ ob vocem canoram passim celebrantur apud Theocrit. v. Warton.—στιβάς, 'Rasensitz,' haud male reddidit Küttner. conf. Longi Pastoral. iv. 37. ibique Mollum, p. 504. Boden. Harl. [Pro τηνεὶ in codd. exstat τουτὶ et τουτεῖ, et pro ᾧδε vs. 34. in aliquot cdd., etiam Schell., et edd. Junt. et Ald. est ἅδε, quod restitui. Kiessl.

36. 37. ποτιβλέπειν, h. e. προσβλέπειν, et ἀντιβλέπειν is dicitur, qui oculos vultumque alicujus perferre potest. vid. plura ad Anthol. Gr. Poet. p. 163. [Annotator Vimariens. adscripsit locum Iliad. ix. 373. οὐδ᾽ ἂν ἔμοιγε τετλαίη, κύνεός περ ἐών, εἰς ὦπα ἰδέσθαι.—Hermannus scribendum putat ὄμμασι τοῖσδ᾽ ὀρθοῖσι. Loci Theocritei non immemor fuit Bentleius ad Horat. i. 3. 18. Kiessl.]—Vs. 37. vitiose legitur in permultis codd. ἅδ᾽ αὖ χάρις. Harl.

38. Pro καὶ Valcken. aut ναὶ cum Heinsio aut δὴ legere malit. Brunckius et Dahl. receperunt ναί. Koehler. malit θρέψαι τοί. At καὶ non est mutandum; est enim ἀνακόλουθον. Nam quum dicere vellet θρέψαι καὶ λυκιδεῖς καὶ κύνας, pro altero καὶ repetit θρέψαι. Hieronym. de Bosch. in Animadv. in Antholog. Gr. p. 266. locum sic vertit: 'Ecce vide, quo gratia serpat. Tu catulos, nutrique lupos, ipsis eris esca.' Conf. Jacobs. Animadv. in Anth. Gr. t. xii. p. 114. et Rittershus. ad Phædr. iv. 18. p. 379. ed. Burman. Erasmi Adag. p. m. 390. De terminatione λυκιδεὺς vide ad vs. 25. Forma λυκαδεῖς, quam Casaubonus e scholiis et libris quibusdam affert, repugnat analogiæ.—κύνας ad fabulam de Actæone refert Scholiastes. Kiessl.

Λακ. Καὶ πόκ' ἐγὼν παρὰ τεῦς τι μαθὼν καλὸν ἢ καὶ ἀκούσας
Μέμναμ', ὦ φθονερὸν τὺ καὶ ἀπρεπὲς ἀνδρίον αὔτως;
Κομ. Ἁνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄλγεες· αἱ δὲ χίμαιραι
Αἵδε κατεβληχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη.
Λακ. Μὴ βάθιον τήνω πυγίσματος ὑβὲ ταφείης·
Ἀλλὰ γὰρ ἕρφ' ὧδ', ἕρπε, καὶ ὕστατα βωκολιαξῇ.
Κομ. Οὐχ ἑρψῶ τηνεί· τουτῶ δρύες, ὧδε κύπειρος,
Ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι·
Ἔνθ' ὕδατος ψυχρῶ κρᾶναι δύο· ταὶ δ' ἐπὶ δένδρων
Ὄρνιχες λαλαγεῦντι· καὶ ἁ σκιὰ οὐδὲν ὁμοία
Τᾷ παρὰ τίν· βάλλει δὲ καὶ ἁ πίτυς ὑψόθε κώνους.

39. Veterem bonamque lectionem, *μαθὼν—ἀκούσας μέμναμ'*, mutavit Reiske in hanc, non Græcam, *μάθον—ἄκουσα; μέμνα μ'*, 'didici—audivi? revoca mihi in mentem.'—Lectionem antiquam, *πόκ' ἐγὼν παρὰ τεῦς* [quam pro vulgata *πόκ' ἐγὼ παρὰ τεῦ* cum Valcken. recepimus. Kiessl.] servavit Apollonius Dysc. in Excerpt. p. 424. (de Pronom. p. 356. Bekk.) vide Koen. ad Gregor. Cor. p. 114=249., Valcken. ad Adoniaz. p. 302. et ad Idyll. ii. 126. atque Brunck. ad h. l. Harl.

41—43. *ὑβοὶ* dicuntur, ut Foësius in Œconom. Hippocratis sub h. v. scribit, 'gibbosi,' quum foras seu in posteriorem spinæ partem vertebræ convertuntur ac tendunt. Scholiast. inter alia reddit, *συγκεκαμμένε τὸν τράχηλον, κυρτέ.* adde Koen. ad Gregor. p. 131=285. Vers. 42. Brunck. *κατεβληχεῦντο* scribendum putat, et v. 41. Valckenario *ἁνίκ' ἐπύγισδόν τυ* reponendum videtur. [Has Doricas formas recepit Dahl. K.]—Lacon vero imprecatione vulgari optat, ne Comata 'profunde' sepeliatur, quod infortunium esse credidit superstitio. v. infra Epigram. viii. 3. ibique Warton. Harl. [Adde Virgil. iii. 8. Epigr. *ἀδέσπ.* xl.]

44. *ὕστατα* cdd. Aug. et plurimi alii, Reisk., Valcken. et Brunck. [In uno *ὕστατον.*] Vulgo legitur *ὕστερα.* [In uno cod. *ὕστερον.*]—Pro *βωκολιάξῃ*, quod Is. Vossius ex uno codice enotavit, Valckenarius dedit *βωκολιαξῇ.* [quod in uno cod. Med. accurate scripto vere extat, idque cum recentioribus pro vulgato *βωκολιαξεῖς* reposuimus. K.] Sensus, interprete Reiskio, hic est, 'postremum cecineris,' ut nunquam postea sis rursus ad certamen cantus animum adjecturus. Harl.

45. *τουτεὶ δρύες* cod. Aug. Schol. Brunck. Dahl. placueratque jam Valckenario, uti infra quoque v. 103. [In codd. hæ lectiones reperiuntur, *τούτω, τούτου, τουτί* et *τουτῶ.* Hoc *τουτῶ*, quod cum Schaefero recepimus, extat etiam in Schell. conf. de hoc adverbio Bast. ad Gregor. p. 142.—Versum sequentem censet Valckenarius ex hoc carmine illatum esse in carmen primum, ibique, ubi est 107. esse spurium.—Virgil. Ecl. vii. 13. "Eque sacra resonant examina quercu." Kiessl.]—Scena est egregia. Harl.—*κύπειρος*, 'cyperus,' graminis genus formosum. Cyperum esculentum Linn. hodie ita appellari, Forskolius testatur Fl. Arabica. Schreber. Vid. ad i. 106. K.

47. *δένδρων* pro vulgato *δένδρῳ* ex ingenio reposuit Reiske, probantibus Valckenario ad Adoniaz. v. 121. p. 400. C. et Toupio, sicque Brunck. et Valcken. in edit. dederunt. Sic ipse Theocrit. xv. 121. sed numerus singularis poeticam quandam majorem et exquisitiorem suavitatem habere mihi quidem videtur. Libri valde variant, *δένδρω* in genitivo, (uti etiam cod. Aug.) *δένδροις, δένδρει* exhibentes. *δένδρον* habet et commendat Gregorius de Dial. p. 122 =265. Koenius ibi probat *δένδρῳ*, reprehensus a Valcken. ad Adoniaz. l. c. Harl. [*Δένδρων* cum Schaefero aliisque restituimus. Commode laudat H. Vossius Aristoph. Av. v. 40. *ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσιν.* v. 741. *ἱζόμενος μελίας ἐπὶ φυλλοκόμου.* Insuper Schaeferus malebat *τᾷδ' ἐπὶ δένδρων.* Hermanno in vulgata videtur oratio longe magis esse poetica. Vossius item tuetur vulgatam allato loco Hom. Odyss. xii. 73. *οἱ δὲ δύω σκόπελοι.*—De forma Dorica *ὄρνιξ* vide Fischerum ad Weller. i. p. 172. s. quem laudat Schaeferus ad Gregor. p. 218. Kiessl.]

Λακ. Ἦ μὰν ἀρνακίδας τε καὶ εἴρια τᾷδε πατησεῖς,
Αἴκ' ἔνθῃς, ὕπνω μαλακώτερα· ταὶ δὲ τραγεῖαι
Ταὶ παρὰ τὶν ὄσδοντι κακώτερον ἢ τύ περ ὄσδεις.
Στασῶ δὲ κρατῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
Ταῖς Νύμφαις· στασῶ δὲ καὶ ἁδέος ἄλλον ἐλαίω.
Κομ. Αἰ δέ κε καὶ τὺ μόλῃς, ἁπαλὰν πτέριν ὧδε πατησεῖς,
Καὶ γλάχων' ἀνθεῦσαν· ὑπεσσεῖται δὲ χιμαιρᾶν
Δέρματα, τῶν παρὰ τὶν μαλακώτερα τετράκις ἀρνῶν.
Στασῶ δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τῷ Πανὶ γάλακτος,
Ὀκτὼ δὲ σκαφίδας μέλιτος πλέα κηρί' ἐχοίσας.
Λακ. Αὐτόθε μοι ποτέρισδε, καὶ αὐτόθι βωκολιάσδευ·
Τὰν σαυτῶ πατέων, ἔχε τὰς δρύας. ἀλλὰ τίς ἄμμε
Τίς κρινεῖ; αἴθ' ἔνθοι ποχ' ὁ βωκόλος ὧδε Λυκώπας.
Κομ. Οὐδὲν ἐγὼ τήνω ποτιδεύομαι· ἀλλὰ τὸν ἄνδρα,
Αἰ λῆς, τὸν δρυτόμον βωστρήσομες, ὃς τὰς ἐρείκας

50. 51. *τεῖνδε* Brunck. et Dahl. [In cd. Lips. est *τῆδε*, in Schell. et in uno Vat. *τῆδε*, quod favere videtur lectioni *τεῖδε*. Kiessl.] v. ad vs. 32. — Conf. Idyll. xv. 125. ibique Valcken. p. 406. Virgil. Ecl. vii. 45. "somno mollior herba." Harl.

53. *κρατῆρα* pro *κρητῆρα*, quod reliquerat Valck., dedi post Brunckium cum Gaisfordio ex pluribus codd. in quibus etiam Schellersh. est. — Hunc locum comparat Vossius cum Virgil. v. 67. p. 267. Kiessl.

55. plures libri et edd. antiquæ *αἰ δέ κα* pro *κε*, vitiose; nam *κα* producitur. Aug. Matthiae in Obss. Crit. p. 42. legi vult: *αἰ δέ κε τεῖδι μόλῃς*· quod Dahlio probatur. At *καὶ* hic hyperbaton facit, in qua particula collocanda mira libertate utuntur auctores. v. ad i. 95. Justus ordo hic, ut i. 90., foret, *καὶ τὺ δ', αἴ κε μόλῃς*. Videtur autem in locis, qualis hic est, rectius omnis interpunctio omitti. Kiessl.

56. *γλάχων'*] pro Pulegio habetur, quod Menthæ species est: 'Poley.' Schreber.

57 — 59. *τετράκις* ab Calliergo (ex codd., ut videtur, Vaticanis) profectum suadet Callimach. epigr. 56. 2. — *πολλάκις* cdd. Aug. aliique, edd. prisc. apud Reisk. sed redolet glossema. [At sic constanter *πολλάκις* legitur in cdd. etiam in Schell. ut restituendum videatur, neque vocabulum *πολλάκις*, hic si restituitur, vim usitatam habet, sed hanc, 'um viel mal.' Kiessl. Vs. 58. *γαυλώς*, 'crateras,' vas rusticum et pastorale, quod excipit lac, mulctrale. v. Schol. et Mollum ad Longi Pastoral. i. 2. p. 76. Boden. [Pani cur etiam mel offeratur, docet Vossius ad Virgil. Ecl. p. 515. Kiessl.] — *στασῶ δὲ σκαφίδας* quidam codices, in his optimus Paris. Harl.

60. 61. *αὐτόθι* priore loco aliquod codd. multo autem plures *αὐτόθε*. Reiskio videbatur hic poeta constantia usus esse et utroque loco aut *αὐτόθι* aut *αὐτόθε* exarasse. Id Brunck. arripuit et utroque loco *αὐτόθε* legit. Unus cod. Med. recens *προτέρισδε*, a *προτί*, quod placere possit. *σαυτῶ* pro vulgato in pluribus cdd. *τὰν σαυτῶ* scil. *γῆν* sive *χώραν*. est proverbium. v. Schol, Kiessl.

62. *ποχ'* pro vulgato *ποθ'* Brunck. probante Valcken. idque reposuimus. — Conf. Voss. ad Virgil. Ecl. iii. 49. sqq. p. 126. Kiessl.

63. 64. *ἐγὼν* perpetuo in hoc carmine Brunck. idem *λῆς* sine iota subscripto dedit. — *βωστρήσομες* pro *ἐπικαλεσόμεθα*, ut ait Gregor. Cor. de Dial. p. 131 = 283. ubi v. Koen. Harl. Unus cod. *βωστρήσομεν*. De verbo *βωστρεῖν* Eustathius Odyss. *μ*. p. 1717. 16 = 481. 30. *παρὰ δὲ Θεοκρίτῳ κεῖται ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τοῦ ψηλαφητικῶς ἐν ἀγυιαῖς ἀναβοᾶσθαί τινα*. Kiessl. — *ἐρείκας*, 'Heide.' Non tam speciem apud nos vulgarem, quam cineream, scopariam, arboream Linn. Sp. Pl. p. 501. 502. et forsitan alias plures similes frutescentes, nostrate majores, in Italia et Oriente crescentes, intelligi debere, veri-

Τήνας τὰς παρὰ τὶν ξυλοχίσδεται· ἐντὶ δὲ Μόρσων.
Λακ. Βωστρέωμες. Κομ. Τὺ κάλει νιν. Λακ. Ἴθ', ὦ ξένε, μικκὸν ἄκουσον
Τᾷδ' ἐνθών· ἄμμες γὰρ ἐρίσδομες, ὅστις ἀρείων
Βωκολιάκτας ἐντί· τὺ δ', ὦ 'γαθέ, μήτ' ἐμέ, Μόρσων,
Ἐν χάριτι κρίνῃς, μήτ' ὦν τύ γα τοῦτον ὀνάσῃς.
Κομ. Ναί, ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν, Μόρσων φίλε, μήτε Κομάτᾳ
Τὸ πλέον ἰθύνῃς, μήτ' ὦν τύ γα τῷδε χαρίξῃ.
Ἅδε τοι ἁ ποίμνα τῶ Θουρίω ἐντὶ Συβάρτα·
Εὐμάρα δὲ τὰς αἶγας ὁρῇς, φίλε, τῶ Συβαρίτα.
Λακ. Μή τύ τις ἠρώτη, πὸτ τῶ Διός, αἴτε Συβάρτα,
Αἴτ' ἐμόν ἐντι, κάκιστε, τὸ ποίμνιον; ὡς λάλος ἐσσί.
Κομ. Βέντισθ' οὗτος, ἐγὼ μὲν ἀλαθέα πάντ' ἀγορεύω,
Κοὐδὲν καυχέομαι· τὺ δ' ἄγαν φιλοκέρτομος ἐσσί.
Λακ. Εἶα λέγ', εἴ τι λέγεις, καὶ τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖθις

simile fit, si descriptiones auctorum consulimus. SCHREBER.

65. Verbum ξυλοχίζεσθαι ad ἅπαξ λεγόμενα, saltem ad rariora refert Schwebel. ad Bion. viii. 8. Comp. infra vii. 26. HARL.

66. 67. Quod pro θωστρέομες Valckenarius scribi jussit βωστρέωμες, pronunciandum βωστρῶμες, extat in tribus cdd. apud Gaisford. KIESSL. — μικκὸν Dor. pro μικρόν, ab antiquo verbo μίω. v. Koen. ad Gregor. Cor. de Dial. p. 130 = 281. et Valcken. ad Adoniaz. p. 350. — Τεῖνδ' cum duobus cdd. Brunck. Τεῖδ' malit Valcken. τῇδ' codd. Aug. Schellersh. Steph. Gregor. Cor. l. c. alii. HARL.

68. 69. Βωκολιάκτας ἐντὶ pro vulgato βωκολιαστάς ἐστι, uti Valcken. et in Epist. ad Röver. p. 34. et in Theocriti edit. legi jussit, dedimus cum Brunckio. Deinceps ὦ 'γαθέ e pluribus codd. pro ὦ φίλε cum Valckenario reposuimus. — ἐν χάριτι κρίνῃς, 'secundum me per favorem judices.' v. Porti Lex. Dor. sub v. ἐν χάριτι et κρίνειν, Heinsii Lectt. Theocrit. c. ix. — τύ γα Dorice pro σύ. v. Gregor. de Dial. p. 123 = 268. ibique Koen. Denique Brunckius ὀνασεῖς, quod in duobus est cdd., jure improbante Valckenario. KIESSL.

70. 73. Pro vulgato, ναὶ Μόρσων, cum Reiskio, Valcken. aliis prætuli Μόρσων φίλε, quod habet major pars codicum. KIESSL. Κομάτα — ἰθύνῃς — χαριξῇ (codd. Aug. Schell. et edd. pr. χαρίξῃ) — ὁρῇς cdd. Aug. aliique, Callierg. Steph. in edit. min. sine iota subscripto, et ὁρῇς sine iota subscripto etiam Brunck. [Heinsius scribit ὅρῃς, non improbante Valckenario.] v. Port. Lex. Dor. in voc. ἐν χάριτι, et Reiske. HARL. Ἰθύνειν forma antiqua, pro qua deinceps magis frequentarunt εὐθύνειν. vid. Huschk. Comment. de Orphei Argon. p. 23. sqq. — Pro χαριξῇ cum Valckenario scripsimus χαρίξῃ, non enim est a futuro χαριξοῦμαι, sed a conjunctivo aoristi χαρίξωμαι. — vs. 72. ἐντὶ pro ἐστὶ e cod. Plures cdd. hic et 74. Σιβύρτα. In uno codice vss. 72. et 73. Laconi tribuuntur, vss. 74. et 75. Comatæ; atque eadem ratione nomina in seqq. invertuntur. KIESSL.

74. πὸτ τῶ, vid. ad iv. 50. — vs. 76. ἐγὼν a Brunckio positum, hic, ubi liquida sequitur, genuinum putat Valckenarius. — vs. 77. unus cd. καυχῶμαι. — Ex cdd. Barocc. Vatic. aliisque cum Brunckio rescripsi τύ γε μάν· malim tamen τύ γα μάν. vulgo τὺ δ' ἄγαν. HARL. [Revocavimus vulgatam. K.]

78. εἴ τι λέγεις, cf. Valcken. ad Herodot. viii. p. 644. 28. — Λέγειν, ut λαλεῖν xx. 29. εἰπὼν vii. 90. hic significat 'canere,' ut non raro apud Latinos poetas 'dicere.' Recte H. Vossius interpretatur: 'cane age, si quid canendum habes.' Simili structura dicit Æschyl. Agam. 1057. (1041. Schütz. min.) πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι' ἀπειθοίης δ' ἴσως. v. 1405. (1386.) χαίροιτ' ἄν, εἰ χαίροιτ'. Conf. Virg. Ecl. iii. 52.

Ζῶντ' ἄφες. ὦ Παιάν, ἦ στωμύλος ἦσθα, Κομάτα.
Κομ. Ταὶ Μῶσαί με φιλεῦντι πολὺ πλέον ἢ τὸν ἀοιδὸν
Δάφνιν· ἐγὼ δ' αὐταῖς χιμάρως δύο πρᾶν ποκ' ἔθυσα.
Λακ. Καὶ γάρ ἔμ' Ὡπόλλων φιλέει μέγα· καὶ καλὸν αὐτῷ
Κριὸν ἐγὼ βόσκω. τὰ δὲ Κάρνεα καὶ δὴ ἐφέρπει.
Κομ. Πλὰν δύο τὰς λοιπὰς διδυματόκος αἶγας ἀμέλγω,
Καί μ' ἁ παῖς ποθορεῦσα, Τάλαν, λέγει, αὐτὸς ἀμέλ-
γες;
Λακ. Φεῦ, φεῦ, Λάκων τοι ταλάρως σχεδὸν εἰκατιπληροῖ
Τυρῶ, καὶ τὸν ἄναβον ἐν ἄνθεσι παῖδα μολύνει.
Κομ. Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα,
Τὰς αἶγας παρελεῦντα, καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει.

Voss. p. 127. — Piersonus maluit *ἐς πόνον αὖθις·* sed quum locutio sit proverbialis, non est audiendus. Kiessl.

79. *ζῶντ' ἄφες*, proverbium est in verbosos. v. Canteri Nov. Lect. iv. 15. Casaub. in Theophr. Charr. iv. in fine, et Warton. Scholiastes nugatur. Harl. Annotator Vimar. adscripsit locum Plauti ex Mil. iv. 2. 92. "jamjam sat, amabo, est: sinite, abeam, si possum viva a vobis." — Heinsius præfert *Παιών*, frustra, judice Valcken. De Pæane cf. Voss. ad Virgil. Ecl. iv. 10. p. 189. Kiessl.

80. sqq. Idem canendi et certandi mos recentiori ætate apud insulæ Minorcæ incolas repertus est. Vide Cleghorni Angli hac de re testimonium in Sulzeri Allgem. Theorie der Schönen Künste. tom. ii. p. 58. Dahl.

83. Virgil. Ecl. iii. 62. *Κάρνεα* festum fuit Apollinis Carnei, apud Spartanos præcipue sollemne. v. Schol. ad h. l. Spanhem. et reliquos ad Callim. H. in Apoll. 71. 72. 78. Potteri Archæolog. Gr. ii. cap. 20. tom. i. p. 892. vers. Germ. [Adde Harwood Handbuch d. Griech. Alterthüm. übersetzt v. Forbiger. tom. i. p. 542. sq. — *καὶ δή* prope idem quod *ἤδη*. v. Hermann. ad Viger. p. 829. Kiessl.] Caprarius igitur noster ad festos dies gentis suæ, Laconum, adludit, ut jam Warton. monuit. Harl.

85. *ἀμέλγεις* vett. editt. apud Reiske, Warton. Valcken. cdd. Aug. Schell. *ἀμέλγες* cd. Taur. *ἀμέλγες* Callierg. Reisk. Brunck. [quinque cdd. apud Gaisf. in his duo optimi. hinc restituimus formam Doricam, quam *ει*
oleratam Id. i. 3. mirum quod aliis locis fere expulerunt editores. Kiessl.] — *αὖτις ἀμέλγεις* suspicatur Koehlerus, ovium multitudinem hoc indicare opinans. Harl. [*Αὐτὸς ἀμέλγεις* significare potest aut, 'tune ipse mulges, adeo pauper, ut puerum, qui faciat, non habeas?' aut, 'tune ipse eas mulges, cum tamen lacte fœtus nutrire debeant?' aut, 'tune solus mulges?' sic puella se sociam offert. Hæc ratio præplacet, neque opus est, ut cum Graefio p. 21. scribas *αὔας ἀμέλγεις*; Kiessl.]

86. 87. Tredecim cdd. *εἴκοτι*. Brunck. legi jubet *πλαροῖ*, invito Valckenario. Bene Reiskius: 'Hem, stulte, quam tu vanus et ineptus es, in re tantilla qui te jactes. vide quam ego tibi antecellam. Ego tibi, h. e. vide me, viginti ferme corbes impleo caseo.' — *ἐν ἄνθεσι* recte alter Schol. interpretatur *ἐν τοῖς ἀνθώδεσι τόποις*. Ad vs. 87. respicit Eustath. ad Iliad. η. p. 727. 12. Kiessl.

88. 89. Mala Veneri sacra erant, (vid. ad Idyll. iii. 40.) et ab amantibus legebantur ad amorem lacessendum et provocandum. Conf. Idyll. vi. 6. ibique schol. et notam; Virgil. Ecl. iii. 64. (ibique Vossium p. 132.) "malo me Galatea petit, lasciva puella;" Boden. et Mollum ad Longi Pastor. p. 74. et 78. et Warton. ad nostrum locum. adde Steph. Obss. in Virgilianas Theocriti imitationes p. 64. sqq. ed. min. ubi etiam de verbo *ποππυλ.* disserit. [Eustathius Il. ε. p. 565 = 429. *ποππύζειν καὶ ποππυλιάζειν λέγεται Δωρικῶς. Θεόκριτος· καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει. τινὲς δὲ αὐτὸ παππυλιάσδει γράφουσι.* Apud A. Gellium ix. 9. etiam *ποππυλιάχει* vel *ποππυλιάζει*. Quid sit quod in nota ad Gellium additur: "etsi scribatur *ποππυμά-*

Λακ. Κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν
Ἐκμαίνει· λιπαρὰ δὲ παρ' αὐχένα σείετ' ἔθειρα.
Κομ. Ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐντὶ κυνόσβατος οὐδ' ἀνεμώνα
Πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνδηρα παρ' αἱμασιαῖσι πεφύκη.
Λακ. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀκύλοις ὀρομαλίδες· αἱ μὲν ἔχοντι
Λεπτὸν ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον, αἱ δὲ μελιχραί.

ζει," non assequor. Verum tamen M et ΛΙ confundi. v. Bast. ad Gregor. Cor. p. 455. et p. 723. Kiessl.] — Clearista est nomen proprium et nominativus, quod Reiske contra Schol., cui tamen adsentitur Warton., fuse probat. — παρελεῦντα pro παρελῶντα Brunck. et Valcken., sicque in duobus cdd., in aliis παρελαῦντα, παρελᾶντα et παρελάντα. Casaubonus Scholiastæ tribuit παρελῶσα. Harl.

90. 91. ὁ Κρατίδα, n. υἱός, Eumedes, placet Casaubono, Is. Vossio et Valckenario. [Schol. ad vii. 21. τὸν Εὐμήδην υἱὸν ὄντα τοῦ Κρατίδα, Κρατίδαν καλεῖ αὐτόν. Legit igitur nostro loco ὁ Κρατίδας. Perperam autem interpretatur: neque enim necesse est, intelligatur Eumedes. Quum enim hæc omnia a pastoribus fingantur, quid vetat, quo minus Laco duo amatores nominet? Aperte etiam vs. 99. illi mutationi adversatur. Kiessl.] λῆος Brunck. et Dahl. (cum tribus cdd.) — Ruhnkenius in Epist. Crit. i. p. 65. ed. 1782. (p. 150. ed. 1808.) reponendum putat λεῖος ὑπάναν, qui etiam dicitur λειογένειος et λεῖος τὸ γένειον, 'pubescens primum puer, lævis circa mentum.' Koehlero hæc suspicio placet: dissentiunt Toupius et Wartonus, quorum hic docet, ὑπαντῶν esse secundum imitationem Virgilii Ecl. iii. 66. ("At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.") 'ultro,' cum bono animo et quasi mutua quadam voluntate, 'occurrere,' 'se offerre.' [Hoc norat etiam Ruhnkenius, qui, teste Valckenario, mutationem factam postea ipse repudiavit. K.] Pro σείετ' habent cdd. Flor. Vat. edd. Junt. Callierg. Farr. al. σεύετ'. — λιπαρὰ ἔθειρα est 'nitida coma,' i. e. uncta et odorata; quanquam aliter intelligit Mitscherl. ad Horat. Od. iii. 19. 25. Od. 20. 14. etc. v. Spanhem. ad Callim. H. in Pall. vs. 32. Harl.

92. ἐντὶ pro ἐστὶ Brunck. — κυνόσβατος, 'Schlehdorn' vertit Küttner. [Vossius, 'Hambutten.'] v. Schol. et Koehler. ad nostrum locum, qui ex nostro scholio locum Theophrasti H. P. l. iii. c. 18. p. 266. ed. Bod. a Stap. emendat, pro ἀγνώδεις scribens ἀκανθώδεις. De anemone v. Schol. et notam ad Bion. i. 66. in Anthol. Gr. Poet. Harl. Κυνόσβατος, 'rosa sempervirens' Linn. vel quam Gallicæ nomine Forskolius in Flor. Ægypt. p. 27. breviter descripsit, esse videtur; conf. Diosc. i. c. 123. forte etiam hoc nomen ad alias quasdam silvestres rosas, floribus pallidis albisve, extendebatur. Anemone procul dubio 'coronaria' Linn. vid. Diosc. ii. c. 207. Schreb. ἀνεμῶναι quatuor cdd. Sanctam. Procopius Sophist. in Epist. p. 441. ed. Cujac. Idem Procopius cum uno cod. ξύμβλητ'. Kiessl.

93. ἄνδηρα h. l. 'florum areolæ.' v. Suid. Schol. et Koehler. qui rosas sativas, quæ nascuntur in cultis areolis, (unde Virgilii Ecl. v. 17. (ed. Vossii p. 242.) 'punicea roseta') intelligit, Toup. in Animad. in scholia et in Addendis p. 349. qui jam laudat Hesych. Albert. vos. ἄνδηρον et Salmas. Hyl. Iatr. c. xxv. p. 25. adde Maittair. p. 187. — πεφύκη pro vulgato πεφύκει Brunck. et Valck. cum duob. cdd. in uno cod. ἄνθηρα. Harl.

94. 95. ἄκυλος est 'glans iligna.' v. Schol. et Mollum, Jungermann. ac Boden. ad Longi Pastoral. p. 277. (Voss. ad Virgil. Ecl. vii. 1. p. 352.) — ὀρομαλίδες, (vid. Schneider. ad Nicandr. Alex. 261.) quæ a Gregorio Corinthio de Dial. p. 120 = 263. explicantur τὰ ὀρεῖα μῆλα, cum Toupio malim (pro ὀριμαλίδες), et cum Brunckio recepit Valck. in textum ex cdd., puto, Barocc. Vat. et Bened. recent. — Λεπρὸν ex cod. Toletano et ed. Rom. reposuerunt Valck. Reiske, quos secutus est Brunck. (Jacobs., Bindemann.) vulgo λεπτόν, 'tenue,' quod verum est. αἱ μὲν ἀπὸ πρίνοιο, 'ab ilice,' est periphrasis elegans pro ἄκυλοι πρίνιναι, 'glandes ilignæ' (v. i. 147.), quibus Lacon comparat puellam; [Talis periphrasis hic quidem ob ordinem verborum admitti non potest, neque cum Ilgenio ad Scolia p. 108. recte dixeris esse pro solo genitivo, ut dc. οἶνος ἀπ' ἀμπέλου pro οἶνος τῆς ἀμπέλου. imo hoc dicit auctor: habent tenuem corticulam ab ilice ortam, die von der Eiche herrührt. Kiessl.] 'illæ' igitur 'habent tenuem' (λεπτὸν) aut 'scabiosam et macu-

Κομ. Κἠγὼ μὲν δωσῶ τᾷ παρθένῳ αὐτίκα φάσσαν,
'Ἐκ τᾶς ἀρκεύθω καθελών· τηνεὶ γὰρ ἐφίσδει.
Λακ. 'Αλλ' ἐγὼ ἐς χλαῖναν μαλακὸν πόκον, ὁππόκα πεξῶ
Τὰν οἶν τὰν πελλάν, Κρατίδᾳ δωρήσομαι αὐτός.
Κομ. Σίττ' ἀπὸ τᾶς κοτίνω ταὶ μηκάδες· ὧδε νέμεσθε,
Ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, αἵ τε μυρῖκαι.
Λακ. Οὐκ ἀπὸ τᾶς δρυὸς οὗτος ὁ Κώναρος, ἅ τε Κυναίθα;
Τουτεὶ βοσκησεῖσθε ποτ' ἀντολάς, ὡς ὁ Φάλαρος.
Κομ. 'Εντὶ δέ μοι γαυλὸς κυπαρίσσινος, ἐντὶ δὲ κρατήρ,
Ἔργον Πραξιτέλευς· τᾷ παιδὶ δὲ ταῦτα φυλάσσω.

losam (λεπρὸν) corticulam:' *αἱ δέ*, n. *ὀρομαλίδες*, 'poma silvestria, sunt mellita, dulcia,' quibus jucundam pueri sui Cratidæ levitatem, aut in genere suavitatem, amœnitatem et venustatem comparaturus esse videtur. Μελιχρὸς enim dicitur proprie de colore mellis (cf. Stephan. ad Idyll. x. 27.); dein in genere mellitus, dulcis, nullo ad colorem habito respectu. v. Warton. Sensus igitur est: quantum differunt et distant jucunditate, venustate et pretio poma montana a glandibus ilignis; tantum puer ille a puella Clearista. vide vero moratam Laconis orationem et Salmas. ad Solin. p. 195. Harl. — *Ἄκυλοι* sunt glandis 'Quercus ilicis' Linn. Germ. 'Stecheiche.' Vulgata lectio λεπτὸν vera est; ἄκυλοι enim nunquam sunt λεπραί. Glandes ilignæ tenui, exsucco putamine nucleum condunt; poma silvestria (ubi non acerba illa intelligenda sunt, qualia apud nos in malo silvestri nascuntur,) carne mellita. Schreber.

96. 97. *φάσσαν*, 'eine Holz- oder Ringeltaube;' v. Schol. et Athen. ix. cap. 11. ubi Dalechamp. vertit 'Biset.' A Longo libr. i. cap. 13. p. 90. ubi vide Mollum, dicitur *φάττα βουκολική*. Adde Mollum ad Longum p. 102. et Virgil. Ecl. iii. 68. Harl. [Adde I. H. Voss. ad Virg. l. c. p. 133. sq. et in Epistol. Mythol. ii. 10. Kiessl.]

98. 99. *πεξῶ* reddidi, uti jam Callierg. Steph. in edit. min. Brunck. et cod. rec. Bened. — vulgo *πέξω*. Πείκειν, Schol. ait, *κυρίως τὸ ξαίνειν. ἐνταῦθα δὲ τὸ κείρειν.* [Adde ad vs. 98. Beckium ad Aristoph. Av. 713. Kiessl.] Πέλλαν, sive, ut Valcken. cum Salmasio scripsit, *πελλάν* [quo de vocab. conf. Koen. ad Gregor. p. 288. K.], aptius vertere videtur Schol. *σκοτεινήν, μέλαιναν, πορφυρέαν*, quam Vossius ad Catullum p. 217. 'coloris violacei.' [Hoc eodem redit. K.] — *αὐτός*, 'sponte,' 'ultro.' Harl.

100. 101. Κότινος eadem est arbor, quæ et *ἀγριελαία* dicitur. Idyll. xxv. 208. coll. cum 258. Dioscor. i. c. 137. Olea silvestris folio duro subtus incano, Bauh. Pin. p. 472. 'Der wilde Oelbaum.' Schreber. [Add. supra ad v. 32. K.] — *ἐς τὸ κάτ*. Brunck., qui tamen in notis scribendum putat *ὧ τὸ κάταντες* — *αἵ τε μυρ*. sed vide i. 13. Eleganter vero et morate interjicitur *ἐπῳδή*, ab ipso rerum situ petita. Ita etiam Virgil. Ecl. iii. 94. (ubi cf. Vossius p. 147. sq.) Harl.

102. 103. *ὁ Κώναρος*, nominativus cum articulo pro vocativo; vide Dorvill. Van. Crit. p. 141. [Adde Koen. ad Gregor. de Dial. p. 117. et quos citat Matthiae in Gramm. Gr. §. 312. 1. Kiessl.] De varietate vocabuli v. Reiske. Nominatim vero capras hircosque et reliqua pecora solebant veteres vocare et compellare, quæ consuetudo etiam hodie apud multos regnat. vs. 103. *τουτί* Callierg. (cum magno cdd. numero.) — *βοσκασεῖσθε* Brunck. et Dahl. [Jam Valcken. in Ep. ad Röver. p. 17. voluerat *ταυτεὶ βοσκασεῖσθε*, sine idonea causa. K.] *Φάλαρος*, sive pro nomine canis cum Heinsio, sive pro arietis cum Valcken. in Ep. ad Röv. p. c. habeatur, non multum interest. [Rectius tamen intelligitur 'aries.' Κώναρος et Κυναίθα, pro quo octo cdd. Κιναίθα, sunt nomina hirci et capræ. K.] mons certe h. l. non est, uti quidam putarunt. v. Schol. [In plurimis cdd. *ἀντλάς*, quod Reiskius negat se intelligere. Nec satis vulgata ei placet, quum sententia videatur postulare nomen arboris alicujus aut arbusti. In eadem opinione est Graefius, qui tamen nihil extudit, quod satis faciat. *ὡς* non est 'quemadmodum,' sed 'ubi.' — Cum Schaefero signum interrogationis post Κυναίθα posui, plene distinguente post Φάλαρος. Kiessl.]

104. 105. *ἐντὶ δ' ἐμὶν γαυλὸς* — *ἐντὶ δὲ*

Λακ. Χ' ἁμῖν ἐντὶ κύων φιλοποίμνιος, ὃς λύκος ἄγχει·
Ὃν τῷ παιδὶ δίδωμι, τὰ θηρία πάντα διώκειν.
Κομ. Ἀκρίδες, αἳ τὸν φραγμὸν ὑπερπηδῆτε τὸν ἁμόν,
Μή μευ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλος· ἐντὶ γὰρ ἆβαι.
Λακ. Τοὶ τέττιγες, ὁρῆτε τὸν αἰπόλον ὡς ἐρεθίσδω·
Οὕτω κ' ὔμμες θὴν ἐρεθίσδετε τὼς καλαμευτάς.
Κομ. Μισέω τὰς δασυκέρκος ἀλώπεκας, αἳ τὰ Μίκωνος
Αἰεὶ φοιτεῦσαι τὰ ποθέσπερα ῥαγίσδοντι.
Λακ. Καὶ γὰρ ἐγὼ μισέω τὼς κανθάρος, οἳ τὰ Φιλώνδα
Σῦκα κατατρώγοντες, ὑπηνέμιοι φορέονται.

κρατὴρ Brunck.; atque pauci codd. et Callierg. præbent ἐντὶ pro vulgato ἐστί. [Κρατὴρ pro κρητὴρ cum Brunck. et Gaisford. ex nonnullis cdd., in quibus Schell., edidi. K.] — vs. 105. Hoc opus Praxitelis captum pæne et conditionem caprarii superare videtur: quamquam Virgilius quoque Alcimedonta Ecl. iii. 37. (ubi vide Vossium p. 119.) laudavit. Praxitelem vero juniorem, ἀγαλματοποιόν, qui sub rege Demetrio vixit, Scholiastes intelligit. Conf. Junii Catalog. p. 175. sq. annexum operi præclaro de Pictura Veterum. [Non opus est, ut junior nescio quis Praxiteles intelligatur. Sensus est: 'opus tam egregium, ut Praxitelis haberi possit.' K.] — Πραξιτέλευς, quod in plurimis cdd. et in antiquis edd. extat, jam Wintert. revocavit. Male libri quidam Πραξιτέλους. H.

106. 107. ἐντὶ, quod pro ἐστὶ cum Brunckio et Gaisfordio dedimus, nititur auctoritate cdd. aliquot. Kiessl. — λύκον cum Schol. malit Koehler. [Conf. de hoc versu Voss. ad Virgil. Ecl. p. 68. K.] — λύκως et v. 109. ἀμπέλως codd. Bened. rec. et August. Harl. [Διώκειν Ald. et aliquot cdd. etiam Schell. διῶκεν Callierg. Kiessl.]

108. 109. ὑπερπαδᾶτε, et vs. 109. λωβασεῖσθε, Brunck., uti voluit Koen. ad Gregor. p. 276. (qui nec λωβησεῖσθε repudiat;) ὑπερπηδῆτε pro vulgato ὑπερπαδῆτε ex codd. Valckenarius, qui reliquas lectiones, ὑπερπαδῆτε, ὑπερπηδᾶτε, ὑπερπαδᾶτε, vitiosas esse dicit; nam Dorice πηδῆσαι scribi, non παδῆσαι, nedum παδᾶσαι. idem probat λωβάσησθε. — vs. 109. ἆβαι, h. e. ἡβῶσαι καὶ ἀκμάζουσαι, 'vites pubescentes' vetus poeta apud Ciceronem in Tusculanis [i. 28. Virgil. Georg. iii. 126. et Æn. iv. 514. "pubentes herbæ." add. ad Æn. xii. 413. K.] opponuntur 'nigrescentibus' (Plin. 17. 23.) et 'florentibus.' (Columell. iv. 28.) v. Salmas. ad Solin. tom. i. p. 368. Hesych. sub κυπρίζειν et ἥβη, Port. in Lex. Dor. sub h. v. Toup. apud Warton. qui suspicionem Reiskii ἁμαί, h. e. αἱ ἐμαί, rejicit. — ἐντὶ γὰρ αὖαι legitur apud Gregor. Cor. de Dial. p. 129 = 281. ἐντὶ παρ' ἅβᾳ conjecit Valck. in Ep. ad Röver. p. 30. adde Schol. Harl. [Præter lectionem vulgatam in Scholiis notatur triplex lectio, αὖαι, ἄζαι, αὐταί. In plurimis cdd. αὖαι, quod non differt ab ἆβαι, nam β et υ confunduntur, in aliis ἆσσαι, ἀβαί. Wyngaarden in Act. Soc. Tr. t. i. p. 189. conjicit, ἐντί γ' ἀραιαί· 'sunt quippe tenues et imbecilles.' Lenior est mutatio ἁβραί, in quam inciderunt Briggs, et ante hunc Passovius in libro, Ueb. Griech. Wört. B. p. 7. — Dahl. comparat Odyss. v. 69. Kiessl.]

110. 111. Formam ὄρημι notavit Eustathius Odyss. ξ. p. 1763. 25 = 548. 40. — οὕτως Brunck. cum aliquot codd. at Dores potius οὑτῶς. v. Gregor. de Dial. §. cxxii. Kiessl. — θὴν (pro quo cod. Toletan. dat δὴν). Portus in Lex. Dor. 'diu' vertit pro ἐπιπολύ, aut, quod melius foret, δή, Schol. — Incitatis cantu vestro messores ad opus faciendum. Ingeniosa est conjectura viri docti in Biblioth. Philol. Gotting. vol. i. p. 455. τὰς καλαμαίας, 'Videte, locustæ, quomodo ego caprarium irrito' ad carmen poeticum! 'ita vos irritate locustas.' Comatam n. Lacon docturus est, se cum illo nolle comparari. καλαμάτας s. καλαματάς malit Valck. Harl.

113. φοιτῶσαι — ῥαγίζοντι, vulgo. Obsecuti sumus cum Dahlio Brunckio. Dorismos jam Valcken. probat. In duobus cdd. τὰς κανθάρ. αἵ. Kiessl.

115. ὑπανέμιοι ποτέονται, 'sublimes volant,' codd. Vatic. Laurent. 37. Bened. recent. et Brunck.: et ποτέονται dedit

Κομ. Ἦ οὐ μέμνασ', ὅκ' ἐγών τυ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρὼς
Εὖ ποτεκιγκλίσδευ, καὶ τᾶς δρυὸς εἴχεο τήνας;
Λακ. Τοῦτο μὲν οὐ μέμναμ'· ὅκα μάν ποκα τεῖνδέ τυ δάσας
Εὐμάρας ἐκάθηρε, καλῶς μάλα τοῦτό γ' ἴσαμι.
Κομ. Ἤδη τις, Μόρσων, πικραίνεται· οὐχὶ παρῆσθευ;
Σκίλλας ἰὼν γραίας ἀπὸ σάματος αὐτίκα τίλλοις.
Λακ. Κἠγὼ μὰν κνίσδω, Μόρσων, τινά· καὶ τὺ δὲ λεύσσεις.
Ἐνθὼν τὰν κυκλάμινον ὄρυσσέ νυν ἐς τὸν Ἄλεντα.

Valck. [quem secuti sunt Brunck. Jacobs. Schaefer. At Dahl. non sine causa censet *ποτέονται* esse interpretamentum lectionis *φορέονται*. Kiessl.] quam lectionem ob auctoritatem præstantissimorum illorum codd. pæne prætulissem, nisi *φορέονται* mihi quidem visum fuisset exquisitius.— *συκᾶ* sensu allegorico et prætextato intelligit Schol. suffragante Toupio p. 409. sq. Addend. Harl.

116. 117. *οὐ μέμνασαι* codd. Aug. Schell. plurimique alii. *ὅκ'* pro *ὅτ'* scripsi cum Brunckio. — *σεσαρὼς* h. l. qui præ ira et dolore ringitur, dentes nudat. aliter vii. 19. et xx. 14. Teste Schol. ad nostrum loc. in aliis olim exemplaribus lectum fuit *στηρῶς*. add. Valcken. ad xx. 15. Kiessl. vs. 117. *ποτεκιγκλίζευ*, h. e. *προσεκιγκλίζου*, ex pluribus cdd. Schol. et edd. prim. revocarunt Reisk. et Brunck., idemque probarunt Casaubonus, Koppiers. in Observ. Philol. p. 72. et Toupius in Animadv. ad Schol. p. 214. —*ποτε κιγκλ.* divisum cod. Aug. aliique, edd. Callierg. et aliæ. *ποκα κιγκλίζευ* Heins. Winterton. Warton., quorum hic putat, etiam *πύκα* legi posse, i. e. 'valde frequenter' aut 'crebro te commovebas.' Salvinius conjecit *ποκ' ἐκιγκλίζευ*, uti habet unus Vaticanus. Conf. Foesii Œcon. Hippocr. voc. *κιγκλισμός*. Harl. [Adde Gregor. Cor. p. 275. sq. ibique Koen. et Liebel. ad Archiloch. p. 245. Scripsimus cum Valcken. Dahl. Schaefero *ποτεκιγκλίσδευ*, quæ lectio nititur auctoritate aliquot cdd. in quibus est *ποτε κιγκλίσδω*. Equidem tamen malim *ποκ' ἐκιγκλίσδευ*· nam præpositio *πρὸς* rectius hinc abest, et *ποτε* admodum commendatur tum vs. 118. tum frequentissimo usu hujus particulæ, quo particulis certum tempus significantibus adjungitur. Kiessl.

118. 119. *ὅκκα μὰν τῆδε τὺ* Reiske ex vett. editt. [de quibus Ald. cum duobus cdd. *ὅκκα μήν*, Rom. *ὅκα μάν*, Salam. Steph. aliæque *ὅκκα μάν* præbent; omnes autem cum plurimis cdd. *ποκα* omittunt. Kiessl.] restituit, consentiente cod. Aug., præterquam quod habet *ὅκα*. At *ὅκα μὰν πόκα τῆδε* edd. Commel. Winterton. (hæc quidem *τᾷδε*) Wartoniana. Ego cum Valckenario reddidi *ὅκα μὰν πόκα τᾷδε τύ*· is tamen *τεῖδε* genuinum esse suspicatur. *ὅκα μάν ποκα τεῖνδε* Brunck. ex Schol. et codd., opinor, Laur. 4. et Bened. rec. qui tantum habent *ὅκκα*. [*Τεῖνδε*, quod e quinque cod. notavit Sanct., cum Brunckio recepimus. Kiessl.] — Salse vero utitur Lacon vocabulo *ἐκάθηρε*, quasi 'purgavit te,' pro *ἔτυπτε καὶ ἐξέδειρε*. vid. Schol. *ἀντὶ τοῦ ἐμάστιξε* explicuit Gregor. Cor. de Dial. p. 127 = 275. eodem modo exponit Hesych. in *καθαρθῆναι*, ubi vide Alberti. Atque Koenius ad locum Gregorii et monet et exemplis allatis probat, simili ratione etiam alia quædam verba, corporis ornatui et munditiei curandæ propria (ut *πλύνειν*, *νίπτειν*, *σμήχειν*, *λέπειν*, 'pectere;' Plaut. Men. v. 7. 28. "pecte pugnis." vid. Bentl. ad Terent. Heaut. v. 1. 77.) in castigandi significatus venuste per *εὐφημίαν* deflecti.—Tunc scillæ ad cædendum fuerint adhibitæ, necesse est. v. not. sq. Harl.

120. 121. Sensus esse videtur: 'O Morson! jam exacerbatur non nemo (Laconem designat), nonne jam sentis? abi cito et veteres,' aridas 'scillas ex sepulcro evelle.' Scillas tamen hoc loco adhiberi, non ad hominem ab insania liberandum, sed ad cædendum, flagellandum, monuerunt Palmerius in Exercitt. p. 800. et Salmas. in Hyl. Iatr. cap. 11. p. 45. quos videbis, et comparabis Idyll. vii. 107. Reiske, *γραίας* genitivum nominis substantivi esse arbitrans, intelligit sepulcrum anus alicujus. Harl. [*Παραισθάνεσθαι* Reiske cum Palmerio explicat 'obiter et velut aliud agendo sentire, non penitus quidem percipere, sensu tamen aliquo rei cujusdam, tametsi obscuro, tangi.' Huic alter opponit verbum fortius *λεύσσεις*, pro quo Heinsius (*οὐχὶ παρῄσθευ*; explicans, *οὐχὶ παραφρονεῖς*;) reponebat *λύσσῃ*, 'rabis.' — Duo cdd. et Schol. *τίλλειν*. Kiessl.

122. 123. *μὰν* correxi ex Lips. Bened. vet. [Sic etiam cdd. Schell. aliique non-

Κομ. Ἱμέρα ἀνθ' ὕδατος ῥείτω γάλα, καὶ τὺ δέ, Κρᾶθι,
Οἴνῳ πορφύροις· τὰ δέ τοι σία καρπὸν ἐνείκαι.
Λακ. Ῥείτω χ' ἁ Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι, καὶ τὸ ποτ' ὄρθρον
Ἁ παῖς ἀνθ' ὕδατος τᾷ κάλπιδι κηρία βάψαι.
Κομ. Ταὶ μὲν ἐμαὶ κύτισόν τε καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι,
Καὶ σχῖνον πατέοντι, καὶ ἐν κομάροισι κέχυνται.
Λακ. Ταῖσι δ' ἐμαῖς ὀΐεσσι πάρεστι μὲν ἁ μελίτεια
Φέρβεσθαι, πολλὸς δὲ καὶ ὡς ῥόδα κίστος ἐπανθεῖ.

nulli apud Gaisf. Item Jacobsius. At Valck. Brunck. Dahl. Schaef. retinuerunt *μέν*. Kiessl.] — *Κυκλάμινον*, genus herbæ, 'Erdknollen' vertit Küttner (alii 'Saubrod'), æque ac scillam capiti purgando inserviisse, ex Dioscoride ii. c. 194. probatum it Koehlerus. — *Ἄλης*, *Ἄλεντος*, hodie Halente, fluvius in Italia, et quidem in Lucania. [Commemoratur etiam apud Ciceron. ad Div. vii. Ep. 20. ad Attic. xvi. 7. hic quidem 'Heles' dc. K.]—*νιν* Reiske ex priscis libris dedit. *νυν* codd. Aug. aliique, Callierg. Steph. Warton. Brunck. Valckenarius, cui *νυν*, pro *οὖν* positum, hic requiri videtur. Harl. [*Νυν* additum imperativo est 'quæso,' 'age.' Kiessl.] — *Κυκλάμινος* est Cyclamen Europæum Linn. Conf. Diosc. ii. c. 194. Explicantur hi versus a Bodæo Stapelio in Theophrast. p. 874. Schreb.

124. 125. *Ἱμέρα*, hodie Fiume de' Termini, fluvius in Sicilia; vid. Hessel. et Oberlin. ad Vibium Sequestr. p. 128. sqq. et de Halente p. 59. — *Κρᾶθις*, hodie Crati, fluvius Lucaniæ in Italia, ad Sybarin urbem, in sinum Tarentinum decurrens: v. Oberlin. ad Vibium p. 100. [*Ῥέω* cum accus. i. q. *χέω*. conf. Zeune ad Viger. p. 194. et Matthiae in Gram. Gr. §. 417. p. 574. — Iliad. xiv. 16. *ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ*. ad quem locum v. interpretes et I. H. Voss. ad Virgil. Georg. p. 855. Kiessl.] — *τοι σία* præter alios cdd. etiam Aug. et Schell. (in quo alia manus correxit *τ' οἰσία*.) edd. Callierg. Winterton. Steph. in Poet. Princ. Gr. Warton. Reiske, Valcken. et Brunck. atque defendit Portus in Diction. Dor. v. *τ' οἰσία*, laudatque Dioscorid. lib. ii. c. 116. Proverbium fuisse videtur, in quo examinando et comparando non argutandum est. *τ' οἰσία*, 'salices,' cdd. Vatic. et Ottob. edd. min. Steph. Commelin. unde Koehler. hanc refinxit lectionem, *τὰ δέ τ' οἰσύα καρπὸν ἐνεῖκαι*, 'ipsa salix natura sua sterilis fructum ferat.' Reiskii conjectura, *τὰ δ' ἐτώσια*, vel *τὰ δὲ τηύσια*, 'ferant fructum vel ipsa adeo sterilia, quæ antea spem messoris vel satoris ludebant,' a sensu poetico longe abest, nec reliquis, quæ ornata dedit poeta, respondet. Compara Virgil. Ecl. iii. 89. (ibique Voss. p. 144.) Harl. Sium est planta quædam aquatica, fructum speciosum non ferens, sed tantum semina parva. Schreber. Vossius vertit 'Sumpfkraut.' Kiessl.

126. 127. *πότορθρον* Reiske et Brunck. In Aldina *ποτὄρθρον*. Reliqui libri *ποτ' ὄρθρον*, quod cum Valcken. retinui. Harl. — Vs. 127. Lectionem *τᾷ κάλπιδι*, firmatam optimis cdd. Vatic. Flor. cod. Tolet. et Schol. cum Reiskio, Brunckio, Valcken. et recentioribus pro vulgata *τὰν κάλπιδα*, quæ est in cdd. Aug. et Schell., reposuimus. Verbum *βάπτειν* proprie significat 'immergere;' tum 'immergere' et 'haurire.' Scaliger recte interpretatur *ἀρύσασθαι*. Euripid. Hippolyt. 121. sqq. *πέτρα λέγεται βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν προϊεῖσα κρημνῶν*. Eurip. Hec. 605. *βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλός*. K.

128. 129. *κύτισον* Warton. Reiske, Brunck. Valcken. *κύτιλον* male dant cdd. Aug. Schell. et edd. priscæ. Conf. Idyll. x. 30. Virgil. Ecl. ii. 64. ibique Heyne. Harl. [Adde Voss. ad Ecl. i. 78. p. 43. et ad Georg. ii. 431. p. 418. Scholiast. Nicandr. Ther. 617. ex edit. Schneid. *Ἀντίλοχος ἐν τῷ περὶ κυτίσου φυτόν φησιν ὠφέλιμον εἶναι τοῖς θρέμμασιν, ὅτι πλῆθος γάλακτος ποιεῖ*. Liebel. in Archilochi Reliq. p. 230. sequitur vulgatam lectionem: *Ἀρχίλοχος τὸν κύτισον*. Kiessl.] *Κύτισος* non est trifolium quoddam, sed Medicago arborea Linn. Vid. Bradley Survey of Ancient Husbandry p. 285. Swizeri Diss. on the Cytisus of the Ancients, Lond. 1731. *Αἴγιλος* planta nobis ignota. *Σχῖνος*, Lentiscus, Pistaciæ species apud Linn. der Mastixbaum. *Κόμαρος*, Arbutus Unedo Linn. der Erdbeerbaum. Schreber. [Adde de arbuto Voss. ad Virgil. Ecl. p. 139. — *κέχυνται* pro vulgato *κέονται* restituimus e cdd. cum Valcken. aliisque editoribus. Kiessl.]

130. 131. *μελίτ*. vid. iv. 25. — *φέρβεσ-*

Κομ. Οὐκ ἔραμ' Ἀλκίππας, ὅτι με πρὰν οὐκ ἐφίλασεν,
Τῶν ὤτων καθελοῖσ', ὅκα οἱ τὰν φάσσαν ἔδωκα.
Λακ. Ἀλλ' ἐγὼ Εὐμήδευς ἔραμαι μέγα· καὶ γὰρ ὄκ' αὐτῷ
Τὰν σύριγγ' ὤρεξα, καλόν τί με κάρτ' ἐφίλασεν.
Κομ. Οὐ θεμιτόν, Λάκων, ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδεν,
Οὐδ' ἔποπας κύκνοισι· τὺ δ', ὦ τάλαν, ἐσσὶ φιλεχθής.
Μορ. Παύσασθαι κέλομαι τὸν ποιμένα. τὶν δέ, Κομάτα,
Δωρεῖται Μόρσων τὰν ἀμνίδα· καὶ τὺ δὲ θύσας
Ταῖς Νύμφαις, Μόρσωνι καλὸν κρέας αὐτίκα πέμψον.
Κομ. Πεμψῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα. φριμάσσεο πᾶσα τραγίσκων

θαι, 'quo pascantur.' v. Callim. H. in Cerer. v. 137. sqq. — ῥοδόκισσος Reiske dedit ex ed. Aldina, probante Toupio in Addendis, eumque secuti sunt Brunck. et Valck. vulgo ῥόδα κισσός, quod mavult Warton., citans Macrob. Sat. vii. 7. Præterea Valcken. mavult cum Toupio ὁ ῥοδόκισσος. — Salmasius ad Solinum p. 1345 = 259. D. commendat ῥοδάκισθος; [κισθὸς est in tribus cdd. et in scholiis ῥοδάκισσος. in cd. Schellersh. ῥοδακισθὸς. K.] sed vide Josephi Scaligeri plures epistolas, ubi de κισσὸς et κίσθος, horum forma et commutatione agit p. 253. sqq. in ejus Opusculis, Francof. 1612. Harl. Scribendum, monente Bodaeo a Stapel in Theophrast. p. 552. πολλὸς δὲ καὶ ὡς ῥόδα κίστος ἐπανθεῖ, 'copiosusque, sicut rosæ, cistus effloret.' Intelligitur Cistus albidus Linn. Sp. Pl. p. 737. quem per Siciliam, Italiam, cet. in sterilibus et saxosis collibus copiose nascentem invenit Raius; vid. ejus Hist. Plant. tom. ii. p. 1007. Cum rosis non propter spinas comparatur, sicut Scholiastas contendit, quas nullas habet; sed quia flos et magnitudine et forma et colore rosam refert. Κισσὸς et κίστος sæpe confunduntur. Schreber. 'Ῥοδόκισσον botanice ignorat, neque κισσὸς floret ὡς ῥόδα; et quid hi, qui probant ῥοδόκισσος, facient particula ὡς? Quare mihi, lecta Schreberi nota et excussa lectionis varietate, unice vera est visa lectio Bodæi a Stapel, quam in textum recepimus. — De locutione πολλὸς ἐπανθεῖ vid. Toup. ad Demosthen. Taylori, vol. ii. p. 697. Kiessl.

133. Comprensis auribus osculari, fuit genus quoddam osculandi apud veteres, quod χύτρον appellabant; v. Meurs. de Ludis Græcis p. 41. Westerhov. ad Terent. Heaut. ii. 4. 27. Warton. [qui laudat Canteri Nov. Lect. vi. 25. et post Reiskium Dialogismum ix. Lilii Gyraldi, (t. ii. Lampadis Gruteranæ p. 410. — Op. Gyraldi, tom. ii. L. B. 1696. fol. p. 880.) sic inscriptum: "De eo osculi genere, quod a nostris parentibus Florentinum appellatur, unde originem, et cur, ubi Tibulli, Plauti et Theocriti versus explicantur, deque verbo antestari." Ceterum Warton. nonnulla hic verba ut Gyraldi recitat, quæ sunt Reiskii. Kiessl.] Wartoni vero conjectura καθελόντ' intempestiva mihi esse videtur. — φάσσαν. v. ad vs. 96. Harl.

136. 137. κίσσας, 'Elstern.' — ἔποπας, 'Wiedehopfe.' Virgil. Ecl. viii. 55. "Certent et cycnis ululæ." Harl. [Add. Huschk. Anal. Crit. p. 75. sq. De cantu cygnorum Vossii Epist. Myth. ii. 12. 13. Adjectivum φιλεχθὴς, quod in Schneideri Lexico omissum est, non significat 'odiosum,' sed 'contentiosum,' 'litigiosum,' qui dicitur Pindaro Olymp. vi. 32. φιλόνεικος. Kiessl.

139. καὶ τύ γα mavult Valcken. quod non probo. vulgatam interpretare, 'tu vero.' — ἀμνάδα pauci cdd. vid. ad vs. 3. — vs. 140. decem cdd. Μοίσαις, ex interpretamento, opinor. vid. ad i. 12. Kiessl.

141. φριμάσσεο, 'fremito,' 'lascivito,' et præ gaudio te effer! v. Schol. et Boden. ad Longum p. 126. habet significatum superbiendi et insolescendi: metaphora ducta ab equis ferocientibus. vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. tom. i. p. 318. 29. et Koen. ad Gregor. §. 94. p. 126 = 274. ubi hic versus laudatur — 142. κἠγὼν pro κἠγὼ cum Valck. e cdd. Harl. In pluribus cdd. etiam in Schell. pro γὰρ est μέν. Duo cdd. καγχαξῶ, duo alii καγχάζω. Kiessl.

144. τὸν ἀμνὸν cdd. Aug. plurimique alii, edd. priscæ, Reisk., Brunck., Dahl. Jacobs. τόν γ' ἀμνὸν Winterton. τὰν ἀμνὸν edd. Commel. quæque hanc sequutæ sunt,

Νῦν ἀγέλα· κὴγὼν γὰρ ἴδ' ὡς μέγα τοῦτο καχαξῶ
Κὰτ τῶ Λάκωνος τῶ ποιμένος, ὅττι ποκ' ἤδη
Ἀνυσάμαν τὰν ἀμνόν· ἐς ὠρανὸν ὔμμιν ἀλεῦμαι.
Αἶγες ἐμαὶ θαρσεῖτε κερουχίδες· αὔριον ὔμμε
Πάσας ἐγὼ λουσῶ Συβαρίτιδος ἔνδοθι κράνας.
Οὗτος ὁ λευκίτας ὁ κορυπτίλος, αἴ τιν' ὀχευσεῖς
Τᾶν αἰγῶν, φλασῶ τυ, πρὶν ἤ γ' ἐμὲ καλλιερῆσαι
Ταῖς Νύμφαις τὰν ἀμνόν. ὁ δ' αὖ πάλιν· ἀλλὰ γενοίμαν,
Αἰ μή τυ φλάσαιμι, Μελάνθιος ἀντὶ Κομάτα.

etiam Valcken. et Schaef. [quos sequimur. vs. 24. non obstat. Kiessl.] — ἀνυσάμαν, 'mihi confeci,' peperi, h. e. lucratus sum, accepi tanquam præmium laboris mei. v. Heinsius cap. 23. ad Idyll. xviii. 17. et Casaub. cap. 7. ad nostrum locum in Lection. Theocrit. Sic etiam Aristophan. in Plut. v. 196. ubi vide interpretes. add. Toupium ad xviii. 17. Idem vir doctus metri causa τὸν ἀμνόν· εἰς ὠρανὸν, correpta syllaba priore vocabuli ἀμνὸν, scribi jussit, ut in ed. Flor., quem sequuntur Brunck. et Dahl. Harl. ὠρανὸν nos quoque ex Mss. et Grammaticis cum Casaubono restituimus. οὐρανὸν cdd. Aug. Schell. alii, nec non edd. priscæ, Warton. Valcken. Jacobs. Schaeferus. Kiessl.

145. Ex tribus lectionibus in Scholiis, κερουχίδες, κερουλίδες et κερουλκίδες, altera κερουλίδες, quam eandem nonnulli codd. Sanctam. habent, Valckenario videtur anteponenda. Harl.

146. Compara Virgil. Ecl. iii. 97. (Voss. p. 148. add. eundem ad Georgica Virgil. p. 600. sq.) et Stephani Obss. in Virgil. Imit. p. 70. ed. min. Harl. Homer. Iliad. v. 6. λελουμένος Ὠκεανοῖο. ad quem loc. conf. Koeppen. Kiessl.

147. κορυπτίλος (stössiger, a κορύπτω) cdd. Aug. Schell. et Call. a quo in reliquas venit editiones: κυρίττιλος ex Hesychio emendabat Valcken. in Ep. ad Röver. p. 42. sicque scripsit Brunckius. κορυττίλος ex Ald. edit. revocavit Reiske, idque Valcken., quum ad Idyll. iii. 5. probasset, in altera edit. in textu dedit, repugnante Brunckio. Harl. Etiam in cd. Schell. est κορυπτίλος, quod retinui. mox cum Brunckio scripsi αἰ pro εἰ. Kiessl.

148. αἰγῶν pro αἰγᾶν recte cdd. Lips. et Schell. vid. ad i. 22. add. Schaef. ad Eurip. Hecub. p. 82. ed. Pors. — φλᾷν pro θλᾷν ab Atticis quoque poetis receptum esse monuit Valcken. ad Adoniaz. p. 371. A. add. Maittair. p. 10. Cum Hermanno tuitus sum γ' ἐμέ pro γέ με, ne versus mala cæsura laboraret. ἤ ἐμὲ in plurimus cdd. etiam Aug. et Schell. Callierg. Steph. etc. placuitque Reiskio. Kiessl.

149. Νύμφαισι τὸν edd. Brubach. Commel. Winterton. Warton. Brunck.; at Νύμφαις plurimi cdd. etiam Aug. edd. Call. Steph. Reiske, qui defendit, et Valcken. Μοίσαις item aliquot cdd. Ald. ut vs. 140. τὰν ἀμνόν cdd. Flor. duo. Harl.

150. 'Ego fiam Melanthius,' h. e. adeo percuti me patiar, uti accidit Melanthio in Ulyssis aula, apud Homer. Odyss. xxii. 474. Harl.

Qui fit, ut, quum uterque certantium, Comatas et Lacon, non minus ingenii et poeticæ facultatis laude, quam moribus, arrogantia et superbia, rusticitate, rixandi conviciandique asperitate, flagitiosa libidine, impudentia et sermonis obscenitate, sibi prorsus sint pares, tamen a Morsone arbitro Comatæ victoria adjudicetur? — Attentus lector jam inde ab arcessitu accessuque Morsonis (v. 70. sqq.) favet Comatæ præ Lacone, sentitque Comatæ a poeta callido consilio victoriam præparari. Morson enim non potest non Laconis vanitatem, arrogantiam, impotentem iracundiam et mordacitatem, qua utitur jam ante certamen, contemnere præ Comatæ, quamvis garrula, veracitate et moderatione. In ipso autem cantu (inde a vs. 80.), quum ante Morsonis accessum pares essent, nunc tamen Comatas est moderatior, cautior, prudentior, Lacon jactantior, stultior animique impotentior. — Hæc est summa eorum, quæ de hoc carmine uberius disputat Chr. Gottl. Wernsdorfius in libello sic inscripto: Cantores Theocriti Idyllium viii. Latino versu expressum. Accedit Spicilegium Observationum, inprimis de Carmine Amœbæo. Helmstadii, CIƆIƆCCCII. 8.) p. 22—24. Kiessl.

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ϛʹ.

ARGUMENTUM.

Damœtas et Daphnis, gregibus ad fontem compulsis, carmine Amœbæo tempus fallunt. Habet hoc carmen speciem dramatis. Pueri enim Polyphemum sibi fingunt, in rupe, unde prospectus in mare patet, sedentem, et ab altera parte Galateam, a Cyclope amatam, haud procul ab litore in undis ludentem. Daphnis spectatoris agit partes, et Polyphemo, quid illa moliatur, ut oculos ejus in se convertat, graphice enarrat (—19.). Tum Damœtas, Polyphemum agens, ut lascivam puellam pungat, artes suas prædicat, idque se agere profitetur, ut illam, simulato frigore, ad molliora verba cogat descendere. Carmine finito pueri se mutuo donis donant pastoralibus. Elegans sane Idyllium, quod inprimis a Cyclopis persona et ingenio feliciter adumbrato commendatur. Idem argumentum a nostro poeta tractatur in Idyllio xi. quod utique aptius ante hoc sextum legeretur. Ceterum de hoc argumento conf. Moschi Idyll. iii. 59. sqq. Bion. Fragm. xii. Scholia ad Theocriti Idyll. xi. init. Aristophan. Plut. 290. ibique Scholia.

ΔΑΜΟΙΤΑΣ ΚΑΙ ΔΑΦΝΙΣ.

Δαμοίτας καὶ Δάφνις ὁ βωκόλος εἰς ἕνα χῶρον
Τὰν ἀγέλαν ποκ', Ἄρατε, συνάγαγον· ἦς δ' ὁ μὲν αὐτῶν
Πυῤῥός, ὁ δ' ἡμιγένειος· ἐπὶ κράναν δέ τιν' ἄμφω

Brunckius in Analectis huic Idyllio locum v. adsignavit. Compara Idyll. xi. et Virgil. Ecl. vii. 2. (ibique Voss. p. 352.) Summa vero suavitas, pulcritudo naturalis, et vividus, quem carmen bucolicum admittere potest, color ornant hoc Idyllium, et pictura est vere poetica. H.

1. Eustathius Iliad. γ. p. 395. 18 = 299. Ὁ δὲ Θυμοίτης πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ι ἐκ τοῦ θυμός, ὡς ἐκ τοῦ δᾶμος ἤτοι δῆμος ὁ Δαμοίτης παρὰ Θεοκρίτῳ, καὶ ἐκ τοῦ μένος ὁ Μενοίτιος. — Koehlerum sine idonea causa scribere maluisse *οἱ βωκόλοι*, docet vel versus 44. Nonnulli cdd. *χὠ Δάφνις*. Kiessl.

2. Aratus, Theocriti æqualis et familiaris, videtur esse celeberrimus scriptor *τῶν Φαινομένων*, qui item commemoratur Idyll. vii. 98. 102. 122. Kiessl.

3. *πυῤῥός*, qui Euripidi Phœniss. 1167. (1176.) *γένυν οἰνωπὸς* dicitur (conf. Valcken. ad Adoniaz. p. 408. C. sq.), est prima lanugine ‘ flavescens,’ et *ἡμιγένειος*

Ἑσδόμενοι θέρεος μέσῳ ἄματι τοιάδ' ἄειδον.
Πρᾶτος δ' ἄρξατο Δάφνις, ἐπεὶ καὶ πρᾶτος ἔρισδεν.
Δαφ. Βάλλει τοι, Πολύφαμε, τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια
Μάλοισιν, δυσέρωτα τὸν αἰπόλον ἄνδρα καλεῦσα·
Καὶ τύ νιν οὐ ποθόρησθα, τάλαν, τάλαν, ἀλλὰ κάθησαι
Ἁδέα συρίσδων. πάλιν ἅδ', ἴδε, τὰν κύνα βάλλει,
Ἅ τοι τᾶν ὀΐων ἕπεται σκοπός· ἁ δὲ βαΰσδει
Εἰς ἅλα δερκομένα· τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει
Ἅσυχα καχλάσδοντα ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν.

(vox proba, neque, quod Schneider. in Lex. Gr. affirmat, dubiæ auctoritatis), interprete Scholiasta, ὁ οὔπω πᾶσαν γένυν πεπληρωμένην ἔχων γενείων. Junior igitur est ὁ πυῤῥός quam ὁ ἡμιγένειος. Adde Wakefield. in Sylv. Crit. P. ii. p. 144. sq. citatum a Dahlio in Addendis p. 478. et Graefium in Epistol. p. 23. sq. Kiessl.

4. μέσω, genitivus, sine iota subscripto, est in ed. Rom. et cd. Aug. idque cum Reiskio dederat Harlesius: μέσῳ, dativus, est in Ald. Steph. aliisque, quem cum Wartono, Valck. et recentioribus reposuimus. Θέρεος autem non pendet ab ἄματι, sed est per se solum capiendum, ut genitivus temporis item legitur Idyll. viii. 78. τῶ θέρεος. Sensus: 'æstivo tempore et quidem medio die.' Kiessl.

5. 6. πρᾶτος pro πρῶτος ex cdd. et edit. Wintert. bis dederunt Brunck. et Valcken., quos secutus sum; in fine tamen versus est in reliquis libris πρῶτος. [In cd. Schell. utroque loco πρῶτος.] ἔρισδεν pro ἤριζεν codd. Aug. [Schell.] edd. Commel. Wintert. Valcken., correxitque in notis Brunck. qui in textu dederat ἐρίσδεν pro ἐρίζειν cum edd. priscis et Reiskio, quem videbis. Harl. [Si præfertur infinitivus, supplendum est ἦν, quod quum non sit inusitatum, v. Schaef. Melet. Crit. p. 44., hic tantum duriusculum est. Imperfectum ἔρισδεν ex usu loquendi communi est pro aoristo. Πρῶτος pro πρότερος. De ordine autem, quo concertantes canere solebant, vid. I. H. Voss. ad Virgil. Ecl. p. 127. Ad vs. 6. conf. Idyll. v. 88. Kiessl.

7. δύσερως universe est, qui amare nescit. Schol. ad h. l. ὁ μὴ εἰδὼς ἐρᾷν. Sic autem dici potest tum is, qui in amorem et libidinem nimium effusus est nec modum sui habet (atque sic h. l. intelligit Graefe, qui p. 24., "etsi ille," inquit, "ferebat amorem, aut æquo animo ferre simulabat, tamen ob id ipsum, quod ausus erat, Galateam amare, amoris et cupiditatis impotentiam ostenderat."); tum is, qui unam quandam puellam perdite amat, a qua non redamatur; tum qui amore provocatus amori non respondet. Atque sic equidem intelligere malim; quo sensu quamvis hanc vocem Theocritus alibi non adhibeat, tamen non probanda esse videtur suspicio Jacobsii proposita in Animadvers. in Theocr. p. 14. λαθεῦσα pro καλεῦσα scribentis. Piersono placuit γελεῦσα. — μάλοισι cod. Aug. Brunck. Kiessl.

8. ποθόρησθα revocarunt ex edd. primis et cod. Ms. Ottob. Reiske et Valcken. a ποθόρημι, Dor. pro προσοράω, ut vs. 22. et 25. ποθορῆσθα cdd. Aug. Schell. et Brunck. ποθ' ὁρῆσθα aliæ edd. apud Reiskium, item optimus cd. Paris., in quo etiam καθῆσαι. Harl.

9. πάλιν, ἀνίδε, τὰν κύνα conjecit Reiske. Vulgata sana est. vid. Vossius in N. Magazin für Schullehrer i. 1. p. 159. sqq. et Schaeferi Melet. Crit. p. 77. — A. Matthiae in Obss. Crit. in Tragicos etc. p. 43. suspicatur, verba ἁδέα et ἅσυχα sic esse transponenda, ut versu 9. scribatur ἅσυχα συρίσδων, 'quiete, non turbatus lusibus Galateæ, fistula canens;' et versu 12. ἁδέα καχλ. At Beckius in Comment. de Interpretatione Veterum Scriptor. p. 88. verissime monuit: "Non raro propositæ sunt a Criticis vocabulorum transpositiones, quæ, utcunque speciosæ, tamen ita comparatæ sunt, ut certe sine codicibus eas præferre lectioni vulgatæ dubitandum sit." τυρίσδων ex uno cod. dedimus pro συρίσδων. Kiessl.

10. ἃ τὶν Brunck. — βαΰζειν proprie de catellis; v. Schol. hoc verbum ex hoc versu citat Eustathius ad Odyss. π. p. 1749. 40 = 529. 7. Harl.

11. 12. φαίνει, quod in omnibus libris est, non sperno: nam causam, cur canis latret, curque versu 13. Daphnis caveat puellæ, venuste morateque indicat, idemque Toupius retinet corrigens quidem

Φράσδεο, μὴ τᾶς παιδὸς ἐπὶ κνάμαισιν ὀρούσῃ
Ἐξ ἁλὸς ἐρχομένας, κατὰ δὲ χρόα καλὸν ἀμύξῃ.
Ἁ δὲ καὶ αὐτόθε τοι διαθρύπτεται, ὡς ἀπ' ἀκάνθας
Ταὶ καπυραὶ χαῖται, τὸ καλὸν θέρος ἁνίκα φρύττει·

cum Hemsterhusio τᾷ pro τὰ δέ, ut canis latrans in mare prospectare dicatur, qua parte Galateam fluctus ostendunt. Enimvero hoc frigidum esse videtur, quoniam res aliter cogitari non potest. Reiskii conjecturam, ῥαίνει, 'adspergunt,' 'madefaciunt illam undæ,' vim poeticam minuit potius quam adjuvat. Elegantior contra et ingeniosa est Hemsterhusii correctio τᾷ — σαίνει (quam Brunck. ita adscivit, ut retineret τὰ δέ): 'dum canis adlatraret Galateam, fluctus marini in littore currentem adludebant.' Uberiorem hujus correctionis probationem vide apud Valckenarium, in altera editione σαίνει probantem. Idem Hemsterhusius in versu sequenti correxit καχλάζοντος (quod inventum in edit. Flor. probatumque Toupio Valckenarius in altera edit. recepit), ut αἰγιαλοῖο adjunctum habeat verbum, quod ad fluctus ab illisione sonantes proprie pertineat, sed more poetico. Atque non multum abfuit, quin hanc elegantem lectionem cum Valcken. et Brunckio, qui καχλάσδοντος dedit, rescriberem. Καχλάζειν autem est secundum scholiasten ψοφεῖν τὸ κῦμα φερόμενον ἐπὶ τοὺς κάχληκας, 'ad calculos littorales.' vid. Toup. apud Warton. ad Idyll. xxii. 38. Valcken. ad Euripid. Hippolyt. 1210. p. 293. sq. Harl. Nihil hoc loco invitis codd. est mutandum, et ne καχλάζοντος quidem ex edit. Flor. recipiendum; etenim verba demum ἅσυχα καχλάσδοντα imaginem maris tranquilli lenique murmure ad littus alluentis, ambitu suo finitam exhibent, ex iisque clare perspicitur, qui factum sit, ut canis suam in mari tanquam in speculo imaginem videret; modo ne interpreteris 'leniter effervescentia,' quæ notiones nunquam consociantur. Etiam epigramma Pauli Silentiarii xxvi. huc quam optime quadrat: σὺν γὰρ ἐμοὶ καὶ πόντος ἐπήρατον εἰκόνα φαίνει, καὶ ποταμῶν δῖναι, καὶ δέπας οἰνοχόου. Atque licet probata lectione καχλάζοντος omnis loci sententia non mutetur, tamen phantasia a fluctibus maris magis, quam hic oportet, ad imaginem litoris traducitur. Canis autem in litore discurrere dicitur non tanquam ὀΐων σκοπός, quibus verbis totum ejus officium significatur, sed quia e mari malis petita est. Canis petita igitur in eum locum prospectat, unde est petita; mare non intrat; latrat, tum quod est petita, tum quod suam in mari conspectam imaginem alteram esse canem hostem opinatur. Sic solent canes. Denique dici non potest, canem sic discurrentem nihil ad Galateam pertinere. Nam ad hanc sic pertinet, quia metus est, ne bestia lacessita Galateæ egredienti suras velliçet. — Wartonus conjecit: ἅσυχα καχάζοισαν s. καγχάζοισαν, 'puellam molliter, lascive ridentem;' vel παφλάζοντα, scil. κύματα, 'fluctus placide ferventes.' Inepte. cf. Schneider in Biblioth. Philol. tom. i. p. 126. — Drexlius sic: "ἥσυχα καχλάζοντος ἐπ' αἰγιαλοῖο θεοῖσᾳ. Canis latrat in mare prospiciens" (quod inde pomis peti se videbat); "nunc vero pulcri fluctus ipsam ostendunt" cani procurrenti "in litore placide resonante." — H. Vossius verba sic struit: τὰ δὲ καλὰ κύματα, ἐπ' αἰγιαλοῖο ἅσυχα καχλάζοντα, φαίνει νιν θέοισαν· quæ sic intelligit: 'pulcri fluctus maris leniter effervescentis (agitationibus sc. et discursibus Galateæ sub aqua latentis) ostendunt vel produnt lascivam puellam, quæ emersa subinde, ut Polyphemi oves et canem, tanquam ipso sibi cariores Polyphemo, malis petat; tum subito in undarum tegmina (?) refugit. — Illic sub aqua ludibundam adspiciens canis e littore allatrat; unde pastor metuit, ne puellæ crura, quum e mari progressa fuerit, dilaniet.' — Plurimi cdd. etiam Schellersh. ἐπ' αἰγιαλοῖσι, quod recipiendum videtur: unus παφλάζοντα. Kiessl.

13. φράσδεο pro φράζεο (unus cd. vero proxime φράδεο) Reiske et Brunck., probante Valckenario. Apta vero et poetica est illusio. Harl.

15. 16. αὐτόθε, 'sua sponte,' cdd. Aug. Schell. Brunck. Valcken. qui plures libros laudat; vulgo αὐτόθι. — διαθρύπτεται, 'delicias faciendo tecum contendit,' te ludit, modo huc, modo illuc vagans et in conspectum veniens, uti comæ acanthæ saliendo quasi ludunt et elabuntur; nam διὰ compositis sæpe vim indit certandi. vide Valcken. et supra v. 22. θρύπτομαι vero denotat et 'superbio' et 'mollitie frangor' apud Xenoph. Sympos. viii. 4. et 8. conf. D'Arnaud in Lection. Gr. p. 33. Hic inconstantiam atque incompositos et tremulos quasi motus tam papporum, quam nymphæ pulcre indicat. [Reiske dicit, διαθρύπτεσθαι proprie significare 'sese mollem,' 'facilem,' 'obsequiosum præbere;'

Καὶ φεύγει φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκει·
Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον· ἦ γὰρ ἔρωτι
Πολλάκις, ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.
Τῷ δ' ἔπι Δαμοίτας ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.
Δαμ. Εἶδον, ναὶ τὸν Πᾶνα, τὸ ποίμνιον ἀνίκ' ἔβαλλεν,
Κοὔ μ' ἔλαθ', οὔ, τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκύν, ᾧ ποθόρημι

h. l. 'delicias facere,' h. e. simulare contemtum, aversationem, odium ejus quem tu ames. Id huic loco non convenit. Recte de Finkenstein: 'buhlerisch spielt da die liebezerschmelzende.' Jacobsius autem in animadvers. in carm. Theocr. p. 16. summo jure negat, a Theocrito usquam verbum διαθρύπτεσθαι hac significatione, qua διὰ vim certandi adjiciat, adhibitum esse: quæ vis et ab hoc loco et ab Idyll. iii. 36. et xv. 99. aliena est. Add. Wunderlich. Obss. Crit. p. 167. Kiessl.] — χαῖται ἀπ' ἀκάνθας similis periphrasis est illi, quam supra legimus i. 147. [conf. Ilgen. ad Scolia p. 108.] et χαῖται, 'comæ,' dcc. flores, folia, etc. v. ad Anacr. xxii. 3. in Anthol. Gr. Poet. — καπυραί, a sole ob ardorem adustæ (v. ad ii. 85.), ideo flaccidæ, languidæ, quæ per aerem facile feruntur. Mollities igitur Galateæ, indeque facile oriundus lusus, lascivies, fastusque et aversatio comparantur cum pappis acanthæ (nobis 'Distel,') qui solis ardore languescunt, facile decidunt et elabuntur, vi venti agitati, valdeque mobiles sunt. Conf. Reisk., qui aliam ingressus est viam ad locum explicandum, et Graevium ad Hesiodi O. et D. vs. 582. p. 66. Ed. Cler. [χαῖται καπυραὶ ἀπ' ἀκάνθας, pappus aridus e carduorum capitulis, semine maturo, evolitans. Schreber.] — φρύττει, 'ardet,' 'torret,' omnes editi libri; at φρύγει cdd. Aug. Schell. et alii. φρύγῃ dedit Brunck. quod firmare videtur Id. vii. 66. plures cdd. φρυγῆ, alii φρυγεῖ, φρύξει, φαίνει. Harl. [Comparatio, quæ continetur verbis ὡς ἀπ' ἀκάνθας — φρύττει referenda est ad hunc omnem locum, tam ad præcedentia, quam ad sequentia. Fons comparationis est locus Odyss. ε. 327. indicatus ab Jacobsio. Adde Voss. ad Virgil. Georg. p. 166. item locum Nicandr. Alexiph. 126. sqq. citatum a Jacobsio p. 15. — De mulierum levitate et inconstantia Terent. Eun. iv. 7. 43. "nolunt, ubi velis; ubi nolis, cupiunt ultro." Valck. ad Adon. p. 301. B. De indicativo φρύττει vid. Hermann. ad Viger. p. 928. K.]

18. γραμμὴ h. l. est idem quod alias τὸ σκάμμα, linea ducta in stadio seu campo ludis gymnicis consecrato, ad quam usque procurritur. quo de vocab. v. Leopard. Emend. i. 22. In illa linea ponebatur saxum pro meta. et quia saxum hoc erat terminus cursus, pro omni deinde rei cujusque termino usurpabatur, ultra quem evehi nefas sit. 'Movere' itaque 'saxum a scrobe' est, terminos rerum mutare atque transferre et omnia commiscere. Sententia loci igitur hæc est: Galatea sacros et sanctos amoris terminos movet et conturbat. Lex nempe amandi hæc est fixa immobilis, ut amentur amore digna, et a quibus tu redameris. Illa vero hanc legem migrat, amat te, qui turpis es, et fugit te, amantem sui, et rursus fastidita te persequitur. Hoc vero est in amando susque deque omnia habere, et nulla ratione duci. Reisk. Πεττείαν calculorum lusum intelligit Meursius de Ludis Græcor. p. 50. sq. etiam Thom. Hydius in Histor. Shahilud. tom. i. Syntagm. Dissert. i. p. 44. seq. edit. Oxon. 1767. item interpretes vernaculi Finckenstein et Bindemann. — De proverbio μὴ κίνει γραμμήν conf. Pindar. Schol. ad Pyth. ix. 208. — add. viros doctos ad L. Bos. Ellips. p. 91. ed. Schaef. — Eustathius Iliad. ζ. p. 633. pen. = 490. 45. Θεόκριτος δὲ ἐν τῷ καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον, ἰδίως τῇ ἐλλείψει χρῆται, παραπέμψας φασίν, ἤγουν σιωπήσας, τὴν ἱεράν. Conf. ad Odyss. α. p. 1397. 32 = 28. 44. K. — Vers. 19. pluribus locis similibus illustrat Erasmus in Adag. Chil. i. Cent. ii. Adag. xv. p. 31. Harl.

20. ἀναβάλλεσθαι de præludiis in cantando eleganter adhiberi, docet Valcken. vid. infra viii. 71. x. 22. Hom. Odyss. i. 155. ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. ibique Clarke. Pindar. Pyth. i. 7. vocat 'præludia' ἀμβολάς. vid. ibi notam in edit. Oxon. p. 166. — καλὸν ἀείδεν codd. plures, edd. princ. Valcken. et Brunck., quod verum est. — Lectio καὶ τάδ' ἄειδεν a Calliergo profecta, in reliquas edd. venit, etiam a Reiskio servata est; extat item in cod. Aug. Wartonus conjecit καλὰ δ' ἄειδεν. Harl.

22. ποθορῷμι conjecit Heinsius probante Valckenario, et Brunck. in textum recepit.

Ἐς τέλος· αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἔχθρ' ἀγορεύων,
Ἐχθρὰ φέροιτο ποτ' οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάξῃ.
Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγὼ κνίσδων πάλιν οὐ ποθόρημι,
Ἀλλ' ἄλλαν τινά φαμι γυναῖκ' ἔχεν· ἁ δ' ἀΐοισα
Ζαλοῖ μ', ὦ Παιάν, καὶ τάκεται· ἐκ δὲ θαλάσσας
Οἰστρεῖ παπταίνοισα ποτ' ἄντρα τε καὶ ποτὶ ποίμνας.
Σῖγα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τᾷ κυνί. καὶ γάρ, ὅκ' ἤρων
Αὐτᾶς, ἐκνυζῆτο ποτ' ἰσχία ῥύγχος ἔχοισα.

Supplendum tunc est, *εἴθε*, 'utinam videam.' *ποθ' ὁρῶμαι* cdd. Aug. et unus Par., *ποθορῶμαι* alii multi. [in his etiam Schell.] Harl. [Idem Schell. vs. 21. *ἔβαλλεν*, et vs. 22. *οὐ τόν*, ut in tali nexu semper scripsi. — Indicativus *ποθόρημι*, ut accommodatior philosophiæ Cyclopum, unice tenendus videtur Schaefero ad L. Bos. Ellips. p. 759. et p. 368. De indicativo concedo; at præpositio *πρός* adeo me offendit, ut hunc versum ex vs. 25. corruptum esse censeam. Kiessl.]

23. 24. Telemus Eurymi filius, vates (Homer. Odyss. ix. 509. sq. *ἔσκε τις ἐνθάδε μάντις ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε, Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο.*) Polyphemo, cujus personam in hoc Idyllio sustinet Damœtas, prædixerat, Ulyssem ipsi oculum unicum ablaturum esse; vid. Schol. et Ovid. Met. xiii. 771. sqq. ejusdemque ibid. 271. sq. — *φέροιτο ποτ' οἶκον*, 'sibi domum ferat.' hanc unice veram lectionem è codd. cum Valcken. et Brunckio recepi pro vulgato, quod etiam est in cd. Aug. *φέροι ποτί*. Harl. [Similes imprecationes leguntur in Odyss. β. 178. et Virg. Æn. xi. 399. Add. Voss. ad Virgil. Georg. p. 600. In aliis cdd. est *φυλάσσῃ* (hoc forsitan verum), *φυλάσσοι*, *φυλάσσει*, *φυλαξῇ*. Kiessl.]

26. *ἀλλ' ἄλλαν* Brunckio durum et teretibus auribus ingratum videtur, qui ex lectione cd. Benedict. Flor. *γυνᾶν* colligit, Theocritum scripsisse *γάναν*, sic quidem: *ἀλλά τιν' ἄλλαν φαμὶ γάναν ἔχεν*. De vocabulo Siculis proprio *γάνα* conf. Gregor. Cor. §. cliii. p. 345. collatis quæ habet Sturz. ad Maittaire de Dial. p. 269. sq. — Brunckii quidem aures hic justo teretiores fuerunt. vid. Huschk. Comment. de Orphei Argon. p. 51. Schaef. Melet. Crit. p. 49. 123. Cicer. Orat. Catil. iii. fin. 'quoniam jam nox.' Commemorari item posset ex Cicer. Ep. ad Div. v. 7. 2. quod 'vererere, ne,' nisi ibi restituendum esset 'verebare.' Kiessl.

28. Ad *οἰστρεῖ* Harles. in nota manuscripta citat Valer. Flacc. iii. 581. p. 302. Burm. et Martin. ad Virgil. Georg. iii. 147. p. 371. sqq. Add. Toup. in Appendicula ad Idyll. xv. 98. ubi laudat Euripid. Iph. Aul. 77. *ὁ δὲ καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας.* Kiessl.

29. Brunck. in textum receperat correctionem Toupii *τὰν κύνα*, propositam in Animadv. in Schol. p. 214. qui pronunciat, *ὑλακτεῖν τὴν κύνα* idem esse quod *ἡ κύων ὑλακτεῖ*, et *σῖγα ὑλακτεῖν*, 'sublatrare:' atqui in cod. Aug. supra *σῖγα* scriptum est *ἡσύχως*. Idem tamen Brunckius in Animadvers. p. 63. rejecta illa emendatione quæ aliquot exemplis fuisset probanda, laurea dignam esse judicat correctionem Ruhnkenii, ingeniosam sane et in notis Valckenarianis copiose illustratam: *σίξα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τὰν κύνα*, 'sibilo canem incitavi, ut eam allatraret' tanquam inimicam, quam antea adulabatur tamquam amicam. Adde interpretes ad Hesych. voc. *ἐπισίξαι*. Harl. [Aoristus *σίξα* a loco alienus est, licet Vossius jam partim cum Ruhnkenio *σίξα δ' ὑλακ.* — *τᾷ κυνί* legat pro *σίξω* s. *σιξῶ*, quod olim ab ipso propositum Dahlius recepit, qui *δ'* omittere debebat. In cd. Schell. est *ὑλακτεῖ*, litera *ν* ab alia, ut videtur, manu addita, in quo latere potest imperativus *ὑλάκτει*; tum locus partim cum Scholiasta sic potest expediri: *σῖγα*, i. e. *ἡσύχως*, *καὶ τᾷ κυνὶ* sc. *ἐπιτάσσω*, *ὑλάκτει νιν* 'tacite etiam canem incito, eam allatra.' Kiessl.

30. *ἐκνυζᾶτο* cod. Aug. cum plurimis aliis, edd. Ald. Call. Steph. et reliquæ priscæ, hancque formam communem revocavit Reiske: *ἐκνυζῆτο* edd. Commel. Valck. Brunck. accedit auctoritas Gregorii Cor. de Dial. §. lxxix. p. 121 = 265. [Sic tamen nullus cod., quanquam in quibusdam *ἐκνυζοῖτο*, aut *ἐκνυζεῖτο*. K.] — De voc. *ῥύγχος* vide Schol. quorum alter scribit, proprium esse avium, alter autem, proprium esse canum, et de avibus proprie dici *ῥάμφος*. Adde Ammon. de Dif-

Ταῦτα δ' ἴσως ἐσορεῦσα ποεῦντά με πολλάκι πεμψεῖ
Ἄγγελον. αὐτὰρ ἐγὼ κλαξῶ θύρας, ἔστε κ' ὀμόσσῃ
Αὐτά μοι στορέσειν καλὰ δέμνια τᾶσδ' ἐπὶ νάσω.
Καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακόν, ὥς με λέγοντι.
Ἦ γὰρ πρὰν ἐς πόντον ἐσέβλεπον (ἧς δὲ γαλάνα),
Καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια, καλὰ δέ μοι ἁ μία κώρα
(Ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται) κατεφαίνετο· τῶν δέ τ' ὀδόντων
Λευκοτέραν αὐγὰν Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο.
Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον·
Ταῦτα γὰρ ἁ γραία με Κοτυτταρὶς ἐξεδίδαξεν,

ferent. Voc. p. 123. ubi Valcken. locum hunc Moschop. laudat: Ῥὶς ἐπὶ ἀνθρώπων, ῥύγχος ἐπὶ κυνῶν, ῥάμφος ἐπὶ ὀρνέων. Fischer. in ind. Theophr. s. v. ῥύγχος. Harl.

31. ἐσορῶσα cd. Aug. ἐσορεῦσα plures cdd. et Valcken. add. Bast. ad Gregor. de Dial. p. 75. ἐσοροῖσα cum uno cod. Brunck. Heinsius mavult ἐσορεῖσα· Dorica enim esse ὁρεἰς, ἐσορεἰς, ποθορεἰς. nusquam tamen in Theocrito hæc forma certa fide legitur. Mox cd. Schell. cum pluribus aliis ποεῦντα. add. Bast. ad Gregor. l. c. — Ab hoc versu omnis interpunctio abesse debet, neque metus, ne quis πολλάκι a πεμψεῖ disjungendum censeat. Kiessl.

32. κλαξῶ sine iota subscripto ex cdd. edd. Junt. et Wintert. rescripserunt Valcken. (quem vide ad hunc locum et in Epist. ad Röver. p. 62.) et Brunck., qui insuper more suo dedit ἐγὼν et ἔστε. [ἔστε etiam in uno cd. Paris. est, hinc cum Gaisford., ut aliis locis, restituimus. K.] — κλασῶ sine iota subscripto cod. Aug. et minor edit. Stephani. Iota illud α habet subscriptum in edd. Wartoni, Reiskii, aliorum: adde Schol. [Casaubon. legendum censet κλᾳσῶ aut κλᾳξῶ.] — ὀμόσσῃ cod. Aug. Steph. Heins. Valck. Warton. alii. ὀμώσῃ ex edd. prisc. revocarunt Reisk. et Brunckius, quos Dahl. sequutus est. Harl.

33. Eustathius Iliad. α. p. 30 = 23. ad v. ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν. Ἰστέον δὲ ὅτι Ὅμηρος μὲν οὕτω σεμνῶς ἔφρασε φειδοῖ τοῦ τε βασιλέως καὶ τῶν ἀκροατῶν· Θεόκριτος δὲ μιμησάμενος ἐν τῷ αὐτή μοι στορέσει καλὰ δέμνια, σαφέστερον μὲν εἶπε, καθεῖλε δὲ τὴν ἡρωϊκὴν ἔμφασιν καὶ σεμνότητα. Adde de formula λέκτρον στορέσαι Wesseling. Obss. ii. 14. p. 204. Kiessl. Sicilia a Cyclope eximie dicitur insula. v. Warton. in notis ad h. l. et in Addendis. — τᾷδ', ἐπὶ νάσω, 'hic, in insula,' scribendum putat Heinsius, quod codd. affirmatum probari posse Valcken. censet. Harl. [At vulgata lectio eandem sententiam, et elegantius quidem, exprimit. Kiessl.]

34 — 38. Præclara est imago Cyclopis rupi insidentis et in Oceano, tanquam in speculo, formam, oculum et dentium nitorem contemplantis. conf. Callim. H. in Lavacr. Pallad. 20. ibique interpr. Theocritus autem (etiam judice Scaligero in Poet. v. 5. vid. Voss. ad Virgil. Ecl. p. 66.) præstat Virgilio Ecl. ii. 25. ubi vid. interpretes, ac Stephani Obss. in Virgil. Theocriti imitat. p. 37. sq. edit. min. et Ovid. Met. xiii. 840. — Pro ἐσέβλεπον ed. Flor. Junt. (quæ sæpe sola voces genuinas subministrat) ἐσέδρακον, quod placet Valckenario pariter ac suspicio viri cujusdam docti τὰν δέ τ' ὀδόντων, ut ad αὐγὰν referatur. [Vs. 36. pro vulgato δ' ἐμὶν e pluribus cdd. dedi δέ μοι. K.] Cum Pario marmore nitorem rei poetæ frequenter compararunt; vid. ad Anacr. 28. 27. in Anthol. Gr. Poet. Harl. [Pindar. Nem. iv. 131. στάλαν θέμεν Παρίου λίθου λευκοτέραν. Horat. i. 19. 5. "urit me Glyceræ nitor Splendentis Pario marmore purius." — Graefio p. 25. displicent verba κατεφαίνετο et ὑπέφαινε tam brevi spatio a se disjuncta etiam propterea, quod durum sit ad verb. ὑπέφαινε supplere e v. 35. voc. πόντος, nimis remotum. Hinc plura tentat, ut: αὐγὰ λευκοτέρα Παρίας ὑπέλαμπε λίθοιο. K.]

39. 40. δὲ positum post tertium verbum notandum. Sic et alibi apud poetas. vide Popponis Obss. Crit. in Thucyd. p. 30. Quid quod post quartum vocab. posuit Antiphan. ap. Athen. p. 449. C. et p. 224. F. cf. Erfurdt. Obs. Crit. in Athen. p. 23. in Königsberger Archiv p. 456.

[῞Α πρὰν ἀμάντεσσι παρ' Ἱπποκόωντι ποταύλει.]
Τόσσ' εἰπὼν τὸν Δάφνιν ὁ Δαμοίτας ἐφίλασεν·
Χὠ μὲν τῷ σύριγγ', ὁ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν.
Αὔλει Δαμοίτας, σύρισδε δὲ Δάφνις ὁ βώτας.
'Ωρχεῦντ' ἐν μαλακᾷ ταὶ πόρτιες αὐτίκα ποίᾳ.
Νίκη μὰν οὐδ' ἄλλος, ἀνάσσατοι δ' ἐγένοντο.

Kiessl. Vide ad ii. 43. et 62. infra vii. 127. et de fascini averruncatione Heinsii c. 11. et Casaub. c. 8. Lectionn. Theocrit. Harl. [Desputat in sinum, ut sic se deprimens impediat, quo minus voluptas, quam ex oris pulcritudine animadversa perceperat, sibi noceat. conf. Voss. ad Virg. Ecl. p. 362. et quos citat Jacobs. ad h. l. — *Κοτυτταρίς*, 'sacrificula,' quæ circa sacra deæ *Κοτυττοῦς* seu *Κότυος*, dicta *τὰ Κοτύττια*, versatur, quæ incantationibus constabant; igitur nihil aliud quam *ἡ φαρμακεύτρια*, *ἡ ἐπᾴδουσα*, ut supra *γραία κοσκινόμαντις*. Anthol. ii. ix. 5. *ἡ πολιὴ κροτάφοισι κοτυτταρίς, ἡ πολύμυθος γραία*. Ita Heinsius, quem sequuntur Wartonus et Mitscherlichius: nam hic quoque ad Horat. Epod. xvii. 56. intelligit sagam, conciliandis amoribus inservientem. Aliis, ut interpretibus vernaculis, *Κοτυτταρὶς* nomen proprium videtur esse. Kiessl.]

41. *ἀμάντεσσι* ex codd. recepit Valcken. pro vulgato *ἀμώντεσσι*. — *Ἱπποκίωνι* cdd. Aug. Schell. plurimique alii, item edd. Call. Junt. Brunckii. aliquot cdd. *Ἱπποκίωνα* et *πρίν*. Idem versus occurrit Idyll. x. 16. ubi in Schol. eadem lectionis diversitas memoratur; atque illinc in hunc locum alienum translatus videtur Schneidero in Bibl. Philol. tom. i. p. 127. Piersono, Valckenario et Jacobsio. In uno Med. eoque optimo deest; hinc eum Gaisfordius uncis inclusit, quam rationem nos quoque secuti sumus. Heinsius recte intelligit fluvium. Kiessl.

46. *νίκη*] Sic bene cdd. Aug. et alii, Gregor. de Dial. p. 121 = 265. Call. et meliores e recentioribus, pro *ἐνίκη*, a *νίκημι*, forma Dorica et Theocritea. sic Idyll. vii. 40. — *νίκα* quidam libri apud Reisk. et Valck. (etiam Ald.) conf. Maittaire de Dial. p. 237. ed. Reitzii. (Heyn. ad Pind. Nem. v. 9.) Harl. [*οὐδ' ἄλλος* i. q. *οὐδέτερος*. Sic sæpe *ἄλλος*. v. Schaef. ad h. l. *ὁ ἄλλος* i. q. *ὁ ἕτερος*, ut Idyll. xxiv. 61. Kiessl.]

ΘΑΛΥΣΙΑ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ζ'.

ARGUMENTUM.

In hoc Idyllio, ab rerum, hominum et locorum, quæ in eo depinguntur, varietate maxime commendabili, Simichidas quidam festum diem Thalysiorum apud Phrasidamum et Antigenem ad Halentem una cum aliis quibusdam amicis celebratum describit. Habet duas partes; quarum prior itineris continet enarrationem (—131), altera in ipso festo describendo versatur. Initio causa commemoratur itineris suscepti (1—5): in quo in Lycidam forte incidunt caprarium, poeticæ facultatis laude insignem virum, quem Simichidas, ut viæ fallant tædium, ad canendum invitat. Ille, conditione accepta, amores suos in puerum Ageanactem carmine celebrat. 52—89. Simichidas contra Arati, in Philino laborantis puero, cruciatus et flammas decantat. 96—126. Cantu finito Lycidas Simichidæ pedum dat dono aliamque insistit viam; ceteri pergunt rusque veniunt, ubi ad fontis murmur, in loco amœnissimo, vino se invitant. — Virgilius Eclogam ix. ad hujus carminis rationem descripsit. — Scena est in insula Co, quod bene monuit Scholiastes Græcus, cujus auctoritas in hac quidem re valere debet. Huic auctoritati cessit etiam Manso V. Cl., quum in prima Bionis et Moschi editione (Prolegom. p. 46. sq.) opinionem Heinsii (Lectt. Theocrit. c. xii.) omnem rem in Siciliam transferentis probasset, in altera horum poetarum editione 1807. evulgata, p. 31. Cum Scholiasta sentit etiam I. H. Vossius, quod intelligitur ex ejus commentario ad Virgil. Ecl. vii. 53—56. p. 371. Atque huic sententiæ etiam inde aliquid ponderis accedit, quod Theocritum juvenem Philetæ audiendi causa aliquamdiu in insula Co commoratum esse constat. Quid quod Eichstadtius (Adumbrat. Quæstionis de Carmin. Theocriteor. ad genera sua revocator. indole ac virtutibus, p. 8.) juvenili hoc carmen opera compositum esse admodum probabiliter judicat. Ceterum Simichidam quidam volunt esse personatum Theocritum, et Lycidam (qui item commemoratur a Moscho, iii. 96. sqq. de quo tamen loco adhuc sub judice lis est:) poetam Cydonium, Theocriti æqualem, cujus memoria his solis locis servata est. Vid. Manson. l. c. — Præter titulum Θαλύσια solet etiam alter, *ἡ ἐαρινὴ ὁδοιπορία*, præfigi, quem utpote repugnantem tempori, quo Thalysia celebrabantur, *ἐν ὀπώρᾳ* puta, jam Sanctamandus (apud Wartonum vol. ii. p. 351.) aut rejiciendum, aut emendandum *θερινὴ* vel *ὀπωρινὴ* censuit. Nos cum Brunckio et Dahlio omisimus. Miro eum modo defendit Heinsius in Lectt. Theocrit. cap. xiii. p. 340. sq. Adde etiam locum Etymol. M. repetitum ad hujus Idyllii vers. 153.

Ἦς χρόνος ἀνίκ' ἐγών τε καὶ Εὔκριτος ἐς τὸν Ἅλεντα
Εἵρπομες ἐκ πόλιος· σὺν δὲ τρίτος ἄμμιν Ἀμύντας·
Τᾷ Δηοῖ γὰρ ἔτευχε θαλύσια καὶ Φρασίδαμος
Κ' Ἀντιγένης, δύο τέκνα Λυκωπέος, εἴ τί περ ἐσθλὸν
Χαῶν τῶν ἐπάνωθεν, ἀπὸ Κλυτίας τε καὶ αὐτῶ
Χάλκωνος, Βούρινναν ὃς ἐκ ποδὸς ἄνυε κράναν,
Εὖ γ' ἐνερεισάμενος πέτρᾳ γόνυ· ταὶ δὲ παρ' αὐτὰν

In Brunckii Analectis Idyll. ix. numeratur. Harl.

1. Scena Idyllii in insula Co figenda est. Fuerunt homines docti, ut Warton. Reiske, quos vide, et alii, qui hoc idyllium Theocrito abjudicarent; immerito forsitan. — Fluvium hujus insulæ, cujus urbs primaria Κῶς vs. 2. designatur voc. πόλιος, vocat Theocritus Ἅλεντα, etiam Moscho Idyll. iii. 98. memoratum. in uno cd. Ἀλευντα. in Schell. ἀλεύτα. — ἐγὼν Valcken. et Brunck. ex ed. Flor.; ἐγὼ vulgo. — Εὔκριτος verum est. [Reisk. et hic et v. 151. legendum censet Θεύκριτος.] Kiessl.

2. 3. Hermannus in libro de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 81. monet, ex adnotatione quadam, quam Portus e veteri codice in Apollonio de Syntaxi ii. 15. p. 131. inseruit, colligi posse, pro ἄμμιν olim hic extitisse ἆμιν. Apud eund. Apollon. de Pron. p. 312. C. legitur, σὺν καὶ τρίτος ἁμὶν Ἀμύντας. Lectionem σὺν καὶ similibus locis allatis tuetur Gerhard. in Lection. Apollon. p. 57. quæ tamen hic, ubi καὶ aliquoties repetitur, vix præferri potest. — In nonnullis edd. est σὺν δὲ pro σὺν καί, et in plurimis vs. 3. καὶ pro ὁ. Utrumque cum Valckenario, Brunckio aliisque restitui. Toupio placuit χ' ὁ Φρασίδαμος. — Thalysia, jam Homero memorata Iliad. ix. 530., sunt dies festus, Cereri sacratus, post frumenta condita. Conf. Spanhem. ad Callim. H. in Cerer. v. 20. et v. 137. Rhodigin. lib. xii. c. 19. Koeppen. ad Iliad. xviii. 559. Haarwood. Antiquit. Gr. p. 531. Kiessl.

4. 5. Cum Vossio post Λυκωπέος non colo, sed commate distinxi orationem; nam sensus est, 'duo filii Lycopei, boni, si quod boni restat ex vetustis majoribus.' Similis dicendi ratio est in his locis partim a Valcken. indicatis: Epigramm. xvi. 4. Apollon. Rhod. iii. 347. Horat. Serm. i. 6. 1. Add. Kuster. in Aristoph. Eccles. v. 53. Hemsterhus. in Lucian. t. i. p. 171. Valck. ad Herod. p. 650. 12. — ἐσλὸν hic dedit Brunck. ex uno Cod. Cæsar. qui codex hanc formam etiam vs. 12. et 39. tuetur; quare Brunck. eandem restituit etiam vs. 93. et 100. repugnante Valcken. qui ad vs. 13. affirmat, istam formam in Pindari Odis frequentem apud Theocritum non inveniri. Conf. de hac forma Hermann. de Dialecto Pindari p. 8. — vs. 5. χαός, vocabulum poeticum, Doribus quoque et Lacedæmoniis proprium. v. Schol. et Toup. ad nostrum locum, item Porti Lex. Dor. h. v. Maittair. de Dial. p. 364. sq. Formam χάϊος usurpat Aristophan. in Lysistr. 90. Apud Æschyl. in Suppl. 865. est βαθυχαῖος. Hesychius habet εὐχαῖος. — ἐπάνωθεν pro vulgato ἔτ' ἄνωθεν ex Aldina lectione ἐπ' ἄνωθεν, probantibus Toupio, Valckenario et omnibus deinceps editoribus, refinxit Reiskius. Aldina lectio extat idem in uno cod. Med. Etiam in Epigr. xx. 3. est ἐπάνωθε. Neque tamen ἔτι, quod etiam cd. Schellersh. tuetur, nihili prorsus est; dicunt enim Græci, ἐκ παλαιῶν ἔτι, ἐξ ἐκείνων ἔτι τῶν χρόνων. — Pro καὶ αὐτῶ Reiskius haud ineleganter legit κ' ἀγαυῶ, tamen citra necessitatem, neque vi sua αὐτῶ carere, monuit Valckenarius. Kiessl.

6. Βούριννα plures odd. in his Aug. edd. Reisk. Valck. et recentiores; sicque appellat Andromachus in Theriacis apud Galenum t. ii. p. 429. quem 'Antimachum' vocat Toupius, secutus Wesselingium ad Diodor. t. ii. p. 299. In aliis cdd. et ed. Junt. scribitur Βούριναν, quod adscivit Brunck. secutus derivationem Scholiastæ a βοὸς ῥινὶ, et Eustathii ad Dionys. Perieget. 511. p. 73. ed. Steph. atque ad Iliad. β. p. 309. 2 = 233. 41. alii, ut cd. Schell. Ald. Schol. βούῤῥιναν. Call. Steph. Warton. βούρειαν, alii βούρενναν, βούρειναν, βουριέαν. — Verba, ἐκ ποδὸς (i. e. ποδί, monente Musgravio) ἄνυε κράναν — γόνυ, significant Valckenario interprete: 'genu fortiter in rupem innixus pedis ictu fontem excitavit.' — Pro ἄνυε, quod genuinum est, nonnulli cdd. habent ἄνυσε. Kiessl.

Αἴγειροι πτελέαι τε εὔσκιον ἄλσος ἔφαινον,
Χλωροῖσιν πετάλοισι κατηρεφέες κομόωσαι.
Κοὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες, οὐδὲ τὸ σᾶμα
Ἁμῖν τῶ Βρασίλα κατεφαίνετο, καί τιν᾽ ὁδίταν
Ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι Κυδώνιον εὕρομες ἄνδρα,
Ὤνομα μὲν Λυκίδαν, ἦς δ᾽ αἰπόλος· οὐδέ κέ τίς μιν
Ἠγνοίησεν ἰδών, ἐπεὶ αἰπόλῳ ἔξοχ᾽ ἐῴκει.

8. 10. Scholion ad h. v. adeo est corruptum, ut inde non tuto conjicias, Scholiastam legisse κλῆθραι: nam memorat is etiam lectionem πτελέαι. videtur tamen in Scholio potius κλῆθρος quam κλείθρη scribendum. Lectionem κλῆθραι commendat H. Vossius, laudans Odyss. x. 510. intelligitque 'sacrum nemus circa fontem cum Nymphæ sacello in media sylva opaca et frigida.' Horat. Od. i. 21. 5. "nemorum coma in nigris Erymanthi silvis." — Lectionem ἔφαινον, 'reddebant,' tuentur Casaub. Lect. Theocr. cap. 9. et Ernesti ad Callim. H. in Apoll. 57. add. ad Idyll. ix. 28. — ὕφαινον, quod Brunck. recepit, Graefius lectione vulgata multo elegantius vocat, idque conjecerunt Heinsius et Reiskius. Atque hic quidem, "Græci," inquit, "usurpant ὑφαίνειν de iis quæ, quum constent rebus diversi generis, ita inter se perplexa et contexta sunt, ut ex illa copulatione corpus unum enatum sit." Etiam locus Virgil. Ecl. ix. 42. "lentæ texunt umbracula vites," Heinsii inventum commendare potest. Mutatione tamen opus non est. Wakefield. in Silv. Crit. i. p. 121. hemistichiis transpositis mallet: αἴγειροι πτελέαι τε κατηρεφέες κομόωσαι χλωροῖσιν πετάλοισιν εὔσκιον ἄλσος ἔφαινον. Recte monet Koeppen. ad Iliad. α. 45. omnia adjectiva ex ἐρέφω composita significare tegmen in modum arcus curvatum. Versum igitur nonum sic intelliges: 'deren dichte Blätter ein grünes Laubdach wölben:' neque cum Harlesio versum spurium atque pro explicatione vocabuli εὔσκιον, a docto grammatico adscriptum margini, esse censebis. Adde de adjectivo κατηρεφὴς Gesnerum ad Orphei Argon. 917. ed. Herm. — Versum 10. compara cum Virgil. Ecl. ix. 59. (ed. Voss. p. 486.) — οὔπω, — καὶ, i. e. ὅτε, 'nondum — quum.' vid. interpret. ad Viger. p. 523. Kiessl.

11. Valcken. ad Adoniaz. p. 236. B. hic reponi jubet ἁμὶν aut ἅμιν. Idem jam ad Euripid. Hippolyt. p. 165. indicatum nomen Βρασίδα e cd. Vat. pro Βρασίλα dederat. Scholiastes eandem lectionem in cdd. repertam ideo rejicit, quia dux Lacedæmoniorum Brasidas non in insula Co, sed Amphipoli fuit sepultus. Possit igitur alius nescio quis Brasidas intelligi, sed in illo ipso cod. Vat. literæ δ est superscripta litera λ, et, uti observavit Porsonus, referente Gaisfordio ad h. l., Βρασίδας priorem syllabam producit. conf. Aristoph. Vesp. 472. (494.) Pac. 639. Revocavimus igitur Βρασίλα, quod etiam cd. Aug. offert. Brunck. tertiam lectionem Βασίλα e cod. Cæs. affert. τὸ Βρ. pro τῶ plures cdd. edd. Ald. Junt. Reisk. Schol. Kiessl. Pro κατεφ. habet cod. Barocc. κατεβαίνετο, quæ lectio exquisita foret, si in monte fuisset illud monimentum. Sic enim ἀνατέλλειν, ἀνέρχεσθαι eleganter et ad oculorum sensum usurpatur. v. Lennep. ad Coluth. v. 209. Harl.

12. ἐσλὸν hoc versu dat edit. prima Mediol. — σὺν Μοίσαισι, 'beneficio Musarum;' v. ad Idyll. ii. 28. — Κυδωνικόν, 'Cretensem,' ex urbe Cretæ Cydone, quæ Canea hodie putatur. Salvinius tamen in collat. cod. Laur. p. 372. apud Warton., damnata lectione vulgata, legit Κυδώνιον, quod codex Mediceo-Laurentianus offerre videtur, idque reposuit Brunckius. [Gaisford. duos cdd. citat, in quibus Κυδώνιον pro vulgato Κυδωνικόν, illudque et ipse prætuli. Kiessl.] Adde Koehler. p. 28. Harl.

13. Λυκίδας quinque cdd., Callierg. recepitque Brunck. improbante Valckenario. — Dubitat Reiske, an sit hic Lycidas idem atque ille quem Bion bis commemorat, ut hominem sibi carum et amicum, Idyllio 4. et Idyll. 7. At non dubium est, quin huc spectaverit Moschus in Epitaphio Bionis, v. 96. sqq. (si hi versus sunt Moschi, neque Musuri) ἐν δὲ Κύδωσιν ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι φαιδρὸς ἰδέσθαι, δάκρυα νῦν Λυκίδας κλαίων χέει· ἐν τε πολίταις Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ᾽ Ἅλεντι Φιλητᾶς. Kiessl.

14. "Ἀγνοεῖν sæpe est 'errare,' 'labi,' 'a vero in transversum agi,' hic in noscitando,

Ἐκ μὲν γὰρ λασίοιο δασύτριχος εἶχε τράγοιο
Κνακὸν δέρμ' ὤμοισι, νέας ταμίσοιο ποτόσδον·
Ἀμφὶ δέ οἱ στήθεσσι γέρων ἐσφίγγετο πέπλος
Ζωστῆρι πλακερῷ· ῥοικὰν δ' ἔχεν ἀγριελαίω
Δεξιτερᾷ κορύναν· καί μ' ἀτρέμας εἶπε σεσαρὼς
Ὄμματι μειδιόωντι, (γέλως δέ οἱ εἴχετο χείλευς·)
Σιμιχίδα, πᾷ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις,
Ἁνίκα δὴ καὶ σαῦρος ἐφ' αἱμασιαῖσι καθεύδει,

Versum hunc in mente habebat Eustathius ad Odyss. ρ. p. 1824. 28=637. 6. καθ' ἃ καὶ ὁ παρὰ Θεοκρίτῳ αἰπόλος γνωστὸς φαίνεται ἀφ' ὧν ἐκεῖνος λέγει αἰπολικῶν σημείων." Reisk. Ovid. Met. ii. 680. "illud erat tempus, quo te pastoria pellis texit; onusque fuit dextræ silvestris oliva; alterius, dispar septenis fistula cannis." ad quem loc. cf. interpretes. add. Coluth. 105. sqq. ibique Lennep. — unus codd. ἐόικη. Kiessl.

16. Τάμισος, i. q. πυτία, 'coagulum.' Pellis redolebat recens coagulum, quo subactum et apparatum fuerat. In duobus cdd. Flor. et edit. Flor. est ποτόσδων. sic Lycidas ipse diceretur 'coagulum redolere:' vulgata tamen præstat. De adjectivo κνακὸς vid. ad Idyll. iii. 5. — Versum hunc respexisse videtur Scholiastes Nicandri ad Theriac. 577. Kiessl.

18. 19. πλακερῷ scripserit, an, quæ lectio ab Calliergo venit, πλοκερῷ, vix definiri poterit; nam utrumque fluxit a πλέκειν, et significat 'cingulum plexum,' vel potius funiculum ex sparto plexum, qualia sunt hominum rusticorum. v. Toup. —[Schneiderus, πλακερὸς derivans a πλάξ, dicit idem esse quod πλατύς. Kiessl.] — ἀγριελαίω pro ἀπὸ ἀγριελαίου, 'ex oleastro;' conf. Koehler. p. 29. [qui citat Galenum Ὑπομν. γ. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων t. v. Opp. p. 618. ed. Basil. nostrum locum sic laudantem: ῥοικὸν δέ κεν ἀγριελαίας δεξιτερᾷ κορύναν. De genitivo materiam ex qua quid fit significante cf. Matthiaei Gram. §. 375. p. 501. Kiessl.] — κορύναν, quod genus erat pedi pastoralis, vid. Warton. ad ix. 23. Lennep. ad Coluth. 105. [et quæ supra notavimus ad Idyll. iv. 49. K.] — Pro εἶπε Reiske malit εἶδε, 'intuebatur me ore ad lenem risum diducto et oculis blandum ad risum exhilaratis.' Harl. Wakefield. in Silv. Crit. P. i. p. 47. sq. "Ubicunque, ni multum fallar, vel apud Lexicographos vel probos auctores (cf. ipsum Theocritum Idyll. v. 116. xx. 14.) vocem σεσηρὼς invenies, ei notio quædam adhæret affectibus inimicis accommodatior; aliquid 'sarcastici,' 'irati,' 'malevoli' vel 'dolosi' denique. Talem vero notionem hujusce loci ratio non admittit. Reponendum arbitror mutatione: σεσανώς. v. Philop. Lucian. ed. Reitz. sect. 26. et ibi notas." Non opus hac mutatione. σεσαρὼς commode exprimit oris habitum incultiorum hominum, quando leniter rident. — Conf. Pind. Pyth. ix. 66. ἀγανᾷ χλιαρὸν γελάξαις ὀφρύϊ. — vs. 20. aliquot cdd., etiam Schell. μειδιόοντι. Kiessl.]

21. πόδα contra omnes libros excogitavit et dedit Reiske, quem vide [sic etiam Vossius ad Virgil. Ecl. p. 452. K.]: mihi vero non minus, quam Valckenario, placet Toupii correctio μεσαμέριος πόδας, quam Brunckius rescripsit; sicque mutatum locum laudavit Schrader. in præf. ad Emendat. p. 19. Adjectivum sic eleganter adhiberi, pluribus docuit Warton. ad Idyll. xxi. 39. Ita χθιζὸς Idyll. xxv. 56. [Conf. Matthiaei Gram. Gr. §. 446. 8. Weber. ad Herodian. i. 14. 1. Add. Theocrit. Idyll. xiii. 33. xvi. 95. Odyss. ix. 336. 452. Kiessl.] Pro τὺ quidam libri et Call. τὸ habent, ut Idyll. i. 15. et x. 48. [Pronomen hic in compellatione abesse non potest, igitur non scribendum τό· atque articulum τὸ in hac loquendi ratione omitti posse, docet et epigramma allatum a nobis ad Idyll. i. 15. et Pindar. Isth. vii. 6. ἣ χρυσῷ μεσονύκτιον etc. ubi Scholia interpretantur τὸ μεσονύκτιον. Hinc non probo emendationem μεσαμέριος· quamquam sic auctorem scribere potuisse, quis neget? Kiessl.] De Σιμιχίδα v. Schol. et Koen. ad Gregor. Cor. de Dial. p. 133. sq.=291. [ubi etiam Ἀμύντιχος, i. e. Ἀμύντας, ex vs. 132. commemoratur. K.] Harl.

22. σαῦρος, v. ad ii. 58. — ὑφ' αἱμασ. 'sub spinetis,' Valck. malit (sicque locum citat ad Adoniaz. p. 249. B.), atque ita

Οὐδ' ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες ἠλαίνονται;
Ἦ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι; ἤ τινος ἀστῶν
Λανὸν ἐπιθρώσκεις; ὥς τεῦ ποσὶ νισσομένοιο
Πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ' ἀρβυλίδεσσιν ἀείδει.

putat legisse Virgilium Ecl. ii. 9. "nunc virides etiam occultant spineta lacertos." (Utrumque comparat Stephan. in min. Theocr. edit. p. 27. Observ. in Imitat. etc.) Brunckius vero e cdd. Vatic. et Flor. lectionem ἐν αἱμασιαῖσι recepit, et in notis, "αἱμασιά," inquit, "sive αἱμασιὰ est maceria e siccis lapidibus et temere collectis, in quorum vacuis intervallis latitant lacertæ. In ipso muro cubant, non sub murum." Valckenarii tamen suspicioni pondus addere potest explicatio hujus vocabuli, quam Schol. ad i. 47. dedit, 'sepes, Hecke;' at quoniam vulgata quoque lectio habet, quo possit defendi, nihil mutavi; nam ἐπὶ cum dativo etiam significare 'ad,' 'in,' loca veterum auctorum ostendunt a Fischero in Animadv. super Grammat. Gr. Welleri, iii. b. p. 234. sqq. excitata. Harl. [Notio 'ad,' 'juxta' uti convenit loco Idyll. i. 47. ita aliena est ab hoc loco, videturque ἐφ' ex illo in hunc esse translatum: ἐπὶ autem et ὑπὸ sæpe confundi constat. v. Ernesti ad Callim. H. in Del. v. 63. Schaef. Melet. p. 25. et 104. Nolim autem cum Vossio ad Virgil. Ecl. p. 58. interpretari: 'auf bedornten Steinmauern.' Dubito tamen, utrum ἐν, an ὑφ' sit præferendum. Kiessl.]

23. κορυδὸς (infra vs. 141.) et, quæ vocabula sunt rariora, κορυδαλλὸς (infra Idyll. x. 50. conf. Hesych. h. v.) atque κορυδαλλίς, est 'alauda;' quarum duplex genus esse ait Aristot. Hist. An. ix. cap. 25. quæ humi serpunt, et in capite τύμβον, tumulum quasi, h. e. λόφον, ut Aristoteles scribit, 'cristam,' habent, dicuntur a Theocrito ἐπιτυμβίδιοι, a Latinis autem 'galeritæ,' a galeri similitudine, et 'cassitæ,' a cassidis specie. v. Porti Lex. Dor. h. v. Valcken. in Animad. ad Ammon. ii. c. 12. p. 128. sq. et ad nostrum locum Koehlerum p. 29. sq. qui insignem locum Galeni (ex lib. xi. de Simpl. Medicam. tom. ii. Opp. p. 149. ed. Bas.) ad explicandum vocabulum et versum nostrum valde idoneum profert, ex quo idem hunc Theocriteum ita corrigit: οὐδ' ἐπιτυμβίδιαι κορυδαλλίδες ἠλαίνοντι. [ἐπιτυμβίδιαι etiam plures Theocriti cdd. et edit. Junt. K.] Duplici λ vocab. κορυδαλ. scribitur in edd. priscis, item Reiskii, Valck. et Brunckii, simplici in cdd. Aug. Schell. aliis, edd. Steph. et Wartoni. — ἠλαίνονται (ab ἄλω, unde vox Euripidea ἀλαίνω, v. Valck. ad Phœniss. p. 578. ἀλαίνων, Cyclop. 79.) 'errant,' 'vagantur,' vocab. Theocriteum esse, statuit Portus in Lex. Dor. h. v. Koehlerus vero dubitat, an ἠλαίνεσθαι apud alium scriptorem legatur. hinc ex Galeno (ubi corrupte legitur ἢ λαῖνόν τι), ex loco parallelo Callimachi H. in Dian. v. 251. ubi vide Ernesti, ex Scholiaste et edit. Florent. emendat ἠλαίνοντι. Fabulam hujus avis enarrat Antonin. Liberal. cap. vii. p. 51. sqq. ed. Verheyk. ubi v. Munker. (Add. Beck. ad Aristoph. Av. 427. tom. v. p. 440.) Harl. — κορυδ. 'Häubellerchen,' 'alaudæ cristatæ.' Schreber.

25. 26. νισσομ. plures codd. edd. princ. Reiske, Brunck., Schaefer. At νεισσομ. Call. Valcken. Utroque modo, et νείσσεσθαι et νίσσεσθαι scribi, monuit [post Bentleium ad Horat. Od. i. 25. 7. K.] Valckenarius, qui locum nostrum tum a crisi Reiskii, cum Hemsterhusio ποσὶν ἐσσυμένοιο præferentis, vindicat, tum post Casaubonum Lectt. Theocrit. c. ix. atque Heinsium Lect. Theocr. cap. xii. Vossiumque ad Catull. p. 290. egregie illustrat. vide etiam Euripid. Orest. 140. ibique Facii notam. [Brunck. ad Apollon. Rh. i. 55. "Legitima verbi forma est νίσσομαι." Confer tamen Porsonum ad Euripid. Phœniss. 1249. De ποσὶ sic abundante conf. Schaef. ad h. l. Sic etiam Idyll. i. 83. ποσσὶ φορεῖται. Kiessl.] Mira simplicitatis et rusticæ elegantiæ suavitas est, quod lapis ἀείδει, 'resonat,' gravibus festinantis soleis sive calceamentis. Etymol. M. p. 135. 13. ubi hunc versum citat: ἀρβύλη καὶ ἀρβυλὶς ἐστι εἶδος ὑποδήματος περισσῶς εἰργασμένον· et Casaubonus ἀρβύλην putat esse hic calceamentum rusticum clavis ferreis suppactum; vel sculponeas, quæ inter eundum lapidibus illisæ sonitum edunt. Harl. Eustath. Il. ι. p. 746. 2=643. 44. αἱ δὲ παρὰ Θεοκρίτῳ ἀείδουσαι λίθοι ἐν τῷ προσπταίειν ἀρβύλαις βουκολικὴν ἔχουσιν ἀφέλειαν. Idem Il. φ. p. 1236. 4=1323. 28. Θεόκριτος δὲ θρασέως ἔφη τὸ πᾶσα λίθος ἀείδει. — Cum his Theocriteis comparat Valcken. ista apud Demetr. de Elocut. §. 217. ed. Schneid. ἐπὶ ἀγροίκου βαδίζοντος ἔφη τις, ὅτι πρόσωθεν ἤκουστο

Τὸν δ' ἐγὼ ἀμείφθην· Λυκίδα φίλε, φαντί τυ πάντες
Ἔμμεν συρικτὰν μέγ' ὑπείροχον ἔν τε νομεῦσιν,
Ἔν τ' ἀμητήρεσσι· τὸ δὴ μάλα θυμὸν ἰαίνει
Ἁμέτερον· καί τοι, κατ' ἐμὸν νόον, ἰσοφαρίσδεν
Ἔλπομαι· ἁ δ' ὁδὸς ἅδε θαλυσιάς· ἦ γὰρ ἑταῖροι
Ἀνέρες εὐπέπλῳ Δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι,
Ὄλβω ἀπαρχόμενοι· μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ
Ἁ δαίμων εὔκριθον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.
Ἀλλ' ἄγε δή, (ξυνὰ γὰρ ὁδός, ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς)
Βωκολιασδώμεσθα· τάχ' ὥτερος ἄλλον ὀνασεῖ.
Καὶ γὰρ ἐγὼ Μοισᾶν καπυρὸν στόμα, κἠμὲ λέγοντι
Πάντες ἀοιδὸν ἄριστον· ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής,
Οὔ, δᾶν· οὐ γάρ πω, κατ' ἐμὸν νόον, οὔτε τὸν ἐσθλὸν
Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω, οὔτε Φιλητᾶν,
Ἀείδων, βάτραχος δέ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω.

αὐτοῦ τῶν ποδῶν ὁ κτύπος προσιόντος, ὡς οὐδὲ βαδίζοντος, ἀλλ' οἷόν γε λακτίζοντος τὴν γῆν. Kiessl.

28. Salmasius in Mss. Palatinis invenit συρίκταν ἔμεναι, quæ verborum collocatio vulgatæ adeo præferenda esse videtur. Dorvillius ad Chariton. p. 604. ed. Lips. formam συριγκτὴς, quam Idyll. viii. 9. optimus cod. præbet, sinceriorem judicat; et recte sane, si analogiam sequamur; ut enim a σάλπιγξ fit σαλπιγκτής, sic a σύριγξ, συριγκτής. Kiessl.

31. θαλύσιος in uno cod. ἑταῖροι displicent Piersono et Valckenario; vix jure. ἑταῖροι ἄνδρες dicuntur ut φίλοι ἄνδρες. Kiessl.

35. Valcken. in comment. in Moschi Epitaph. Bion. p. 81. pro ἀὼς conjecerat ὁδός. Verum ipse in Theocriti edit. hac conjectura repudiata acquiescit in lectione vulgata sensum minime ineptum admittente: 'via nobis communis, ut ipse dies.' —Locutio, 'communis via,' 'communis dies,' est proverbialis. Symmachus Epist. ix. 1. "omnibus in hac vita positis ac locatis communis est cœli spiritus et lux diei." 'Αὼς est 'dies.' v. Schrader. ad Musæum vs. 110. ut Idyll. xii. 1. add. Gesner. ad Orphei Argon. 652. ed. Herm. —Similes nostro locos Apollon. Rh. i. 336. iii. 173. citat Jacobsius. Kiessl.

36. ἄλλον, i. e. ἕτερον. vid. ad Idyll. vi. 46. et Schrad. ad Musæum p. 151. Harl.

37. κάπυρος (quo de vocabulo vid. ad Idyll. ii. 85.), de cantu et risu si sermo est, 'clare sonantem' significat. Poetæ autem antiquissimi, quoniam iidem canebant, κάπυροι dicuntur, clare sonantes, facundi, et, quia gloria eos sequebatur, celebres. Sensus igitur: 'ego quoque sum Musarum sacerdos, sum poeta.' Virgil. Ecl. ix. 32—36. (ibi Voss. p. 463.) "sunt et mihi carmina: me quoque dicunt vatem pastores," etc. Non est igitur, quod præter rem versum aut obelo notemus, aut male ita corrigamus cum Reiskio: καὶ γὰρ ἔχω 'κ Μοισᾶν. vid. Valcken. Reisk. Warton. Porti Lex. Dor. h. v. Wolf. ad Poetriarum Gr. Fragm. p. 82. Harl. Add. Toupium ad nostr. loc. in Addendis. Chrysostom. ad Matth. xvi. 16. p. 483. vocat Petrum τὸ στόμα τῶν ἀποστόλων. Kiessl.

40. Σικελίδαν. Schol. Ἀσκληπιάδην φησὶ τὸν ἐπιγραμματογράφον — τὸν Σάμιον, ὡς υἱὸν Σικελίδα, οὗ δοκεῖ ἀκουστὴς γεγονέναι. ὁ δὲ Φιλητᾶς, Κῷος τὸ γένος· ἢ, ὥς ἔνιοι, Ῥόδιος υἱὸς Τηλέφου. Asclepiades a Tzetza in Prolegom. ad Lycophron. p. 258. appellatur ὑμνογράφος, et Philetas p. 257. ἐλεγείων ποιητής. Laudat ibi Müllerus Schweighaeuseri Indic. Auctor. in Athen. p. 166. Asclepiadis reliquias congessit Brunck. in Analect. t. i. p. 211. sqq. Philetæ autem Kayser. (Gottingæ, 1793.) Conf. Mansonis Prolegom. ad Bion. et Moschum p. 31. Kiessl.

Ὣς ἐφάμαν ἐπίταδες· ὁ δ' αἰπόλος, ἁδὺ γελάξας,
Τάν τοι, ἔφα, κορύναν δωρύττομαι, οὕνεκεν ἐσσὶ
Πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος.
Ὥς μοι καὶ τέκτων μέγ' ἀπέχθεται, ὅστις ἐρευνῇ
Ἶσον ὄρευς κορυφᾷ τελέσαι δόμον Ὠρομέδοντος,
Καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι, ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν
Ἀντία κοκκύσδοντες, ἐτώσια μοχθίσδοντι.
Ἀλλ' ἄγε, βωκολικᾶς ταχέως ἀρχώμεθ' ἀοιδᾶς,
Σιμιχίδα· κἠγὼ μέν, ὅρη φίλος, εἴ τοι ἀρέσκει
Τοῦθ' ὅ, τι πρὰν ἐν ὄρει τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα·
« Ἔσσεται Ἀγεάνακτι καλὸς πλόος ἐς Μιτυλάναν,

42. *γελάξας* plures cdd. et Call. a quo in meliores libros venit; *γελάσας* cdd. Aug. Schell. aliique; *γελάσσας* aliquot cdd. edd. Med. Ald. Junt. aliæ. Harl.

43. 44. *κορύναν*] Virgil. Ecl. v. 88. "at tu sume pedum." vid. ad v. 19.—*δωρύττομαι*, Dorice, probatum Heinsio, ex cdd. Vatic. et Flor. dederunt Valck. et Brunck. et recentiores; *δωρήσομαι* cod. Aug. et alii. (Conf. Gregor. de Dial. p. 294.) Harl.—Versu seq. 'germen ex Jove,' h. e. filius Jovis, est Homericum. vid. Valcken. ad Eurip. Phœniss. p. 33. vs. 198. *ὦ Διὸς ἔρνος, Ἄρτεμι.* (Idyll. xxviii. 7. *Χαρίτων φυτόν.*) Sensus: 'tu totus es filius Jovis, sic ut unice veritas tibi sit proposita.' Contraria sententia est Idyll. xv. 49. *ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες.* Kiessl.

45—48. Poetice et apte adumbrata est sententia, 'odi vanos ineptosque ingenii sui doctrinæque jactatores.'—Oromedon, mons in insula Co altissimus; vid. Schol. et Casaub. Lectio quorundam cdd. Flor. *Ὠρομέδοντι* mire placet Reiskio, eamque Brunck. reposuit: equidem vulgatam præfero. [Nonnulli cdd. *Ὠρυμέδοντος*.]—'Musarum aves' sunt poetæ; de qua comparatione vid. Schol. et Klotz. in Lectt. Venus. p. 141. sqq. Sic Callim. H. in Del. v. 252. si versus est genuinus. v. ibi Ernesti. [Pind. Ol. ii. 156. *μαθόντες δέ, λάβροι παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρυέμεν, Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.*]—'Cantor' sive poeta 'Chius' est Homerus. Harl. [*κοκκύσδοντες—μοχθίσδοντι* pro *κοκκύζοντες—μοχθίζοντι*, suadente Valckenario, cum Brunckio et Dahlio recepimus. Theocritum nostro loco Apollonium respicere, monuit Gerhard. in Lection. Apollon. p. 5. K.]

49. Nonnulli cdd. *ἀρξώμεθ'*. Kiessl.

50. *ὅρη*, 'vide.' conf. Valcken. ad Adoniaz. p. 305. A. Kiessl.—*εἴ τιν ἀρέσκει*, 'si tibi placet,' ex lectione duorum codd. *εἴ τι κ'* effinxit Valcken. [metro everso. K.] et Brunck. in textu reposuit, qui item in notis lectionem cod. Flor. *ἀρέσκοι* unice probat, [quod non debebat. vid. Schaefer. ad Euripid. Hec. p. 81. ed. Pors. alii cdd. *ἀρέσκῃ*. In ejusmodi locis fere omnes modi ab oscitantibus librariis perversa pronuntiandi ratione inductis exarati sunt. Kiessl.]; et *εἰ* in *αἰ* mutari jubet; cui Brunckii sententiæ subscribit Valcken. in altera editione. H.

51. Casaubonus in Lect. Theocr. cap. ult. p. 142. "Versum hunc aliter legit Eustathius, nempe pro *ἐν ὄρει*, *ὥρῃ*. ejus verba sunt hæc ad Iliad. *α*. p. 125. 18=94. 29. *τοιοῦτον καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ τὸ ὅρη φίλε ὃ μελύδριον ὥρῃ ἐξεπόνησα· τουτέστιν, ὅρα τὸ μέλος ὃ καθ' ὥραν ἐποιήσαμεν.* non male: nisi quod suspecta mihi etiam hic ejus grammatici memoria." Reiskio quoque Eustathium videtur memoria fefellisse. Tamen Eustathii lectionem probat Heinsius in Lection. p. 341. probat item Valckenarius tum ad Adoniaz. p. 366. A. tum ad nostrum locum, quod non mirabitur, qui meminerit, eidem cum Piersono ad Idyll. i. 77. *ἀπ' ὤρεος* displicuisse. At sanissimum est nostro loco *ἐν ὄρει*, 'in saltibus,' 'in pascuis.' Conf. Warton. ad h. l. et Graefe ad Meleagr. Epigr. xxvii. 5. Significare autem hanc dictionem 'rure,' etiam in plano solo, hoc Reiskio, qui cogitabunt, quid sit mons, cras credent, non hodie. Kiessl.—Verbum *ἐκπονεῖν* illustrat Valckenarius ad Euripid. Phœn. v. 1642. p. 553.—Conf. Virgil. Ecl. ix. 21. Harl.

52. *Μιτυλάναν*. sic, ni fallor, cdd. omnes. Numi veteres magno consensu *Μυτιλάνα* exhibent. Gaisford. Adde Bredowii Handbuch der alten Gesch. p. 264. ed. alt. K.

Χ' ὤταν ἐφ' ἑσπερίοις ἐρίφοις νότος ὑγρὰ διώκῃ
Κύματα, κ' Ὠρίων ὄκ' ἐπ' Ὠκεανῷ πόδας ἴσχῃ,
Αἴκεν τὸν Λυκίδαν ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας
Ῥύσηται· θερμὸς γὰρ ἔρως αὐτῶ με καταίθει·
Χ' ἀλκυόνες στορεσεῦντι τὰ κύματα, τάν τε θάλασσαν
Τόν τε νότον, τόν τ' εὗρον, ὃς ἔσχατα φυκία κινεῖ·
Ἀλκυόνες, γλαυκαῖς Νηρηΐσι ταί τε μάλιστα
Ὀρνίχων ἐφίλαθεν, ὅσαις τέ περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα.
Ἀγεάνακτι πλόον διζημένῳ ἐς Μιτυλάναν
Ὥρια πάντα γένοιτο, καὶ εὔπλοον ὅρμον ἵκοιτο.
Κἠγὼ τῆνο κατ' ἆμαρ ἀνήτινον, ἢ ῥοδόεντα,

53. 54. 'Hœdi,' duæ stellæ in manu sinistra Aurigæ, a Plinio H. N. xviii. 28. s. 69. cum Arcturo et Orione in horridis sideribus appellantur. Manil. i. 372. "Tunc subeunt Hædi claudentes sidere pontum." Oriuntur vespere pridie Non. Octobr. conf. Colum. xi. 2. 78. add. Voss. ad Virgil. Georg. p. 108. Orellium ad Chion. Epist. p. 276. Ideler. üb. d. Ursprung u. d. Bedeutg. d. Sternnamen p. 94. Heyn. ad Virgil. Æn. ix. 668. Mitscherlich. ad Horat. iii. 1. 27.—Orionis occasus cosmicus antiquis accidit extremo auctumno, attulitque tempestates fœdas et imbres. Hinc Virgilio dicitur Æneid. i. 535. "nimbosus." vii. 719. "sævus." Horatio Epod. xv. 7. "nautis infestus:" et Od. i. 28. 21. Notus 'devexi rapidus comes Orionis.' ubi v. Mitscherl. add. Ideler. l. c. p. 219. indicem ad Ovidii Fast. edit. Gierig. s. h. v. et interpretes ad Horat. iii. 27. 17.—διώκει Callierg. et plures cdd.—ὀκ' ἐπ' Winterton. et Brunck. probante Valcken. idque reposuimus.—ἴσχει cdd. Aug. Schell. et pene omnes cum primis edd. hinc Valckenarius restituit, quem sequuntur Dahl. et Jacobsius; ἴσχῃ Junt. Callierg. Steph. Reisk. Brunck. Schaefer.—Libri fluctuant inter κ' Ὠρίων et χ' Ὡρίων. Prius dant Steph. Valck. Brunck. Schaefer. quos sequimur. Quum Reiskius dicit, nomini huic spiritum asperum melius convenire; ductum enim esse ἀπὸ τῶν ὡρῶν· fallitur; nam, ut docet Buttmannus ad Ideleri librum cit. p. 331. antiquior nominis forma est Ὠαρίων, in qua ω ortum ex digammo Æolico: illo ω demto relinquitur ἄρης, Fάρης. Kiessl.

55. 56. αἴκα Brunck.—ὀπτώμενον solus Call. et Ms. Toletan. Sed vid. xxiii. 34. Compara Callim. Epigr. xlv. ibique Bentl. [De locutione ἐξ Ἀφροδίτας vid. ii. 30.]—ῥύσεται cod. Aug. [ῥύηται cd. alius.] Harl.

57. στορεσεῦντι eleganter! v. Gronov. Obss. iii. 22. p. 480. ed. Lips. sic Virgil. Ecl. ix. 57. (ubi cf. Voss. p. 486.) "et nunc omne tibi stratum silet æquor." Harl. Jacobs. hæc attulit loca: Odyss. γ. 158: ἐστόρεσεν δὲ θεὸς μεγακήτεα πόντον. Apollon. Rhod. i. 1154. ἀμφὶ γὰρ αἰθὴρ Νήνεμος ἐστόρεσεν δίνας, κατὰ δ' εὔνασε πόντον. Adde locum multis modis disputatum Soph. Ajac. 674. δεινῶν δ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε στένοντα πόντον.—Notandum nostro loco insigne zeugma. Kiessl.—Ἀλκυόνες, 'Eisvögel,' [etiam 'Königsfischer.'] Alcedo Ispida Linn. Schreb. Verno tempore tempestas metuebatur, si alcyones in litore se soli exponerent; contra maris tranquillitas sperabatur, si se in maris deserta reciperent. Maris tranquillitatem ad navigationem vere susceptam h. l. poeta optat. Vide Vossium ad Virgil. Georg. p. 174. sqq. interpretes ad Ovidii Metam. xi. 410. sqq. et Liebel. ad Archiloch. p. 245. sq. Kiessl.

58. φυκία, 'fuci,' Germanis, maris accolis, Tang: Schreb. φυκία ἔσχατα, fuci in fundo maris. Sic recte Finkenstein. intelligit. Kiessl.

59. 60. ὀρνίχων ab ὄρνιξ [vid. ad v. 48.] ex cdd. et edd. Commel. Reisk. Valck. Brunck. dedi pro ὀρνίθων, quod est in cdd. Aug. Schell. aliis, edd. Callierg. Steph. al. ταί γε—ὅσαις γέ περ malit Valck. [pariter atque Idyll. ii. 145. sq. adde ad v. 103.] et ταὶ τὰ—ὅσαισί περ Brunck. dedit. [Τὰ jam Reisk. e Call. revocaverat.] Harl.

61—63. διζημένῳ [διοδημένῳ olim scriptum putat Valcken. Epist. ad Röver. p. 59.] a verbo poetico δίζημαι, i. e. ζητῶ, 'quæro.' Sensus: ut Ageanacti naviga-

Ἦ καὶ λευκοΐων στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων,
Τὸν Πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρατῆρος ἀφυξῶ,
Πὰρ πυρὶ κεκλιμένος· κύαμον δέ τις ἐν πυρὶ φρυξεῖ,
Χ' ἁ στιβὰς ἐσσεῖται πεπυκασμένα ἔστ' ἐπὶ πᾶχυν
Κνύζᾳ τ', ἀσφοδέλῳ τε, πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ.
Καὶ πίομαι μαλακῶς, μεμνημένος Ἀγεάνακτος,
Αὐταῖσιν κυλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων.
Αὐλησεῦντι δέ μοι δύο ποιμένες· εἷς μέν, Ἀχαρνεύς·
Εἷς δέ, Λυκωπίτας· ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ᾀσεῖ,
Ὥς ποκα τᾶς ξενέας ἠράσσατο Δάφνις ὁ βώτας,

tionem quærenti, h. e. naviganti [potius: 'navigationem ingresso.' Kiessl.], omnia contingant tempestiva, h. e. felicia, prospera, et tutum in portum is perveniat. conf. Heins. Lectt. Theocr. c. 13. [Quum non portus sit εὔπλοος, sed nauta, Graefius p. 27. corrigit εὔπλοος, ut jam antea Schaeferus. Kiessl.]—ἀνήτινον ex cdd. edd. Med. Call. præfert Brunck. Harl. [Brunckium sequimur et probamus, quum dicit: "Æoles in hac voce adspiratam non adhibebant, quorum dialecto valde affinis Dorica." cf. Maittair. de Dialect. p. 201. et Sapph. p. 85. ed. Volg. Kiessl.]

64—66. λευκοΐων] v. Virgil. Ecl. ii. 47. sqq. ibique interpretes (inprimis Vossium p. 77.), v. 67. sqq. Conf. Stephan. in Virgilii Imitation. in edit. min. p. 82. sq. Harl. [Valckenario Reiskius φυλάσσων pro φέρων positum probabiliter suspicari videtur. Reisk. enim confert Idyll. ii. 120. μᾶλα φυλάσσων. Hic tamen locus nostro sic est dissimilis, ut nondum constet, φυλάσσων hic apte esse positum. Multi cdd. παρὰ pro περί. Cogitari possit de πυκάσδων.—'Vini Pteleatici,' dicti a Ptelea, loco in insula Co, mentionem facit etiam Stephanus Byzantinus, cujus verba emendata dedit Toupius.—κρατῆρος pro κρητῆρος scripsimus e codd. cum Brunckio. Idem cum aliquot cdd. dedit φρυξῇ. Kiessl. Leucoia hic sunt Cheiranthi et Hesperidis Linn. species. Schreber.

67. ἔστ' cum optimo cod. Paris. et Brunckio.—De πᾶχυς conf. Valcken. ad Adoniaz. p. 309. B. Kiessl.

68. Vide antiquissimum morem cubilia sternendi ex herbis variis, et conf. Feith. Antiqq. Homer. lib. iii. c. 8. atque Aistorphii Diatribe de Lectis. Amstel. 1704. cap. 1. Harl. [Κνύζα, vid. iv. 25. Erigeron graveolens Linn. hic intelligi videtur. Asphodelus ille est, quem ramosum Linn. appellat; vide supra. Schreber.] Κνύζᾳ] τὴν κόνυζαν κνύζαν εἶπεν. ἔστι δὲ φυτὸν ψυκτικώτατον. ἔνθεν καὶ ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ὑποστρωννύουσι τὸ φυτόν, τὴν θερμότητα τὴν κατὰ τὰ ἀφροδίσια ἐκκόπτοντες. Schol. De asphodelo vid. Schol. et Trilleri Obss. Crit. p. 109. sq. Harl.

70. Αὐταῖς ἐν κυλίκεσσι (ut dicatur ἐνερείδων χεῖλος αὐταῖς κυλ.) καὶ ἐς τρύγα malit Valcken. et Brunck. rescripsit. αὐταῖσι cdd. Aug. et Schell.—[Idem Schell. et nonnulli apud Gaisford. ἐρείσδων.] Conf. Horat. Od. i. 35. 27. iii. 15. 16. Aristoph. Plut. 1085. Harl. Depingit hic versus potatorem poculo inhærentem, idque longo haustu cupide fæce tenus ebibentem. Commemoranda tamen est elegans, ut Schaeferi, conjectura, αὔαισιν, i. e. ὥστε αὑαίνεσθαι αὐτάς. Idem posthac in mentem venit Graefio, scribenti αὔαις ἐν. Kiessl.

71. Virgil. Ecl. v. 72. "cantabunt mihi Damœtas et Lyctius Ægon."—Permulti codd. pro μοι δύο dant δοιώ.—Ἀχαρνεύς, i. e. Atticus. Ἀχάρναι δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. Steph.—Λυκωπίτας, h. e. Ætolus. Λυκώπη, πόλις Αἰτωλίας. Schol. Kiessl.

73. Mihi quidem placet sententia Heinsii, a Valckenario et Brunckio probata, qui intelligit puellam Daphnidi amatam, quam poeta nominare nolens more satis usitato dixerit ξενέαν, h. e. ξένην. [At ubi dixerunt Græci ξένεος pro ξένος? K.] Brunckius tamen legere malit τᾶς Νύμφας· quod quidem mihi audax et duriusculum videtur. [Nympham amasse dicitur Daphnis. v. Ælian. V. K. x. 18. Schol. ad Idyll. i. 66.] Harl. "Ξενέα non est nomen feminæ proprium, sed Ξενέας est viri. Quare aut Ξενέα, detracto sibilo, legendum est, ut sit genitivus, 'filia Xeneæ,' aut aliud quid hic latet, mihi quidem adhuc obscurum. alii dant ξανθᾶς, teste Schol." Reisk. I. H. et H. Vossii Ξενέα accipiunt pro nomine

Χ' ὡς ὄρος ἀμφεπολεῖτο, καὶ ὡς δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν,
Ἱμέρα αἵ τε φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο·
Εὖτε χιὼν ὥς τις κατετάκετο μακρὸν ὑφ' Αἷμον,
Ἢ Ἄθω, ἢ Ῥοδόπαν, ἢ Καύκασον ἐσχατόωντα·
Ἀισεῖ δ', ὥς ποκ' ἔδεκτο τὸν αἰπόλον εὐρέα λάρναξ
Ζωὸν ἐόντα, κακαῖσιν ἀτασθαλίαισιν ἄνακτος,
Ὥς τέ νιν αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι
Κέδρον ἐς ἁδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι,
Οὕνεκά οἱ γλυκὺ Μοῖσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ.
Ὦ μακαριστὲ Κομάτα, τὺ θὴν τάδε τερπνὰ πεπόνθης,
Καὶ τὺ κατεκλάσθης ἐς λάρνακα, καὶ τύ, μελισσᾶν
Κηρία φερβόμενος, ἔτος ὥριον ἐξεπόνασας.

proprio puellæ. Graefius multa ingeniose conjectat, quorum tamen nihil probatur.— *ἠράσατο* multi cdd. et Call. In nota manu scripta Harles. citat Dorvill. Sicula i. p. 26. sq. Kiessl.

75. *ὄχθαισι* Brunck. atque sic cd. Schell. alii *ὄχθῃσι* et *ὄχθῃσιν*. Kiessl.

76. *εὖτε*, 'ubi,' cum spiritu aspero exarandum curavit Reiske.—De Himera vid. ad v. 124. Hæmus, hodie 'Emineh dag' (vel 'Tschengie,' vel 'Cadena del Monde'), et reliqui memorati montes, præter Caucasum, montem Asiæ altissimum, sunt in Thracia; vid. Schol. et Koehler. Athos autem [de quo monte v. Voss. ad Virgil. Georg. p. 153. et de Rhodope eundem ad Virgil. Ecl. p. 302. K.] sequenti ævo Macedoniæ attributus est; v. Oberlin. ad Vibium p. 296. et p. 328. ac p. 363. de Hæmo et Rhodope. Harl. Callimach. H. in Cer. 92. *ὡς δὲ Μίμαντι χιών, ὡς ἀελίῳ ἔνι πλαγγών, Καὶ τούτων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο.* Jacobs.

77. pro forma vulgata *ἐσχατόεντα* recepimus Homericam (vid. Iliad. χ. 206.) *ἐσχατόωντα*, a pluribus hic cdd. oblatum. —Solent poetæ in hujusmodi comparationibus plura nomina ejusdem generis cumulare, ut phantasia libere possit vagari: cujus consuetudinis Dahlius immemor hunc versum satis otiosum adeoque spurium esse censebat. Kiessl.

78. 79. *ἀσῇ* duo cdd.—*ἄνακτος*, h. e. 'heri,' 'domini,' qui servum, Musarum gratum et devotum, in arca inclusit, at servatum reperit. v. Schol. Warton. Harl.— *κακαῖσιν ἀτασθαλίαισιν* ex tribus cdd. cum Brunckio dedimus. Kiessl. In Comatæ in arcam inclusione reperisse visus sibi est Palmerius Exercit. p. 801. damnatum ad lautomias Philoxenum a Dionysio tyranno. Quæ meræ nugæ sunt, scite tamen illæ excogitatæ, cum ratione insania, quæ multa, et multo, quam dicere tutum est, major in rebus humanis versatur. Reiske.

81. *κέδρον*] h. e. *τὴν λάρνακα, ἥτις ἦν ἀπὸ κέδρου κατεσκευασμένη.* Schol. Palmerius apud Warton. ad Idyll. xxii. 43. corrigit *κηρὸν*, ad 'favos suaves,' probante Wartono. [Perperam: nam difficultatem a genere vocabuli objectam removere non potuit. K.] — De suavissima usitatissimaque apum comparatione vide Klotzium ad Tyrtæum p. 76—80. Harl.

83. 84. *τέρπν' ἐπεπόνθης* Brunck. *τερπνὰ πεπόνθης* Valck. vulgo *πεπόνθεις*. — *κατεκλάχθης* ad normam Dorismi a *κατακλάξαι* formari debuisse, docet Valcken. (conf. Porti Lex. Dor. voc. *κατεκλάσθης*,) et comprobat Brunck. Harl. Sic Idyll. xxiii. 54. est *ἐλυγίχθη* a *λυγίξαι*. ut Theocriteum *ποικιχθέντα* adnotavit Eustath. in Iliad. σ. p. 1481. 15. *ποριχθέντα* est in Epist. Lysidis apud Iamblich. de Vit. Pyth. §. 75. Kiessl.

85. *ἐξεπόνασας* reposui cum Valcken. (qui in altera edit. dubitat, num illud dederit auctor, an *ἐξεπόνησας*,) et Brunckio ex cdd. Aug. Schell. multisque aliis apud Valcken. et Wartonum, ut exquisitum magis quam vulgatum *ἐξετέλεσσας*. [*ἐξεπόνασας* vix est exquisitius quam *ἐξετέλεσσας*, nam continet illud notionem laborum toleratorum, quæ ab hoc loco debet abesse; tot tamen codd. auctoritate nititur, ut recipiendum sit. K.] — *ἔτος ὥριον* Schol. intelligit 'ver;' Valckenar. 'æstatem;' Heinsius 'ver et æstatem.' [Conf. Zeune

Αἴθ' ἐπ' ἐμεῦ ζωοῖς ἐναρίθμιος ὤφελες ἦμεν,
Ὥς τοι ἐγὼν ἐνόμευον ἀν' ὤρεα τὰς καλὰς αἶγας,
Φωνᾶς εἰσαΐων· τὺ δ' ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πεύκαις
Ἁδὺ μελισδόμενος κατεκέκλισο, θεῖε Κομάτα."
Χ' ὢ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο· τὸν δὲ μέτ' αὖθις
Κἠγὼν τοῖ' ἐφάμαν· Λυκίδα φίλε, πολλὰ μὲν ἄλλα
Νύμφαι κἠμὲ δίδαξαν ἀν' ὤρεα βωκολέοντα
Ἐσθλά, τά που καὶ Ζανὸς ἐπὶ θρόνον ἄγαγε φάμα·
Ἀλλὰ τό γ' ἐκ πάντων μέγ' ὑπείροχον, ᾧ τυ γεραίρεν
Ἀρξεῦμ'. ἀλλ' ὑπάκουσον, ἐπεὶ φίλος ἔπλεο Μοίσαις·
"Σιμιχίδᾳ μὲν Ἔρωτες ἐπέπταρον· ἦ γὰρ ὁ δειλὸς
Τόσσον ἐρᾷ Μυρτοῦς, ὅσον εἴαρος αἶγες ἔρανται.

ad Viger. p. 162. Schaefer. ad L. Bos. Ellips. p. 577. Kiessl.]

86. Conf. Virgil. Ecl. x. 35. sqq. — *ἐπ' ἐμοὶ* codd. Aug. aliique multi et edd. pr., revocavitque Reiske: at quoniam in illa præpositionis *ἐπὶ* significatione, 'meo tempore,' frequentius adhibetur genitivus [Dativus nunquam: nam cum dativo de tempore positum exprimit temporis continuitatem. K.], vid. Kypkii Obss. in N. T. p. 54. tom. ii. et Valcken. ad nostrum locum, cum hoc et Brunckio lectionem multarum editionum veterum *ἐπ' ἐμεῦ* restitui. Postea *ἦμεν* Valcken. ex cdd. et Brunck. *εἶμεν* dederunt, ne tot litteræ sibilantes ingratum efficerent sonum. Harl.

87. *ὡς τὶν ἐγὼν* scribendum censet Brunck. Harl. [Metrum adversatur. Kiessl.]

88. 89. *φωνᾶς σῆς* s. *σᾶς ἀΐων* conjecit Reiske: equidem non accedo. Harl. [Pronomen ex prægresso *τοί* facile intelligitur. Sin abesse non possit, potius scribendum est *φωνᾶς τεῦς ἀΐων* pro *εἰσαΐων*. Amat tamen et aliis locis Theocritus verba ex *εἰς* composita, ut iv. 46. *οὐκ ἐσακούεις*; v. 3. *οὐκ ἐσορῆτε*; — Vers. 89. *κατεκέκλισο* cum Brunckio ex nonnullis cdd. pro vulgato *κατακέκλισο* recepimus. Kiessl.]

90. *τὸν δὲ μέτ'.* de anastrophe in præpositione admissa, quamvis *δὲ* interpositum sit, vid. Hermann. in libro de Emend. Rat. Gr. Gramm. p. 107. sqq. et in Actis Societ. Philol. Lips. vol. i. p. 43. sq. — Ad vs. 91. conf. Voss. ad Virgil. Ecl. x. init. p. 500. Kiessl.

92. *Νύμφαι.* Etiam hic occurrit glossema *αἱ Μοῦσαι.* K. *κἠμ' ἐδίδαξαν* Brunck. — *βωκολ.* pro vulgato *βουκολέοντα* reposui cum Wintertono, Valcken. et Brunckio. Comp. Stephani Obss. in Virgilian. Imitationn. p. 68. ed. min. Harl.

93. Ex Reiskii mente nomine Jovis h. l. significatur Ptolemæus aliquis. Imo est locutio proverbialis usurpari solita de carminibus eximiis, quæ vel dii curent. Virg. Ecl. iii. 73. "partem aliquam, venti, divom referatis ad aures." Ecl. v. 73. "hinc usque ad sidera notus." ad quem locum cf. Vossius p. 254. Kiessl.

94. 95. *ᾧ τυ γεραίρεν*, 'quo te honorabo,' jam reperit Schol. qui interpretatur *ᾧτινι σὲ τιμήσω*, et a Calliergo in plures venit editt. atque ab optimis cdd. et a Wartono, Reiskio, et Valcken. (aliisque recentioribus) servatum est. *ὅττι γ' ἀείδεν* cdd. Aug. Schell. plurimique alii libri scripti et editi apud Reiskium, Valck. [Gaisford.] et Brunck. qui id rescripsit: at glossema redolere videtur. [Mirum tamen, quod in tot tamque præstantes cdd. irrepsit. Kiessl.] — *ἀρξεῦμαι* Dor. et Æol. ab Dorico *ἀρξοῦμαι* pro *ἄρξομαι*, ab *ἄρχομαι*, inservit periphrasi; vid. Klotz. ad Tyrtæum i. p. 16. Harl.

96. Imitatus est Propertius ii. Eleg. 2. vs. 33. sq. secundum exempl. Broukhus. quem vide; at secundum edit. Barthii, quem in variis lectt. et notis consules, Eleg. 3. vs. 23. sq. "Num tibi nascenti primis, mea vita, diebus Aureus argutum sternuit omen Amor?" Nam sternutatio ab superstitione hominum vel nostra ætate ad omina refertur. Conf. Schol. et Idyll. xviii. 16. Harl. Jacobs. citat Catull. xlv. 9. ibique Döringium. Kiessl.

97. *ἐρῇ* — *ἐρῶντι* Brunck. (*ἐρῶντι* est in uno cd. Rom.) *ἔρανται* tuetur Valcken.

Ὤρατος δ', ὁ τὰ πάντα φιλαίτατος ἀνέρι τήνῳ,
Παιδὸς ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἔχει πόθον. οἶδεν Ἄριστις,
Ἐσθλὸς ἀνήρ, μέγ' ἄριστος, ὃν οὐδέ κεν αὐτὸς ἀείδεν
Φοῖβος σὺν φόρμιγγι παρὰ τριπόδεσσι μεγαίροι,
Ὡς ἐκ παιδὸς Ἄρατος ὑπ' ὀστέον αἴθετ' ἔρωτι.
Τόν μοι, Πάν, Ὁμόλας ἐρατὸν πέδον ὅστε λέλογχας,
Ἄκλητον τήνοιο φίλας ἐς χεῖρας ἐρείσαις,
Εἴτ' ἔστ' ἄρα Φιλῖνος ὁ μαλθακός, εἴτε τις ἄλλος.
Κὴν μὲν ταῦθ' ἔρδῃς, ὦ Πὰν φίλε, μή τί τυ παῖδες
Ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευράς τε καὶ ὤμως
Τανίκα μαστίσδοιεν, ὅκα κρέα τυτθὰ παρείη·
Εἰ δ' ἄλλως νεύσαις, κατὰ μὲν χρόα πάντ' ὀνύχεσσιν
Δακνόμενος κνάσαιο, καὶ ἐν κνίδαισι καθεύδοις,

ἐρᾶνται cod. Aug. Harl. In omnibus, ut videtur, cdd. etiam in Schell. est *ἐρᾷ*, quod restituimus. Kiessl.

100. *μέγ' ἄριστος* ex cdd. Pal. et Ottob. quibus consentit cod. Aug. et edd. princ., revocarunt Reiske, Valck. et Brunck. pro *Ἄριστις*, quod, a Calliergo inductum, reperitur etiam in edit. min. Steph. et Wartoni. Imitatus est Propert. ii. 2. 29. sq. Harl. Graefius nihil vidit languidius quam hæc sic conjuncta: *ἐσθλὸς ἀνὴρ μέγ' ἄριστος.* Mihi hæc hoc quidem loco, ubi poeta aperte ludit vocabulis *Ἄριστις* et *ἄριστος,* minime videntur languida. — Ceterum hic Aristis, quod nomen viri proprium Reiskio sine causa suspectum est, cogitandus est ut citharœdus longe præstantissimus, qui ab ipso Apolline edoctus novit Arati amores, quos ad citharam canit. Kiessl.

102. *ἐκ παιδὸς* dictum ut *ἐξ Ἀφροδίτας* v. 55. et *ἐκ Μοισᾶν* vs. 129. Kiessl.

103. *Ὁμόλω γ' ἐρατ.* reposuit Brunckius: nam in pluribus cdd. scribitur aut *Ὁμόλω* (ut in Aug.), aut *Ὁμόλου* (ut in Schell.). Mons enim ille Thessaliæ dicitur *Ὁμόλη* et *Ὅμολος.* v. Valck. qui præterea [etiam ad Herodot. p. 535. conf. ad vs. 59. 60. Kiessl.] scribendum putat *ὅς γε λέλ.* Harl.

104. *τήνοιο* est ex sola edit. Commelin. Nam cdd. et principes editt. omnes *κείνοιο.* — De verbo *ἐρείδειν* vid. ad v. 24. Kiessl.

105. *εἴτ'*] Vide ad i. 123. *αἴτ' ἔντ' ἄρα* — *αἴτε τις* Brunck. et Dahl. — *ἄρα Φιλ.* ex cdd. pluribus (nam Dorvill. in Vanno Crit. p. 227. monuit, hoc in viginti cdd. scriptum legi, pro *ἄρ' ὁ Φιλ.* quod a Stephano in posteriores editiones venit), quibus adsentit August., et edd. priscis revocarunt Reiske, Valck., Brunck. quos recentiores sunt secuti. Harl. In uno Cod. Medic. *εἴτε Φιλῖνος ἄρ' ἔστιν ὁ μ.* Kiessl.

106. *ἔρδῃς* scripsimus cum Schaefero. Vulgo *ἔρδοις*, Brunck. *ἕρδοις*, cum leni spiritu. *κεἰ μὲν* unus Medic. Kiessl. *μή τί τυ* (pro *μὴ.τύ τι*) cum undecim cdd., quibuscum conspirat Aug., Brunck. reposuit. Idem dedit Valcken. in altera editione, quum antea vulgatum ordinem prætulisset. [In cd. Schell. ut in nonnullis aliis est *μή τε τύ.* K.) — Ante *μὴ* supple, 'non metuendum est, ne,' etc. Harl.

107. 108. *ὤμως* suspicatus est Valck. idque in textum receperunt Brunck. et Dahl. [Hos secuti sumus. K.] De scillis vide ad Idyll. v. 121. Respicit h. l. poeta festum in Arcadia et Chio Pani celebratum, ubi ejus simulacrum flagellare sollemne fuit, præcipue in Chio, quum choragi tenue tulissent sacrificium, nec satis epularum adposuissent; v. Schol. quod quidem festum ab avaritia choragorum metuque originem traxisse videtur. Harl. *ὅκα* dedimus cum Brunckio. Kiessl.

109. 110. *εἰ — νεύσ.*] 'sin vero alio inclinaveris.' v. Valcken. — *αἰ δ' ἄλλως νεύσοις* Brunck.; postremum e codd. Harl. Unus cod. Mediol. isque perbonus, *νεύσεις.* — *ὀνύχεσσιν* cod. Schell. — *κνάσαιο,* significatione passiva. vid. ad iii. 29. — cod. vetustus Mediol. *κνάσσαιο.* Kiessl.

Εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ
Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτω,
Ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' Αἰθιόπεσσι νομεύοις,
Πέτρᾳ ὑπὸ Βλεμύων, ὅθεν οὐκ ἔτι Νεῖλος ὁρατός.
Υ̓́μμες δ' Ὑετίδος καὶ Βυβλίδος ἁδὺ λιπόντες

111. 112. ὤρεσι correxi cum Wintertono, Valck. et Brunckio; οὔρεσι vulgo. — Hebrus (v. Voss. ad Virgil. Ecl. p. 530.), fluvius maximus et latissimus Thraciæ proprie dictæ. Multæ editiones apud Reiskium, item codd. plures (etiam Schell.) et Scholiastes habent εὖρον, quod idem est; vide Oberlin. ad Vibium (qui p. 11. scribit, 'Hebrus Thraciæ, proximus Æno oppido') in notis p. 119. hodie dicitur 'Marizza.' Edoni, gens Thraciæ, (quæ terra sedes quasi ventorum et frigoris fingebatur; v. Callimach. H. in Dian. 114. sqq. ibique Ernesti; Valer. Flacc. Argonaut. i. 610. sqq. ibique interpretes: idem Valer. vi. 340. (ubi conf. Burmannus) "Edonis," ait, "nutritum missile ventis Concitat." Adde Voss. ad Virg. Ecl. l. c.) Edoni igitur parum adcurate collocati videntur ad Hebrum fluvium. At poetæ, qui notiora, aut quæ sensum inprimis afficiunt, deligere solent, non adeo diligentes ubivis in rebus geographicis fuerunt; conf. Burmann. ad Valer. Flacc. v. 180. Virgilius ipse, qui Ecl. x. 65. nostrum imitatus est, in codice suo 'Hebrum' invenisse videtur. Quare dubito, num elegans ceteroquin et ingeniosa Hemsterhusii conjectura, Ζωναίων vel Ζωναίοις μὲν ἐν ὤρεσι, sit admittenda. Hi quidem ad Hebrum habitarunt. v. Berkel. ad Stephan. Byz. voc. Ζώνη: at Zone, urbs Ciconum, non arcton, sed meridiem versus sita est. Melius vero cum Toupio et Valcken. post ποταμὸν incideris et τετραμμένος cum ἐγγύθεν ἄρκτου conjunxeris; nisi malueris cum Koehlero p. 33. legere, ποταμὸν τετραμμένον. [Koehleri mutatio nititur hoc loco Dionys. Perieg. 296. Ἴστρος ἐς ἀντολίην τετραμμένος: ἄγχι θαλάσσης· in quo tamen sunt conjungenda τετραμμένος ἐς ἀντολίην. K.] Reiske conjecturam suam πεπραμένος, 'venditus ad Hebrum,' post quod vocabulum orationem incidit, in textum recepit: at contra codices; et lectio quorundam codd. κεκλιμένος, quod dedit Brunckius [metro everso, nisi cum duobus codd. κεκλιμμένον scripseris. K.], et in cod. Aug. pro glossemate aliquis suprascripsit, militat tanquam interpretamentum pro vulgata lectione. Compara cum nostro loco Claudian. Epigr. xxiv. 1. sq. — De Edonis v. Barthium ad Stat. Theb. v. 78. jam ab Hemsterhusio laudatum. Harl. Scite monuit Graefius, Edonos hic, ut in poeta, Thraces in universum significare, sicque Hebrum, Thraciæ fluvium, optime convenire. — Vossius post τετραμμένος orationem interpungit, quod probare non possum; nam et languide dicitur 'versus ad Hebrum,' et Græci dicunt τετραμμένος πρός, non παρά, et τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτω commode sic explicatur, 'conversus ad arcton et sic quidem, ei ut sis propinquus.' Idem igitur est quod κεκλιμένος vel κλιθεὶς ἄρκτῳ, 'vicinus.' v. Musgrav. ad Sophocl. Trach. 101. Kiessl.

114. Blemyes gens in extremis Æthiopiæ; v. Schol. et Cellar. Not. O. A. tom. ii. lib. iii. 8. 16. qui ex nostro loco suppleri potest. De Nilo v. Jablonskii Pantheon Ægyptiacum. Harl.

115. Ὑετὶς καὶ Βυβλίς, ὄρη Μιλήτου καὶ κρῆναι. Μιλήτου γάρ, φασί, καὶ Ἀρείας ἐγένοντο παῖδες Δαῦνος καὶ Βυβλίς, ἧς ἐρασθεὶς ὁ Δαῦνος (Caunus alias dicitur, quod nomen etiam hic reponi jubet Koehler, quem consules.) ἀπέλιπε Μίλητον· ἐκείνη δὲ μὴ φέρουσα ἀπήγξατο. ταύτης ἡ κρήνη ὁμώνυμος. Schol. Sensus igitur est: 'Vos Cupidines, qui relicta Hyetidis et Byblidis unda' (ob infandum et infelicem amorem) 'colitis excelsam sedem Diones,' h. e. Cyprum, quæ Veneris et Amorum est domicilium; v. Toup. [qui citat Orph. Argon. 30. αἰπεινήν τε Κύπρον, καὶ Ἀδωναίην Ἀφροδίτην. ad quem loc. conf. vv. dd. Heinsius intelligit Erycem montem. K.] — Λιπόντες igitur non mutandum est cum Reiskio, qui varia excogitavit. Dione vero, quæ est mater Veneris, etiam pro ipsa Venere sumitur; v. Bion. i. 93. ibique notam in Antholog. Gr. Poet. et Ovid. Metam. ix. 663. sqq. (add. Voss. ad Virgil. Ecl. ix. 47. p. 481.) — Vide vero a vers. 106. ingratam et stupidam veterum iram adversus deos, votis hominum non annuentes, et compara Anacr. x. 15. ibique Fabrum et Barnes. Harl. In uno cd. Med. νεῦμα pro νᾶμα, sollenni errore, quo α et ευ inter se permutantur. vid. ad v. 25. Kiessl.

Νᾶμα, καὶ οἰκεῦντες ξανθᾶς ἕδος αἰπὺ Διώνας,
Ὦ μάλοισιν Ἔρωτες ἐρευθομένοισιν ὁμοῖοι,
Βάλλετέ μοι τόξοισι τὸν ἱμερόεντα Φιλῖνον,
Βάλλετ᾽· ἐπεὶ τὸν ξεῖνον ὁ δύσμορος οὐκ ἐλεεῖ μευ.
Καὶ δὴ μὰν ἀπίοιο πεπαίτερος· αἱ δὲ γυναῖκες
Αἴ αἴ, φαντί, Φιλῖνε· τό τοι καλὸν ἄνθος ὑποῤῥεῖ.
Μηκέτι τοι φρουρέωμες ἐπὶ προθύροισιν, Ἄρατε,
Μηδὲ πόδας τρίβωμες· ὁ δ᾽ ὄρθριος ἄλλον ἀλέκτωρ
Κοκκύσδων νάρκαισιν ἀνιηραῖσι διδοίη·
Εἷς δ᾽ ἐπὶ τᾶσδε, φέριστε, Μόλων ἄγχοιτο παλαίστρας·

117. Longus in Pastor. i. cap. xi. p. 80. Boden. p. 22. Schaef. *ἡ μὲν εἴκασεν αὐτοῦ τὴν κόμην, ὅτι μέλαινα, μύρτοις· ὁ δὲ μήλῳ τὸ πρόσωπον αὐτῆς, ὅτι λευκὸν καὶ ἐνερευθὲς ἦν.* Imitatus est etiam Tibullus iii. 4. 34. 'Ῥοδόμαλον est infra Idyll. xxiii. 8. Harl. Plato in epigram. in Anthol. Gr. ed. Jacobs. t. i. p. 108. Amorem dicit *πορφυρέοις μήλοισιν ἐοικότα, παῖδα Κυθήρης.* quem locum citavit Dahlius. Kiessl.

119. *μευ* ex cdd. (fere omnibus) et edd. pr. revocavit Reiske, quem secuti sunt Valcken. et Brunck. Vulgatum *με* a Stephano in posteriores venit editiones. Atqui Simichidas queritur, non se, sed amicum suum Aratum contemtum esse a Philino. Harl. Legendum esse *μευ*, jam Casaubon. et Heinsius monuerant. Schol. *τὸν ἐμὸν φίλον οὐκ ἐλεεῖ.* In cd. Schell. videtur primo scriptum fuisse *ἐλεῇ.* Kiessl.

120—124. Corrigit se: *καὶ δὴ μάν,* 'atqui.' Sensus est: Cur advoco Cupidines, ut Philinum ad Arati amorem excitent? (v. 118.) nam Philinus est jam exoletior piroque mollior, ita ut mulierculæ dicant: 'abiit,' sive potius, 'sensim et paulatim defluit tibi flos et gratia puerilis: nec ante fores Philini amplius vigilabimus.' 'Ὑποῤῥεῖ, quod verbum Valcken. ex multis cdd., (consentientibus Aug. et Schell.) et edit. Mediol. rescripsit pro vulgato *ἀποῤῥεῖ*, est, ob præpositionem *ὑπὸ* additam, 'sensim et paulatim defluit.' Brunck. *τὸ τίν.* Idem cum Valck. ex aliquot cdd. edidit *φρουρέωμες*, quod pronuntiando est contrahendum. —*ἀλέκτωρ*, vid. Schol. et interpret. ad Longum p. 274. Boden. Sensus: 'ad amati fores alius per totam noctem excubet, et frigora matutina patiatur.' Νάρκαι ἀνιηραὶ sunt 'frigora matutina,' quæ sub galli cantum graviora esse solent. v. Toup. — *ἀνιηραῖσι* Brunck. Harl. [*αἱ, αἱ*, cd. Schell. v. ad ii. 55. — vs. 122. Jacobsio legendum videtur: *μηκέτι οἱ*: 'non amplius, o Arate, in ejus liminibus noctem transigamus.' At hoc *οἱ* plane superfluum est. — Continet hic versus blandam Simichidæ dehortationem, ne Aratus, cujus res, ut amicus, amicitiæ quadam communione suas facit, id facere pergat. — vs. 123. *ὄρθιος* cd. Schell. cum nonnullis aliis. — vs. 124. *νάρκας ἀνιηρὰς* intelligit H. Vossius inertem et molestum animi corporisque torporem exclusi amatoris, post noctem miserrime vigilatam discessum a foribus parantis. — Toupius sane verborum vim ob locum Horatianum (Sat. ii. 6. 45. "matutina parum cautos jam frigora mordent.") nimium coarctavit; neque tamen hæc frigora excludi possunt, quo minus et ipsa aliquid conferant ad amatorem infelicem, quem jam pervigilatio probe delassavit, molestissimo torpori tradendum; sicque apte conferuntur hi loci: Horat. iii. 10. 19. sq. Propert. i. 16. 23. "me mediæ noctes, me sidera prona jacentem, Frigidaque Eoo me dolet aura gelu." ibid. v. 45. "Hæc ille" (amator in limine cubans) "et si quæ miseri novistis amantes, Et matutinis obstrepit alitibus." K.]

125. *ἐπὶ τᾶσδε* ex cdd. rescripserunt Brunck. et Valck., et jam antea id placuerat Wartono et Reiskio. Vulgo *ὑπό.* [Aliquot cdd. *ἀπό.* K.] Harl. "Sententia est: solus Molon, homo scævus, pinguis, rusticus, inficetus, impurus, in hac palæstra torqueatur et excrucietur. Palæstram appellat illa tædia et supplicia, quæ tolerare debent amatores spreti, itando ad fores amati, et ad eas iterum atque iterum pervigilando, donec tandem assiduitate officiorum, patientia et importunitate pertinaciam et odium vincant crudelis et superbi amasii." Reisk. Graefius offensus

"Ἄμμιν δ' ἀσυχία τε μέλοι, γραία τε παρείη,
"Ἅτις ἐπιφθύσδοισα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι."
Τόσσ' ἐφάμαν· ὁ δέ μοι τὸ λαγωβόλον, ἁδὺ γελάξας,
Ὡς πάρος, ἐκ Μοισᾶν ξεινήϊον ὤπασεν ἦμες.
Χ' ὠ μὲν, ἀποκλίνας ἐπ' ἀριστερὰ, τὰν ἐπὶ Πύξας
Εἷρφ' ὁδόν· αὐτὰρ ἐγών τε καὶ Εὔκριτος ἐς Φρασιδάμω
Στραφθέντες, χ' ὠ καλὸς Ἀμύντιχος, ἔν τε βαθείαις
Ἁδείας σχίνοιο χαμευνίσιν ἐκλίνθημες,
Ἔν τε νεοτμάτοισι γεγαθότες οἰναρέοισιν.
Πολλαὶ δ' ἄμμιν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο
Αἴγειροι πτελέαι τε· τὸ δ' ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ
Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο κατειβόμενον κελάρυσδεν.
Τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες
Τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον· ἁ δ' ὀλολυγὼν

nomine Molonis, hoc uno loco memorati, versum sic corrigit: *τίς δ' ἐπὶ τᾶσδε, φέριστε, μολὼν ἄγχ. καλ.* Hoc *μολὼν* habet Schol. et Flor. Kiessl.

127. 128. *ἐπιφθ.* vid. ad Idyll. ii. 62. (Tibull. i. ii. 53. sq. "Ter cane, ter dictis despue carminibus.") — v. 128. *ὣς ἐφάμαν* cum quinque cdd. et *ὁ δ' ἐμὶν* Brunck. — *ὣs* cum *τόσσ'* pro varia lect. unus isque optimus cd. Paris. — *λαγωβόλ.* vid. ad Idyll. iv. 49. et quem ibi laudamus, Vossium ad Virgil. Ecl. v. 88. p. 275. Kiessl.

129. *ἦμες* edd. vett. Reisk. et Valck. [qui h. l. prætulit ut suavius auribus; contra *ἦμεν* v. 86. eamdem ob causam. K.] et in notis probavit Brunck. qui tamen in textu dederat *εἶμεν* ex cdd. Cæsar., citans Dorvill. Vann. Crit. p. 28. — *ἦμεν* cdd. Aug. Schell. edd. Commel. et Warton. Harl.

130. *Πύξας*] *οἱ μὲν τὸν ἐν Κῷ δῆμον· οἱ δὲ τόπον, ἐν ᾧ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἀφ' οὗ Πύξιος λέγεται.* Schol. Locum hunc imitatus est Paulus Silentiarius Anthol. vii. p. 603. quod observavit Arnald. Lect. Græc. p. 171. Reisk.

131. Vossius vertit: 'bei Frasidamos angelangt.' Conf. vs. 112. — vs. 132. *Ἀμύντιχος*, i. q. *Ἀμύντας*. vid. v. 2. Kiessl.

133. *σχίνοιο*, lentisci; vid. supra Idyll. v. 129. Suavis dicitur ob odorem gratum, quem spirat. Schreber.

134 — 136. *οἰναρέαισιν* codd. Aug. Schell. aliique apud Reiske [et Gaisfordium. K.], qui unice probat, idque Brunck. rescripsit. [Brunckius: "Æque bene dicitur *οἰναρέη* et *οἰνάρεον*, ut *οἰνάρη* et *οἴναρον*." In uno cod. Med. est *νεοτμάτῃσι*— *οι* *οἰναρέῃσι*· in alio cd. *οἰναρέαισιν*, in alio *οἰνεαρέοισι*, in alio *οἰνεάροισι*. — De *ἄμμιν* vid. Valcken. ad Adon. p. 236. sq. — Eustath. ad Iliad. *ρ*. p. 1112. 35 = 1151. 10. *Δωριεῖς δὲ ἀμὶν συστέλλοντες τὸ ι καὶ ὀξύνοντες. Θεόκριτος· πολλοὶ δ' ἀμὶν ὕπερθε κ. κ. δ.* — vid. ad vs. 2. Kiessl.] — *δονέοντο*, scil. *ἀνέμῳ*, ut plene dicitur Idyll. xxiv. 88. — Versu seq. *αἴγειρος* est 'populus nigra,' et voc. creticum. vid. Spanhem. ad Callim. H. in Cerer. v. 38. Harl.

137—141. *κελάρυσδε*, sine *ν ἐφελκυστικῷ* Valck. et Brunck. [Hoc *ν* etiam e cd. Schell. revocavimus. K.] — *Κελαρύζειν*, 'resonare,' est fontium vel torrentium ex alto descendentium: contra *κελάδειν* fluviorum. v. Idyll. xvii. 92. ibique Warton. — *λαλαγ.* eleganter et audacter! ob vocem, quam edunt, sonoram. v. Mollum ad Longum p. 88. (p. 24. Schaef.) qui, *ὁ τέττιξ*, ait, *ἐκ τῶν κόλπων ἐπήχησεν.* add. Valcken. [*Λαλαγεῦντες ἔχον πόνον*, 'cum summo impetu,' 'summa contentione canebant.' conf. Idyll. xxii. 187. Hes. Scut. 305. ad quem loc. laudat Heinrich. Villois. ad Long. p. 52. Plura dedit Valcken. ad nostrum locum, cujus elegantiam Salvinius mutando *πόθον* depravatum ibat. Kiessl. — *αἰθαλίωνες* dcc. secundum Schol. vel quod calore solis delectantur, vel quod sole ardente lubentius canunt. [Voss. vertit: 'froh der Besonnung.' Finkenstein. 'Sommerlustig.' Etiam ad cor-

Τηλόθεν ἐν πυκιναῖσι βάτων τρύζεσκεν ἀκάνθαις.
Ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες, ἔστενε τρυγών·
Πωτῶντο ξουθαὶ περὶ πίδακας ἀμφὶ μέλισσαι.
Πάντ' ὦσδεν θέρεος μάλα πίονος, ὦσδε δ' ὀπώρας.
Ὄχναι μὲν παρὰ ποσσί, παρὰ πλευραῖσι δὲ μᾶλα
Δαψιλέως ἁμῖν ἐκυλίνδετο· τοὶ δ' ἐκέχυντο
Ὄρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔρασδε.
Τετράενες δὲ πίθων ἀπελύετο κρατὸς ἄλειφαρ.
Νύμφαι Κασταλίδες Παρνάσιον αἶπος ἔχοισαι,
Ἆρά γέ πα τοιόνδε Φόλω κατὰ λάϊνον ἄντρον
Κρατῆρ' Ἡρακλῆϊ γέρων ἐστάσατο Χείρων;

pusculi colorem potest referri. v. Epigr. Meleagr. cxi. *αἰθίοπι κλάζεις χρωτὶ μέλισμα λύρης.* — Vocab. *ὀλολυγὼν* Voss. reddit: Käuzlein (ulula), Finkenstein. Sprosser, Bindemann. Drossel. — Brunck. dedit *πυκιναῖσι*, quæ forma hic defendi videtur lectione unius cod. *πυκινοῖσι*. Kiessl.] —De *κορύδοις* vid. ad v. 23. et Hoeschel. ad Phrynichi Eclog. p. 150. ed. Pauw. — De acanthide, ita dicta, quia *ἀκάνθας*, 'carduos,' amat, in iisque commoratur, vid. Schol. Virgil. Georg. iii. 338. ['Acalanthis' s. 'acanthis,' s. 'carduelis,' Stiegliz, Distelfink, Rothvogel, Goldfink: v. Voss. ad loc. Virgil. p. 608. — A Reiskio de acanthide laudatur Jacobus Nicolaus LoensisEpiphyllid. iii. 26. (p. 392. t. v. Lampad. Grut.) Kiessl.] et Antonin. Liber. Metam. p. 52. ed. Verheyk. ibique Muncker. Harl. — De turture conf. Voss. ad Virgil. Ecl. p. 36. Kiessl.

142. *πωτῶντο*, ut Iliad. xii. 287. et *πωτῶνται* Idyll. xv. 122. v. Valcken. ad Adoniaz. p. 400. B. et viros doctos ad Gregor. Corinth. de Dial. p. 271. sqq. Usitatum est etiam *πωλέομαι* (Iliad. α. 490.) pro *πολέομαι*. Kiessl.

143. *ὅσδε* quatuor codd. bis apud Gaisford. *ὦσδε* Brunck. — item quinque cdd. *ὀπώρας* cum Brunck. pro *ὀπώρης*; idque rescripsimus. Kiessl.

144. Compara locum elegantem Longi in Pastoral. iii. cap. 26. p. 386. sq. (p. 104. sq. ed. Schaef.) — add. Virgil. Ecl. vii. 54. "strata jacent passim sua quæque sub arbore poma:" ibique Voss. p. 371. — *παρὰ ποσσὶ* pro *πὰρ* ex pluribus cdd. apud Gaisford. recepi. Mox Brunck. dedit cum quatuor cdd. *περὶ πλευραῖσι*. hoc *πλευραῖσι* nos quoque dedimus. In duobus cdd. est *πλευροῖσι*, et in uno *παραὶ* a prima manu. Kiessl.

145. Pro *ἄμμιν* volentibus Valcken. et Graefio dedimus *ἁμῖν*, ut v. 11. et viii. 13. Gerhard. in Lect. Apoll. p. 117. mavult *ἅμιν*. — *δὲ κέχυντο* cdd. Aug. et Schell. item duo alii apud Gaisford. — De voc. *δαψιλῆς* conf. Ernesti ad Callimach. H. in Del. 125. Kiessl.

146. Citant hunc versum Etymologus in *Βράβηλα*, Suidas in *Βράβυλα*, et Athenæus ii. p. 50. A. — *Βράβυλα, τὰ κοινῶς κοκκύμηλα, ἤγουν δαμασκηνά.* Schol. vid. Port. Lex. Dor. voc. *ὅρπαξ* (*ὅρπηξ*), Suidas h. v. Jac. Nic. Loensis Epiphyll. ix. 12. [et Bod. a Stapel ad Theophrast. p. 318. Schreb.] Harl.

147. *πίθω* ex Ottob. Reg. Paris. et uno ex Cæsareis dedit Brunck. et ita legit etiam Gregor. Cor. §. 90. p. 128 = 273. (ad quem vid. notas vv. dd.), qui *τετράενες* (ab *ἔνος*, 'annus') pro *τετραετὲς* poni tradit. Brunckius vero, "unum," inquit, "convivis depromsisse cadum sufficere debuit. Si plures reliti fuissent, ideo fuisset factum, quia diversa fuissent vina. At eane omnia quadrima?" Bene et ingeniose quidem: at in oratione vulgari et in medio quasi posita, cujus indolem et rationem poetæ, præcipue bucolici, sequi solent, ista subtilitas non ubique servatur. — *ἀπελύετο* (pro vulgato *ἀπολύετο*, quod etiam Gregorius habet) ex duobus cdd. Florent. (quibus septem alii apud Gaisford. accedunt) rescripsit cum Koppiersio in Obss. Philol. p. 73. et Brunckio Valckenarius. Harl. In cd. Schell. a manu correctrice est *ἀλεῖφαρ*. — Horat. Od. iii. 8. 9. "Hic dies — corticem adstrictum pice dimovebit Amphoræ." ubi conf. Mitscherl. — Archiloch. Fragm. xlix. *κοίλων πώματ' ἄφελκε κάδων*, ad quem locum conf. Liebel. p. 143. Kiessl.

148. 149. Digressio poetica, eaque ele-

Ἆρά γέ πα τῆνον τὸν ποιμένα τὸν ποτ' Ἀνάπῳ
Τὸν κρατερὸν Πολύφαμον, ὃς ὤρεσι λᾶας ἔβαλλεν,
Τοῖον νέκταρ ἔπεισε κατ' αὔλια ποσσὶ χορεῦσαι,
Οἷον δὴ τόκα πῶμα διεκρανώσατε, Νύμφαι,
Βωμῷ πὰρ Δάματρος ἁλωάδος; ἇς ἐπὶ σωρῷ
Αὖθις ἐγὼν πάξαιμι μέγα πτύον· ἁ δὲ γελάξαι,
Δράγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέραισιν ἔχοισα.

gans. [παρνάσσιον Cod. Schell.] De Pholo Centauro vid. Schol. Athen. xi. p. 499. Apollod. ii. 5. 4. (Obss. Heynii p. 147.) Warton. ad Idyll. xxiv. 136. Harl. Adde Orphei Argon. v. 419. — Vers. 150. dedimus κρατῆρ' cum Brunck. et uno cod. Kiessl.

151. Ἀνάπω, sine iota subscripto, correxit Heinsius (atque sic scriptum in cod. Aug. ac Florent.) his inductus verbis interpretis Apollonii: ἡ δὲ ποτὶ πρόθεσις παρὰ μὲν Δωριεῦσι πρός, παρ' ἡμῖν δὲ καὶ Ἴωσιν εἴληπται ἀντὶ τῆς παρά. [quæ mera sunt somnia. K.] Sed iota illud reduxit Valckenarius. De Anapo, fluvio Syracusarum, vid. ad Idyll. i. 68. Harl.

152. Odyss. ix. 481. s. ἧκε δ' ἀποῤῥήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο· κὰδ δ' ἔβαλε προπάροιθε νεὼς κυανοπρώροιο. propter hunc locum Heinsius in loco Theocriteo pro vulgato λᾶας scripsit νᾶας, 'totis montibus naves petiit.' quæ mihi oratio a modesta Theocriti elegantia prorsus abhorrere videtur. Mæcenati jam ille Homeri locus tumidus videbatur præ Virgiliano Æn. x. 128. "haud partem exiguam montis." ad quem v. Heyn. Hinc νᾶας, licet magnos patronos, ut Valcken., Brunckium, alios, invenerit, expuli et λᾶας revocavi. ὤρεα appellatur tota regio Ætnæa, ut apud Mosch. iii. 132. — Jacobs. dedit ὤρει ob numeros. — ἔβαλλεν cdd. Aug. et Schell. Kiessl.

153. Odyss. ix. 359. ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀποῤῥώξ. — vs. 154. Etymol. p. 273. 38. Διεκρανώσατε σημαίνει τὸ ἀνεφύξατε· παρὰ τὸ κάρα, διεκαρανώσατε· — δοκεῖ γὰρ τῶν πίθων ἡ ἀλοιφὴ κάρα εἶναι. Οὕτως Ἀμάραντος, ὑπομνηματίζων τὸ εἰδύλλιον Θεοκρίτου, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ Λυκίδας, ἢ Θαλύσια. — In sex cdd. est διακρανάσατε. Kiessl.

155. Ceres ab ἅλωὰ dicitur ἁλωῒς et ἁλωάς. Harl. In pluribus hic cdd. legitur ἁλωΐδος, et in Junt. ἁλωΐαδος. Kiessl.

156. 157. γελάξαι Valck. dedit in altera edit., sic etiam Brunck. In priore ille scripserat γελάσσαι cum plurimis cdd. (etiam Schell.) Vulgo γελάσαι. Insuper dedimus ἐγὼν cum Brunckio. — In optimo cd. αὖτις. K. — Vs. 157. δράγματα, plenius Callim. H. in Del. 284. ubi vide Th. Graevium, et H. in Cerer. 20. ubi vide Spanh. δράγματα ἀσταχύων. Arista vero et papaver fuerunt Cereris insignia; v. Interpret. ad Callim. H. in Cer. 45. et librum sic inscriptum, Papaver ex omni Antiquitate erutum, Norimbergæ, 1713. Harl. Cum Brunckio ex aliquot cdd. recepi ἀμφοτέραισιν. in aliis cdd. est ἀμφοτέροισιν. Cd. Schell. præbet ἐπ' pro ἐν. Adde Koen. ad Gregor. Corinth. p. 362. Heyn. ad extrem. Tibull. Eleg. i. x. Kiessl.

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ η'.

ARGUMENTUM.

Disceptant in hoc Idyllio duo pastores, qui cum certaminis scena designantur vss. 1. —5., Daphnis, celeberrimum apud Siculos nomen (cf. v. 93. ibique Schol.) et Menalcas, ambo cantus et musices peritissimi, amœbæo carmine, cujus occasio a mutua provocatione petitur. — 6—12. Præmio, quo decernant, constituto (—24.) vicinoque caprario, ut arbitri partes suscipiat, advocato (— 29.) ipsum carmen exordiuntur, ita quidem, ut primum quaternis versibus, (— 69.), tum octonis respondeant. — 79. Certamine finito caprarius Daphnidi propositum adjudicat præmium. Hanc vero victoriam ita repræsentat poeta, ea ut Daphnis futuræ apud posteros gloriæ prima fundamenta jecisse censeatur. — Etiam auctor Arethusæ (p. 72. sq. sec. edit.) Daphnidem intelligit cantatissimum illum pastorum Siculorum heroa, Veneri invisum, in cujus obitu describendo Idyllium i. versatur. Conferendus est de hoc carmine libellus C. G. Wernsdorfii sic inscriptus: Cantores, Theocriti Idyllium viii. Latino versu expressum. Accedit Spicilegium Observationum inprimis de Carmine Amœbæo, Helmstadii, CIƆIƆCCCII. 8. — Ch. Dan. Beckius, qui de veterum auctorum scriptis non leviter judicare solet, in Observatt. Critico-exegeticis, P. v. p. 8. de hoc poemate hanc dixit sententiam: " Idyllium viii. inter Theocritea totum spurium censeo, factum quidem ad imitationem Theocriteæ simplicitatis, sed ita ut verum principis bucolicorum poetarum ingenium raro adpareat." — Plurimos inde versus expressit Virgilius Eclog. iii. et vii.

ΔΑΦΝΙΣ, ΜΕΝΑΛΚΑΣ, ΚΑΙ ΑΙΠΟΛΟΣ.

Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνήντετο βωκολέοντι
Μᾶλα νέμων, ὡς φαντί, κατ' ὤρεα μακρὰ Μενάλκας.

In Brunckii Analectis est Idyll. iii. — Rusticæ simplicitatis exemplum suavissimum esse, jam Vavassor de Ludicra Dictione p. 114. sqq. ed. Kapp. ostendit. Harl.

1. 2. *βωκολέοντι* pro *βουκολέοντι* dedimus cum Valck. et Brunck. — Piersono in Verisimil. p. 46. legendum censenti pro *ὡς φαντί, Διόφαντε*, cui Diophanto Theocritus Idyll. xxi. inscripsit, quemadmodum Idyll. vi. Arato, Idyllia xi. et xiii. Niciæ medico, Reiskius hoc opposuit, multas et dissimiles a pastoribus jactatas fuisse fabellas de hujusmodi pastoribus, ut de magnis illis mythicis heroibus, quarum commune præloquium, " aiunt, fama fert antiqua, fuisse aliquando hos vel illos reges, pastores, etc." Kiessl.

Ἄμφω τώγ' ἤτην πυῤῥοτρίχω, ἄμφω ἀνάβω,
Ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν.
Πρᾶτος δ' ὦν ποτὶ Δάφνιν ἰδὼν ἀγόρευε Μενάλκας.
Μεν. Μυκητᾶν ἐπίουρε βοῶν Δάφνι, λῇς μοι ἀεῖσαι;
Φαμί τυ νικασεῖν ὅσσον θέλω αὐτὸς ἀείδων.
Τὸν δ' ἄρα χ' ὡ Δάφνις τοιῷδ' ἀπαμείβετο μύθῳ·
Δαφ. Ποιμὰν εἰροπόκων ὀΐων συρικτὰ Μενάλκα,
Οὔ ποτε νικασεῖς μ', οὐδ' εἴ τι πάθοις, τύ γ' ἀείδων.
Μεν. Χρῄσδεις ὦν ἐσιδεῖν, χρῄσδεις καταθεῖναι ἄεθλον;
Δαφ. Χρῄσδω τοῦτ' ἐσιδεῖν, χρῄσδω καταθεῖναι ἄεθλον.
Μεν. Ἀλλὰ τί θησεύμεσθ', ὅ κεν ἁμῖν ἄρκιον εἴη;
Δαφ. Μόσχον ἐγὼ θησῶ· τὺ δὲ θές γ' ἰσομάτορα ἀμνόν.
Μεν. Οὐ θησῶ ποκὰ ἀμνόν, ἐπεὶ χαλεπός θ' ὁ πατήρ μευ

3. 4. Virg. Ecl. vii. 4. "Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo, Et cantare pares et respondere parati." Ἤτην scribi potuit et ἤστην, quod est in cdd. Rom. et Paris. et in edit. Mediol. In aliis ἦσθην. — Pro ἀνάβω ex scholiis aliam lectionem ἐνάβω eruit et probavit Hemsterhusius. Etiam Wakefield. in Syl. Crit. P. ii. p. 144. sq. corrigit ἐνάβω· 'ambo barbam florescentes,' 'ambo florentes ætatibus.' Nam ἄναβος, inquit, est qui nondum ex ephebis excessit nec vestitur vel lanugine pullulantis barbæ: πυῤῥότριχος autem, cui barba quidem enascitur, sed nondum fit hirsuta. Etiam Graefe ad Idyll. vi. 3. vult πυῤῥοτρίχω hos non dici propter flavos capillos, sed propter flavescentem primam barbæ lanuginem. Vossius contra vertit blondlockig. Kiessl.

4. τυρίσδεν quatuor cdd. apud Gaisford. vid. ad i. 3. Kiessl.

5. Ob vim et potestatem part. δ' ὦν Hoogeven. de Particulis L. Gr. p. 272. sq. (p. 141. Epit. Schütz. edit. alt.) nostrum versum ita vertit: 'prior vero Daphnis intuens cecinit. Cecinit ergo hoc modo.' Harl. Meliora docet Riemer. in Lex. Gr. s. h. v. 2.) Kiessl.

7. νικαξεῖν, et versu 10. νικαξεῖς Brunck. improbante Valcken. νικασῆν ed. pr. et Mss. Harl.

9. Dorville ad Chariton. p. 604. ed. Lips. affirmat, cod. Taurinensem, quem optimum appellat, exhibere συριγκτά. vid. ad vii. 28. Kiessl.

10. ἀείδων conjungendum esse cum νικασεῖς, docet vs. 7. et 84. Commate igitur post πάθοις orationem distinximus secuti Süvernum v. Ill. in Obss. Crit. in Vett. Auctor. loca nonnulla (Elbingæ, 1806.) qui locum sic vertit: 'nunquam tu quidem, nec ullo modo cantando me vinces.' Kiessl. πάθῃς e cdd. Brunck. in textu dederat: in notis vero defendit αἴ τι πάθοις. Harl.

11. χρήσδεις ὦν, omisso δ', et ubique deleto in hoc verbo iota subscripto, dedit Brunck. [Hoc δ', quod plane superfluum est, omisimus auctoritate unius et optimi cod. K.] χρήζεις Aug. cod. Compara Virg. Ecl. iii. 28. et Stephani Obss. in Virgilian. Theocr. Imit. p. 56. ed. min. χρῄσδεις ὦν Valck. Harl. [Aliquot cdd. et ed. Mediol. καταθῆναι. Kiessl.]

13. Valckenario videtur hic olim lectum fuisse καὶ τί γα θησ. Kiessl.

14. θὲς ἰσομάτ. deleto γε ex auctoritate Aldinæ rescripsit Reiske et probavit Valcken. habet vero illud γε cod. Aug. (etiam Schell.) atque reliqui libri editi. At in sequenti versu post ποκα particulam γε, quæ est in exemplo Commelin. Warton. etc. auctoritate cod. Aug. Winterton. Brunckii, Reiskii, Valck. et aliorum librorum apud Reiskium (et Gaisford.) expunxi. — ἰσομάτορα contra Piersonum (qui suspicatur scribendum esse λιπομάτορα, 'agnum depulsum') bene defendunt Ruhnken. ad Hesych. Albert. Auctar. t. ii. p. 75. et Warton. ad Theocrit. Idyll. xvii. 70. Harl. [Virg. Æn. ix. 528. "statuam ante aras juvencum — pariterque caput cum matre ferentem:" ubi Heyn. nostrum locum confert. Kiessl.]

15. 16. Virgil. iii. 32. sqq. "De grege non ausim quidquam deponere tecum: Est

Χ' ἁ μάτηρ· τὰ δὲ μᾶλα ποθέσπερα πάντ' ἀριθμεῦντι.
Δαφ. Ἀλλὰ τί μὰν θησεῖς; τί δὲ τὸ πλέον ἕξει ὁ νικῶν;
Μεν. Σύριγγ', ἃν ἐπόησα καλὰν ἐγὼ ἐννεάφωνον,
Λευκὸν καρὸν ἔχοισαν, ἴσον κάτω, ἶσον ἄνωθεν,
Ταύταν κατθείην· τὰ δὲ τῶ πατρὸς οὐ καταθησῶ.
Δαφ. Ἦ μάν τοι κἠγὼν σύριγγ' ἔχω ἐννεάφωνον,
Λευκὸν καρὸν ἔχοισαν, ἴσον κάτω, ἶσον ἄνωθεν.
Πρώαν νιν συνέπαξ'· ἔτι καὶ τὸν δάκτυλον ἀλγέω
Τοῦτον, ἐπεὶ κάλαμός γε διασχισθεὶς διέτμαξεν.
Ἀλλὰ τίς ἄμμε κρινεῖ; τίς ἐπάκοος ἔσσεται ἁμέων;
Μεν. Τῆνόν πως ἐνταῦθα τὸν αἰπόλον ἦν καλέσωμες,
Ὧι ποτὶ ταῖς ἐρίφοις ὁ κύων ὁ φάλαρος ὑλακτεῖ.
Χ' οἱ μὲν παῖδες ἄϋσαν, ὁ δ' αἰπόλος ἦνθ' ἐπακούσας.

mihi namque domi pater, est injusta noverca; Bisque die numerant ambo pecus, alter et hædos." Dahl. ex Stephani sententia vs. 16. dedit ποθ' ἕσπερα pro ποθέσπερα. Quod dicit, vulgatum minime defendi loco Idyll. iv. 3. hoc falsum est; nam articulus et omitti et addi potest. Kiessl.

18. ἐποίησα, καλὰν ἔχω, ἐννεάφ. 'fistulam, quam feci, habeo pulcram, novem vocibus,' conjecit Warton., ut versui 21. responderet, et rescripsit Brunckius. Id vero num necessarium fuerit, subdubito, et Valckenarium reperi consentientem. [Hæc mutatio elumbem facit orationem. K.] Cdd. plures et pr. edd. ἐπόησα, Attice et Dorice, quod non displicet Brunckio, qui item vs. 21. dedit κἠγών. conf. Stephan. Obss. ad Theocr. p. 41. sq. in ed. min. [De ποεῖν vid. ad Gregor. Cor. p. 75. add. ad iii. 9. et vi. 31. De syringe ἐννεαφώνῳ Voss. ad Virgil. Ecl. p. 72. Kiessl.]

23. ἀλγέω scripsimus cum Brunckio, ut iii. 52. Kiessl..

24. γε lectionem plurimorum cdd. cum Valcken. et Brunckio restitui: Reiske in duas divisit litteras, et dedit γ' ἐ. A Stephano lectio με in quasdam recentiores venit editiones. Harl. Reiskius negans, recte dici διέτμηξέ με ὁ κάλαμος τὸν δάκτυλον, non meminerat plurimorum Homeri aliorumque auctorum locorum, in quibus sic duo accusativi conjuncti sunt. Kiessl.

25. ἁμέων recepit Valck. e cdd. et ed. Flor. cum Brunck. Harl.

26. πῶς cum circumflexo et signo interrogationis in fine versus Reiske ex ingenio dedit, interpretatus, 'quid si vocemus?' In reliquis autem libris et versus interrogationis signo, et πως accentu caret: vulgataque lectio in salvo est; modo ne πως interpreteris 'quodammodo.' sic enim oratio languesceret. imo πως etiam est particula commoda circumspecte loquentibus, suæque opinioni diffidentibus, nonnunquam dubitantibus. vide Hoogeveen de Particulis L. Gr. p. 1115. sq. (Epit. Schütz. p. 551.) Harl. Graefius hunc versum sic legendum suspicatur: τῆνον, πῶς; ἐνταῦθα τὸν αἰπόλον ἦν καλέσωμες! Kiessl.

27. ᾧ ποτὶ Brunck. Warton. cdd. Aug. et Schell. — Quum φάλαρος Idyll. v. 104. sit nomen arietis, non canis, Theocritus autem canis omissa mentione scripturus fuisset ὁ φάλαρος, Valckenarius in Epist. ad Röver. p. 17. hunc versum spurium censet. quem ingeniose vindicat Schneider. in Bibl. Phil. vol. i. p. 129. intelligens 'canem album,' atque bene sic interpretatur: 'vocabimus illum pastorem, cujus apud hœdos albus iste canis est et latrat.' — Valcken. tamen in edit. altera, sententia illa retractata, cum Toupio legere malit ἐρίφοισι κύων. Harl. Piersono placuit φίλαρνος, quod Dahl. dubitat an nusquam occurrat. De voc. φάλαρος conf. Schneider. in Lex. Gr. Kiessl.

28. Χοἱ in hoc et sequenti versu edd. vett. et Brunck. χ' οἱ Winterton. ee Valcken. [quos cum recentioribus secuti sumus. K.] χῳ Warton. Reiske, etc. — ἐπακοῦσαι, 'audiendi caussa,' Ald. Steph. etc. ἐπακούσας, 'obsequutus,' Callierg. Winterton. Brunck. Valcken. [item Schaefer., etiam cd. Schell. et sane præferendum est, modo intelligas sic: 'voce audita.'

Χ' οἱ μὲν παῖδες ἄειδον, ὁ δ' αἰπόλος ἤθελε κρίνειν.
Πρᾶτος δ' ὦν ἄειδε λαχὼν ἰϋκτὰ Μενάλκας.
Εἶτα δ' ἀμοιβαίαν ὑπελάμβανε Δάφνις ἀοιδὰν
Βωκολικάν· οὕτω δὲ Μενάλκας ἄρξατο πρᾶτος·
Μεν. Ἄγκεα καὶ ποταμοί, θεῖον γένος, αἴ τι Μενάλκας
Πᾷ ποχ' ὁ συρικτὰ προσφιλὲς ᾆσε μέλος,
Βόσκοιτ' ἐκ ψυχᾶς τὰς ἀμνίδας· ἢν δέ ποκ' ἔνθῃ
Δάφνις ἔχων δαμάλας, μηδὲν ἔλασσον ἔχοι.
Δαφ. Κρᾶναι καὶ βοτάναι, γλυκερὸν φυτόν, αἴπερ ὁμοῖον
Μουσίσδει Δάφνις ταῖσιν ἀηδονίσιν,
Τοῦτο τὸ βωκόλιον πιαίνετε· κἤν τι Μενάλκας
Τεῖνδ' ἀγάγῃ, χαίρων ἄφθονα πάντα νέμοι.
Μεν. Παντᾶ ἔαρ, παντᾶ δὲ νομοί, παντᾶ δὲ γάλακτος
Οὔθατα πλήθουσιν, καὶ τὰ νέα τρέφεται,

Nam quod Vossius in Ephemer. Heidelb. judicat, *ἐπακούσας* sic per se intelligi, huic rationi hic, ubi membrorum concinnitas hoc verbum efflagitat, non multum est tribuendum. K.] — Ceterum hic versus in cd. Aug. omissus est. HARL.

29. *κρίνειν* pro *κρῖναι* post Brunckium dedit Gaisford. ex pluribus cdd. Etiam in Schell. est. Hinc recepimus. KIESSL.

30. *ἰϋκτὰ* Dor. pro *ἰϋκτής*, h. e. *ὁ συρικτής*, *ὁ λιγύφθογγος*. v. Schol. HARL. [Hæc terminatio pertinet ad priscam linguam Græcorum, ut apud Homerum *εὐρυόπα*, et multa alia. — Cum Brunckio scripsimus *ἀμοιβαίαν*. — De *ἀμοιβ. ἀοιδ.* v. Voss. ad Virg. Ecl. p. 129. KIESSL.]

33. *θεῖον γένος* unice ad *ποταμοὺς* referendum, ut v. 37. *γλυκερὸν φυτὸν* ad *βοτάνας*, quod scite notat Graef. KIESSL.

34. *πᾷ* pro *πῇ* cum Winterton. Valcken. aliisque reposuimus. K. *συρικτὰ*, Æolice, optimi libri apud Warton. (et Gaisford.) qui in notis probat, idemque Reisk. Valck. atque Brunck. dederunt. *συρικτὰς* codd. Aug. Schell. Call. (in Scholiis), Stephan. Warton. in textu, atque Salvin. in Wartoni Addendis p. 352. defendit. HARL.

35. *ἐκ ψυχᾶς*, 'ex animi mei sententia, prout ipse ego volo atque cupio.' — *ἀμνίδας* Steph. Warton. Brunck. Valck. qui tamen formam rariorem *ἀμνάδας*, in codd. et edd. pr. servatam, probat. HARL. Graefius intelligit *ψυχὴν* fluviorum, ut deorum, *θείου γένους*. KIESSL.

36. Jacobsius olim lectionem *ἔχων*, quum eodem versu occurrat *ἔχοι*, corrigendam censuit *ἐλῶν*, dissentiente Ahlwardto, qui vulgatum servari aut legi vult *ἄγων*. DAHL.

37. 38. *γλυκερὰ φυτὰ* e duobus cdd. (quibus duo alii apud Gaisford. accedunt) Brunck.; minus bene. idem *μουσίσδει* cum quatuor cdd. HARL. [Hoc cum Schaef. recepimus. In uno cd. est *μοισίσδει*, in uno denique *μωσίσδοι*, ut *μοῦσα*, *μοῖσα*, *μῶσα*. Optativum prætulit Eichstadt. p. 48. Ex cdd. Aug. et Schell. scripsimus *ἀηδονίσιν*. KIESSL.]

39. 40. *βωκόλιον* pro *βουκόλιον* dedimus cum Valcken. ex tribus codicibus. — Versu 40. scripsimus *τεῖνδ'* ex optimo cod. Paris. cum Brunck. Dahl. Jacobsio pro vulgato *τῇδ'*. In Edit. Junt. *τεῖδ'*, Wintert. *τᾷδ'*. conf. ad v. 32. Restituimus item *ἀγάγῃ* pro *ἀγάγοι*, quod etiam Toup. in Addend. ut Valcken. e Scholiaste rescribendum duxit, cum Brunckio aliisque editoribus. KIESSL.

41—43. *πάντα* cod. Aug. et edd. priscæ. [Cd. Schell. ter *πάντα*.] *παντᾷ* (η) Stephan. *παντᾶ* cum Gregorius de Dial. p. 95 = p. 213. tum inprimis Koen. ad illum locum probat et defendit. — *νομαὶ* Brunck. ex pluribus cdd. *νομὴ* cod. Aug. [et duo alii apud Gaisf.] Compara Virgil. Ecl. vii. 53. sqq. (ibique Voss. p. 372.) — *πλήθοντι* Brunck. [Mss. præbent *πλήσουσιν*, *πηδῶσιν*, *πηδῶσι*, *πληθοῦσι*.] Idem et cod. Aug. [Schell. multique alii apud Gaisford.] *ἐπινείσσεται*. (vid. ad vii. 25.) conf. Ernesti ad Callim. H. in Jov. v. 13. Valcke-

Ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
Χ' ὡ ποιμὰν ξηρὸς τηνόθι, χ' αἱ βοτάναι.
Δαφ. Ἔνθ' ὄϊς, ἔνθ' αἶγες διδυματόκοι, ἔνθα μέλισσαι
Σμάνεα πληροῦσιν, καὶ δρύες ὑψίτεραι,
Ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
Χ' ὡ τὰς βῶς βόσκων, χ' αἱ βόες αὐότεραι.
Μεν. Ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας
Μυρίον, ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι·

nario tamen ista, ἔνθ' ἁ κ. παῖς ἐπινίσσ. haud videntur esse Theocritea. Piersonus correxit ἔνθ' ἁ καλὰ ποσσὶ 'πινίσσεται. [Piersonum scribere saltim debuisse πόσσ' ἐ. monet Gaisford.]—Idem Valcken. v. 43. et 47. e codd. reposuit ἀφέρποι. [Conjunctivum in utroque versu multi cdd. recte tuentur.] Harl. Graefius scribit: ἁ παῖς ἁ καλὰ ἔνθ' ἐπινίσσεται· αἰ δ' ἂν ἀφέρποι. Kiessl.

46. σμάνεα πλαρεῦντι Brunck. (cum sex cdd.). — δρύας ὑψιτέρας malit Reiske, 'apes implent melle tam corbes' vel 'alveos' [σμάνεα idem esse monet atque σίμβλα. v. Schol. ad i. 107.] 'quam quercus altas;' apes vero mellificare in quercubus et aliis arboribus cavis, notum esse scribit. Ego vero, suavitati et dulcedini vitæ rusticæ et pastoralis, quæ arbores amat, ideoque Theocrito ne injuriam faciat, valde metuo. Harl.

48. Valckenario in Epist. ad Röver. p. 11. displicet hic versus cum versu 46. tanquam Theocrito indignus propter ingratum tot spondeorum concursum: eum tamen legisse atque imitatus esse Virgilius Ecl. iii. 100. sq. videtur cl. Koehlero p. 34. qui contra versus 49—52. ingenium potius grammatici cujusdam quam Theocriti sapere, recte arbitratur. Harl.

49. ὦ βάθ. legit Schol. et ita legendum esse judicarunt Casaub. Lectt. Theocr. cap. x. Reiske, Warton, Brunck; supplendum est δεῦρο: 'huc ades, ubi altitudo silvæ est immensa.' Vulgo ὦ, 'o!' Reiske malit ὡς, 'ad:' 'huc ades ad profunditatem silvæ immensam.' Idem Reiske bene observat, verss. 49—52. Daphnidi, verss. vero 53—56. Menalcæ esse tribuendos; et Brunck. quoque verss. 49 — 52. Daphnidi tribuit, omisso nomine Menalcæ, reliquos autem a versu 53. ad versum 60. soli Menalcæ. Harl. Palmerius in Exerc. p. 802. conjecit ᾧ βάθος, 'de barba hirci' verba intelligens. Sic etiam Wernsdorf. in libello, cujus titulum supra posuimus, p. 11. sq., ubi hunc locum sic interpretatur: 'qui immensam densi capillitii silvam' corpore 'sustines, cui silva immensa dorsum inumbrat.' Quum Latinis in usu sit 'silva' de pilis intricatis et horridis, de hispido supercilio et similibus (Juvenal. Sat. ix. 13. "horrida siccæ silva comæ." Maximianus Hetruscus El. i. 140. de supercilio: "Desuper incumbens hispida silva premit.") videntur huic viro docto etiam Græci ὕλη sic usurpasse, et verba βάθος ὕλας significare ὕλην δασεῖαν. Reliqua sic expedit: ἐν τήνῳ scil. τόπῳ, i. q. ἐκεῖ, nempe propter fontem sedet Milon; aut ἐν est pro παρά, 'ad,' 'propter,' et τήνῳ refertur ad ὕδατι. Etiam Finkenstein. et Bindemann. sequuntur Palmerii explicationem, retenta tamen particula exclamandi ὦ, sic ut comica vi hircus ipse ob densum capillitium vocetur βάθος ὕλας μυρίον. — Graefius, cui hæc omnia elegiaca, quæ rectius epigrammatica dixeris, adeo elegantia et poetica videntur, ut ne unum quidem tetrastichon ab inepto versificatore excogitari potuerit, verissime item monet, carmen amœbæum totum parallelismo teneri, et longe perfectissimum parallelismum regnare in his alternis tetrastichis, indeque simul omnem hujus loci criticam explanationem, tanquam primario quodam fonte derivandam esse. Jam quum in omnibus ac singulis imaginibus exacte sibi respondeant duo priora tetrastichorum paria, ut rursus illud, quod ultimum locum occupat: quod sine parallelismo solum in medio relinquitur tetrastichon vv. 49—52. ita integrum nullo pacto esse potest. — Locum ipsum vir ingeniosus p. 34. sic addendo refingit: Μεν. Ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας μυρίον, ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι· ἐν τήνῳ γὰρ τῆνα. ἴτ', ὦ φίλαι, εἴπατε δ' αὐτᾷ, ὡς Φοῖβος ποίμναις, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμεν. Δαφ. Ταῦρε φίλ', ἀργεννᾶν δαμαλᾶν πόσις, ὦ βάθος ὕλας μυρίον, ὦ λευκαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ δαμάλαι· ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος. ἴθ', ὦ κόλε, καὶ λέγε τήνῳ, ὡς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμεν. Eichstadtius, qui cap. iv. de hoc loco di-

Ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος· ἴθ' ὦ κόλε, καὶ λέγε Μίλων,
Ὡς Πρωτεὺς φῶκας, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμεν.

ligentissime et elegantissime disputat, cum summa probabilitate aliquot versus sic transponit, ut legibus carminis amœbæi plane satisfiat. Nimirum Menalcæ tribuit vv. 45. 46. 43. 44. tum Daphnidi vv. 41. 42. 47. 48. Menalcæ vv. 57. 58. 59. 60. Daphnidi vv. 49. 50. 51. 52. Menalcæ vv. 53. 54. 55. 56. Post hunc versum tetrastichon, quo Daphnis responderit, e textu excidisse censet. Contra Wernsdorfius, nihil hic librariorum culpa excidisse putans, Daphnidis silentium refert ad exquisitam artis elegantiam, qua mores pastorum, in carminibus amœbæis certantium, quatenus ii valere possunt ad favorem judicis in alterutram partem inclinandum, notare et insignire solent poetæ bucolici. Nimirum amoribus suis intelligens Menalcas Daphnin opponere suam cum Milone amicitiam et intimi in ipsum amoris affectum, quasi suspicans, jam minus se, quam Daphnin, probari Miloni arbitro, amoris sui æstum cum juvenilis ætatis lubrico, tum ipsius Jovis exemplo excusat (v. 57—60.). Quibus cum simile aliquid reponere debeat Daphnis, de suis scilicet amoribus, hæsitat parumper adolescens pudibundus et obticescit, quasi non habens quod reddat opportune, aut eloqui verecundans. Itaque victum a se deficere putans Menalcas, ut est elatior et impotentior animi, non continet sese, quo minus audacius etiam novo illum cantu, eoque hexametro, provocet (v. 63—70.), plane se talem præbens, qualem jactaverat v. 7. φαμὶ τὺ νικασεῖν, ὅσσον θέλω αὐτός, ἀείδων. Collecta interim vi animi Daphnis post Menalcæ cantum et ipse jam hexametris decurrit (v. 72—80.). Ibi vero silentii causa haud obscuro indicio tenetur. Fatetur enim cum decentissimi significatione pudoris, se et ipsum a puella quadam formosa appetitum esse nuperrime atque tentatum, sed fugisse illecebras ejus tacitoque contemtu transmisisse. Atque in hujus cantilenæ initio (v. 72.) ipsa particula καὶ (in κἠμέ, 'me quoque') revocat lectorem ad Menalcæ, non proximos hexametros, in quibus nulla amorum est mentio, sed prægressos elegiacos, quibus animum amore ægrum Jovis exemplo consolatus erat vel excusaverat potius, innuitque ad eos nunc demum respondere Daphnin, antea illecebræ illius amatoriæ recordatione, pro amabili pudore suo, turbatum parumper et confusum hæsitasse. Qua ratione si Daphnidos hexametros ad ultimos Menalcæ referas elegiacos, et utriusque cantus velut cœca vincula cernas: nihil in toto hoc carmine amœbæo luxatum et turbatum, nihil spurium et insititium, nec exemplaribus responsionem Daphnidis, sed poetæ, deesse judicabis, apparebitque, esse illud Daphnidis silentium eloquentissimum et ad amabilitatem adolescentis significantissimum; sicut in pictura ipsa etiam umbra loquitur. Hactenus Wernsdorfius. Aliorum tentamina, ut Moschii, excussit satis Eichstadtius. Kiessl.

51. κόλε] Si intelligitur hircus 'cornibus mutilatus,' ingenium pastoris et naturam carminis bucolici superare videtur, quod hirco mandata perferenda dantur; sin cum Reiskio interpreteris nomen servi, cujus membra mutila aut contorta fuerint, concinnitatem desidero et ingratum aliquid sentio: quare dubito, num Theocritum habeant auctorem hi versus. [Heinsius p. 348. cum Grotio legit ὦ 'πόλε, ut Menalcas mandet αἰπόλῳ alicui, quæ personæ ubique serviles sunt καὶ τῆς δευτέρας τάξεως in Bucolicis, ut hæc verba Miloni consueto suo deferat. Sam. Petitus ὦ καλέ. Cum Graefio miramur, Grotio, Heinsio et Valckenario hunc locum, qui cum elegantissimis Anthologiæ Græcæ convenit, offensioni fuisse. Ita culex similem nuntium perfert in Meleagri Epigr. 90. ita fere apis apud eundem Ep. 108. cf. Straton. Ep. 88. A. B. ii. 378. ita denique apis nuntii ministerio fungitur in antiqua fabula, quam de Rhœco et Nympha quadam commemorat Scholiastes Apollonii Rhod. ad lib. ii. v. 479. commode item hic laudatur locus Odyss. ix. 447. sqq. Etiam Wernsdorfio lepidum ac festivum videtur, quod hircus Milonis ad ipsum ablegatur, estque, hoc viro docto judice, haud dubie Milo ipse certaminis arbiter. Kiessl.] — Μίλω, ἀντὶ τοῦ Μίλωνι, reperit et explicuit Scholiastes. Μίλῳ cod. Aug. [et Schellersh. at post ω est ν expunctum. K.] Steph. Warton. Μίλων alii libri, unde Reiske effecit Μίλων', probante Toupio in Animadvers. in Scholia p. 216. [et antea ad Suidam iii. p. 186. ubi item monet, syllabam postremam nominis Μίλωνι in sequentem voculam transferri, ut Iliad. xiv. 265. Ζῆν' | Ὡς. K.] et Valcken. eumque secutus est Brunck. Harl. [Ex Graefii ratione ὦ κόλε est de tauro acci-

Δαφ. Μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα
Εἴη ἔχεν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων·
Ἀλλ' ὑπὸ τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' ᾄσομαι, ἀγκὰς ἔχων τυ,
Σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα.
Μεν. Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' αὐχμός,
Ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ, ἀγροτέροις δὲ λίνα·

piendum. Idem pro Μίλῳ scribit τήνῳ propter lectionem Flor. μήλῳ. Quod Eichstadtius pro ἐν τήνῳ corrigit ἀκταινοῖ, hoc videtur Jacobsio doctius quam verius correctum. Kiessl.]

52. Compara Horat. i. 2. 7. ibique Jani. Harl. ἔνεμεν pro ἔνεμε ex cdd. Aug. et Schell. reposuimus. Kiessl.

53. γᾶν Πέλοπος, h. e. Peloponnesum. Sanus est locus. Reiske tamen malit τὰν (h. e. τὰ ἐν) Πέλοπος, scil. βασιλείοις κτήματα· at obscuritate docta laborare videtur hæc correctio; facilior atque probabilior est Koehleriana τὰν Πέλοπος, sc. νῆσον. Harl. ['Pelops' h. l. est nomen poeticum, quod significat regem latissime imperantem; neque verba γᾶν Πέλοπος Peloponnesum sic significant, ut loci sensus sit: 'non opto, ut mihi contingat Peloponnesus;' nam si verba sic intelliguntur, articulus abesse non potest; immo hoc sibi volunt: 'non opto, ut mihi contingat regnum quale fuit Pelopis,' i. e. latissimum. Huic sententiæ recte subjunguntur χρύσεια τάλαντα, i. e. 'ingens auri vis.' Qui probant mutationem Κροίσοιο, iis et demonstrandum erit, τάλαντα sic simpliciter accipi etiam de opibus, et circumspiciendum nomen proprium, quod versui minori inferatur, ne Daphnis dicat, nolle se cursu prævertere ventos, sed sic fere, nolle se Harpalycen aut Atalantam prævertere cursu. χρύσεια tuetur etiam Porsonus ad Eurip. Med. 542. — Si quis tamen hic certas certi hominis divitias desiderari nolit, intelligat is divitias Pelopis ipsius, de quo Thucyd. i. 9. λέγουσι δὲ Πέλοπά τε πρῶτον πλήθει χρημάτων, ἃ ἦλθεν ἐκ τῆς Ἀσίας ἔχων ἐς ἀνθρώπους ἀπόρους, δύναμιν περιποιησάμενον—. Ceterum χρυσοῖο τάλαντα, Jacobsio adnotante, legisse videtur Gregor. Naz. quantum intelligi potest ex imitatione in Ep. iv. ap. Muratori Anecdot. p. 6. Kiessl.] — χρύσεια τάλαντα etiam cod. Aug. Scholiastes interpretatur χρυσοῦ τάλαντα, ἤγουν πλοῦτον. At frigidum hoc esse plures jam senserunt; nam minus æque pleneque respondet formæ speciali, regioni aut insulæ Pelopis: quare valde mihi quidem adridet Piersoni in Verisim. p. 46. sq. proposita emendatio, a Brunckio in textum recepta, Κροίσοιο τάλαντα, aut Wartoni in Add. (p. 352.) scriptura χρυσοῖο τάλ. Crœsi vero divitiæ, quæ in proverbium abierunt, a Theocrito ipso Idyll. x. 32. memorantur. Idem Piersonus comparavit Propert. ii. El. 20. vers. 21. sqq. Reiskii ingeniosa acutaque correctio et in textu adeo ab ipso rescripta χρυσεῖ' Ἀταλάντας, sc. μῆλα, 'aurea poma Atalantæ,' in fabulis celebrata (v. supra iii. 41.), mihi quidem aptior videretur bubulco, nisi Crœsus et Pelops rectius compararentur, quam Pelopis insula et mala Atalantæ. Harl.

56. σύννομα μᾶλα, 'greges ovium eodem in loco pascentes.' — Brunck. et Dahl. ex Heinsii sententia dederunt τὰν Σικελάν τ' ἐς ἅλα. eandem probat etiam Valckenarius, aut ἐσορῶν, Σικελικάν τ' ἐς ἅλα rescribendum putat. Ut autem vivida atque elegantissima descriptio suavius sentiatur atque intelligatur, repetam hic, quæ Warton. ex Dorvillii Siculis de Campis Hyblæis cap. x. p. 171. commentario suo inseruit: "Prospectus in mare Siculum patentissimus ab oriente; ab occidente in colles, omnis generis arboribus et fructicibus vestitos, oculos quaquaversum conjicis. Odoriferarum herbarum halitus sensus recreat, et continua ramorum umbracula ardorem solis temperant. Ut Siculus pastor mihi in hoc vel simili loco resedisse videretur, dum canebat, Μή μοι etc." Harl. Graefius corrigit: ἀγκάς ἔχων τυ, σύννομε Μίλων, ὁρῶν τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα. Mihi quidem hic locus non alia medicina videtur indigere, nisi hac, ut, deleta præpositione ἐς, addita ab aliquo, qui et a loci sensu aberraret aliquantulum et hiatu offenderetur, sic scribas: τὰν Σικελάν τε ἅλα. Reiskio præpositio ἐς hic loci idem esse videbatur quod πρὸς vel παρά, 'apud mare Siculum,' ut Idyll. v. 123. ἐς τὸν Ἄλεντα. Kiessl.

57. 58. Restituimus interpunctionem

Ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἀπαλᾶς πόθος. ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ,
Οὐ μόνος ἠράσθην· καὶ τὺ γυναικοφίλας.
Ταῦτα μὲν ὢν δι' ἀμοιβαίων οἱ παῖδες ἄεισαν.
Τὰν πυμάταν δ' ᾠδὰν οὕτως ἐξᾶρχε Μενάλκας·
Μεν. Φείδευ τᾶν ἐρίφων, φείδευ, λύκε, τᾶν τοκάδων μευ,
Μηδ' ἀδίκει μ', ὅτι μικκὸς ἐὼν πολλαῖσιν ὁμαρτέω.
Ὦ Λάμπουρε κύων, οὕτω βαθὺς ὕπνος ἔχει τυ;
Οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδὶ νέμοντα.

vulgatam, quam Harlesius commutaverat cum hac a cod. Vat. et Brunckio suppeditata: *φοβερόν· κακὸν ὕδασι δ' αὐχμός.* Brunckius insuper dedit *ὕδασιν αὐχμός*, quod sine causa probare videtur Valckenarius, quum vix loca reperiantur sic conformata, ut in prima enunciatione legatur *μέν*, in altera particula appareat nulla, in tertia denique *δέ*. — Lectio vulgata, a Toupio in Addend. p. 394. bene vindicata, profecta est a Calliergo. Kiessl. In cod. Aug. legitur *κακόν· ὕδασι δ' ἀχμός·* suprascripta glossa *σπάνις*. At *ὕδατα* h. l. esse 'fontes aquarum,' quibus inimicus est *αὐχμός*, monet Toupius, provocans ad Scholiastæ verba: *πρὸς τὰ δένδρα μέν ἐστι κακὸν φόβον ἔχον ὁ χειμών· πρὸς τὰ ὕδατα δὲ ἡ ἀνομβρία, ὅτι ἀποξηραίνει καὶ ἀφανίζει αὐτά.* — In codd. Vat. Schell. et Goth., item primis edd. et apud Stob. Florileg. p. 391. 44. Gesn. = p. 255. Grot. est *οὔδασι*, unde Valcken. effinxit et in Epist. ad Röver. p. ix. sqq. copiose defendit illustravitque hanc conjecturam, *οὔθασι*, quam Reiske in textum intulit, at Valcken. ipse postea damnavit. Valckenarius enim *οὔθατα* comparabat cum Homerico *οὖθαρ ἀρούρης*, Reiske autem *οὔθατα* intelligit 'pecora lac præbentia.' Idem Valckenarius verss. 57 — 62. Theocriteos esse negat verbis amplissimis, Reiskio, quem consules, dissentiente. — *ὕσπλαγξ* s. *ὕσπληγξ* de laqueo rarissime occurrere, memorat Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 121. add. Schol. Harl. [Tzetz. ad Lycophr. 22. *ὕσπληξ, ἡ καὶ ὑστριχίς, κυρίως μάστιξ ἣν ἐκ χοιρίων τριχῶν συμπεπλεγμένη.* vid. de hac voce etiam Schol. Plat. p. 62. Ruhnk. coll. Phrynich. in Bekkeri Anecdd. Gr. p. 69. quæ loca citat Creuzer V. Cl. in Meletem. e Discipl. Antiq. i. p. 3. Kiessl.]

59. Heinsius pro *πόθος* reponendum censebat *κότος*, propter Virgilii verba, "nobis Amaryllidos iræ." Wartonus autem ex incerta cod. Vat. noni lectione effinxit, *ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς πόθος αἰπόλῳ*. Kiessl.

60. Hæc videtur imitatus esse Callimachus Epigr. lvi. v. Valck. præf. ad Virgil. cum Græcis coll. p. lxxi. — Pollux vi. 168. *ὁ δὲ γυναικοφίλης ἐν ταῖς Πολυζήλου Μουσῶν γοναῖς οὐ πάνυ ἀνεκτόν.* quem locum jam Annotat. Vimar. annotavit. Kiessl.

61. Ad evitandam *κακοφωνίαν* Graefius malit *δι' ἀμοιβαιᾶν*, scil. *ᾠδᾶν*, ut sæpe ad verbum quoddam substantivum ejus supplendum est. Kiessl.

62. *Μενάλχας* Warton. Compara Virg. Ecl. iii. 80. sqq. et Stephan. Obss. in Virg. Imit. p. 68. sq. ed. min. Harl.

63. 64. *τᾶν ἐρίφων* pro *τῶν ἐρ.* e cdd. cum Valck. reposui. Apud Stobæum legitur: *φείδευ τῶν ἀρνῶν, φείδευ, λύκε, τῶν ἐρίφων μευ.* et vs. 64. *μηδ' ἀδικῇς μ', ὅτι μικρὸς ἐὼν πολλοῖσιν ὁμαρτέω.* Atque hoc *ὁμαρτέω*, quod etiam in duobus cdd. exstat, cum Valcken. pro *ὁμαρτῶ* restitui. Kiessl.

65. 66. Hos versus spurios esse suspicatur Valckenarius in Epist. ad Röv. p. xvii. sqq. At his omissis concinnitas carminis amœbæi perit, quum Daphnis non sex, sed octo versibus respondeat. Versum 66. ex Homerico Iliad. ii. 61. adumbratum esse, jam Scholiastes censuit. Contra quem recte monuit Reiske, licet inter locum Theocriti et Homeri similitudo intercedat, id non valere ad affirmandum, esse alterum ex altero petitum, quum multi vel cogitando in easdem sententias incurrere, vel a rerum similium natura induci possint. Neque Theocrito, Homerum probe cognitum habenti, dedecori erat, colorem aliquem ab eo ducere, quem pueri in scholis memoriter discerent, et cujus dicta referre et sententiis suis exprimere summæ laudi habeœetur. — In duob. cdd. pro *κύων* est *κύον*. Kiessl. De voc. *βαθὺς* v. Mollum ad Longum, qui imitatus esse videtur p. 70. et quæ scripsi in Anthol. Gr. Poet. p. 144. Harl.

Ταὶ δ' ὄϊες, μηδ' ὔμμες ὀκνεῖθ' ἁπαλᾶς κορέσασθαι
Ποίας· οὔτι καμεῖσθ', ὄκκα πάλιν ἅδε φύηται.
Σίττα νέμεσθε, νέμεσθε· τὰ δ' οὔθατα πλήσατε πᾶσαι,
Ὡς τὸ μὲν ὡ ̓ῥνες ἔχωντι, τὸ δ' ἐς ταλάρως ἀπόθωμαι.
Δεύτερος αὖ Δάφνις λιγυρῶς ἀνεβάλλετ' ἀείδεν· 71
Δαφ. Κἤμ' ἐκ τῶ ἄντρω σύνοφρυς κόρα ἐχθὲς ἰδοῖσα
Τὰς δαμάλας παρελεῦντα, καλὸν καλὸν ἦμες ἔφασκεν·
Οὐ μὰν οὐδὲ λόγων ἐκρίθην ἄπο τὸν πικρὸν αὐτᾷ,
Ἀλλὰ κάτω βλέψας τὰν ἁμετέραν ὁδὸν εἶρπον.
Ἁδεῖ' ἁ φωνὰ τᾶς πόρτιος, ἁδὺ τὸ πνεῦμα·
[Ἁδὺ δὲ χ' ὡ μόσχος γαρύεται, ἁδὺ δὲ χ' ἁ βῶς·]
Ἁδὺ δὲ τῶ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτῆν.
Τᾷ δρυῒ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίδι μᾶλα·

67. Pro ὀκνεῖθ' in cdd. est ὀκνῆθ', ὀκνῆσθ', ὀκνᾶθ'. In aliis ὀκνεῖτε μαλακᾶς, ὀκνῆτε μαλακᾶς. KIESSL.

68—71. οὐδὲ pro οὔ τι Brunck. [pro καμεῖσθ' in cdd. est καμῆθ', καμᾶθ', καμῆσθ', καμμκῆσθ', καμάσθ'. K.]—ὄκκαν, i. e. ὄκκα ἂν, ex Medic. quarto rectius legi putat Reiske. [Male: nam ὄκκα, ultima producta, est pro ὄκα κα. Multa hic Graefius novare voluit, quæ repetere nolo. K.]—De σίττα v. ad iv. 45. 46.—ὡ ̓ῥνες, h. e. οἱ ἄρνες, scriptura est Callierg. Steph. Warton. al. (in cd. Schell. ᾠ ̓ῥνες); ὤρνες Wintert. Reiskii, Brunckii.—ἀνεβάλλ. vid. ad vi. 20. HARL.

72. κἤμ' ἐκ scribi poterit cum Wintertono, judice Valcken. HARL. "Videtur poeta puellam tristem et superbam perstringere, quæ vitam pastoralem contemneret nobiliorisque alicujus conditionis admiratione duceretur, cui opponit vitæ rusticanæ commendationem versibus 76. ad 80." REISKE.

73. παρελεῦντα ex cdd. positum a Brunckio et Valcken. pro vulgato παρελῶντα. eodem redit παρελᾶντα, quod alii cdd. præbent. Mox εἶμεν Brunck. cum cdd., alii εἶμες, alii (in quibus Aug. et Schell.) ἦμεν. De suavi repetitione usuque verbi καλὸν v. Warton. HARL.

74. λόγων—τὸ πικρὸν cod. Aug. [τὸ πικρὸν præbent etiam nonnulli alii cdd. K.]—λόγων—τὸν πικρὸν plures cdd. vid. Reisk. [et Gaisford. cum quo λόγων, quod etiam cd. Schell. præbet, recepimus. K.]—μικρόν, ab Heinsio excogitatum, probavit Toupius et recepit Brunck. Neutrum decere Theocritum, judicat Valckenarius. HARL. [Lectio μικρὸν evertit metrum, quum hujus vocabuli syllaba-prior producatur. Præterea πικρὸν longe aptiorem sententiam fundit: pastor enim, adhuc unice gregis sui curam gerens, amare incipit, sed amorem nascentem sibi ipse dissimulat. Quare nihil acerbi puellæ lacessenti respondere potest. Ita bene defendit vulgatam Finkensteinius. KIESSL.]

76. ἀδεῖα Winterton. ex Ald. [metro everso. Ita tamen etiam alii cdd. in his Schell., unus ἀδέα. forsitan vera lectio est ἀδέα ἁ. K.]—ἁδεῖ' ἁ autem mutari non debet, judice Valck. HARL. [Πνεῦμα, ut Epigr. v. 4. est "cantus fistulæ." Similiter Idyll. ix. 7. 8. sibi opponuntur mugitus vaccarum et cantus fistulæ, monente Finkensteinio. KIESSL.]

77. Versus est in Idyll. ix. 7. ubi v. 9. παρ' ὕδωρ, ut hic v. 78. Hinc jure suspectus habetur; v. Valck. Epist. ad Röv. p. xiii. sq. Koehler ad h. l. et Schneider in Bibl. Philol. vol. i. p. 128. HARL. [Primaria causa hunc versum ejiciendi hæc est, quod eo retento par numerus versuum, qui a Daphnide et Menalca δι' ἀμοιβαίων canuntur, turbatur. Dahl. eum omisit, Jacobs. uncis inclusit. KIESSL.]

78. αἰθριοκοιτῆν Valck. ex Flor. et Brunck. (qui tamen, more Dorico, iota sub η delevit) ex libris scriptis apud Warton. et Reiske, qui hanc lectionem probarunt. H. [Gaisford. ex Junt. et uno cod. notavit αἰθριοκοιτῆν, in multis cdd. est αἰθριοκοίτᾶν, vulgo αἰθριοκοιτεῖν. K.]

Τᾷ βοῒ δ' ἁ μόσχος, τῷ βωκόλῳ αἱ βόες αὐταί.
Ὣς οἱ παῖδες ἄεισαν, ὁ δ' αἰπόλος ὧδ' ἀγόρευεν·
Αἰπ. Ἁδύ τι τὸ στόμα τοι, καὶ ἐφίμερος, ὦ Δάφνι, φωνά·
Κρέσσον μελπομένω τεῦ ἀκουέμεν ἢ μέλι λείχεν.
Λάσδεο τᾶς σύριγγος· ἐνίκησας γὰρ ἀείδων.
Αἰ δέ τι λῇς με καὶ αὐτὸν ἅμ' αἰπολέοντα διδάξαι,
Τήναν τὰν μιτύλαν δωσῶ τὰ δίδακτρά τοι αἶγα,
Ἅτις ὑπὲρ κεφαλᾶς αἰεὶ τὸν ἀμολγέα πληροῖ.
Ὡς μὲν ὁ παῖς ἐχάρη, καὶ ἀνάλατο καὶ πλατάγησεν
Νικήσας· οὕτως ἐπὶ ματέρα νεβρὸς ἅλοιτο·
Ὡς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπᾳ
Ὤτερος· οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο.

80. Hic et in Idyll. ix. 7. codices multi et Aldina editio ὁ *μόσχος*, quæ vera lectio est, a male sedulis immutata metro prospicientibus. Sed metrum in tuto est, si quidem bonus est iste versus Homericus ex Il. π. 358. *Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ*, ubi videndus Clarkius. Brunck. — *ἁ μόσχος* cod. Aug. (et Schell.) et edd. priscæ apud Reiskium, et retinuit Valck. qui id jam in priore collectione ad Idyll. ix. 7. probaverat, provocans ad Ammonium Grammat. p. 39. sq. — Cum hoc et præcedente versu compara Virgil. Ecl. v. 81. sq. (ibique Voss. p. 249.) et H. Stephan. Obss. in Virgilian. Imitationes Theocr. p. 77. in ed. min. Harl.

82. *ἁδύ τι*] Qui sequuntur versus 12. et primi hoc in carmine xxvii. Valckenario in Epist. ad Röv. p. xiii. sq. videntur Theocritei. Harl.

83. *λείχεν* cdd. Aug. unusque Mediol. Brunck. et Valck. *λεῖχεν* alius cod. *λείχειν* vulgo. Kiessl.

84. *τὰς σύριγγας*, nempe fistulas et Menalcæ et tuam, pignori antea oppositas. Ita bene explicat et tuetur locum Reiske. Scaliger tamen et Portus in Diction. Dor. v. *λάσδεο* (Dor. pro *λάζου*) maluerunt *τᾶς σύριγγος*, et ex duob. codd. ita correxit Valck. Harl. [Valcken. secuti sunt Dahl. et Schaefer. Mihi *τὰς σύριγγας* vel propterea videtur præferendum esse, quod genitivus hanc sententiam fundit: 'fasse die Syringe an;' quod hic non satis aptum; sed hic requiritur, 'nimm sie,' ut Adoniaz. v. 21. *τὰν περονατρίδα λαζεῦ*. Kiessl.]

85. *αἰ δέ τι* cdd. Aug. (Schell.) Callierg. Steph. Warton. Brunck. et Valcken. *δ' ἔτι* Reiske. *αἰ δέ κε λῇς* ex uno cod. adnotatum. — *λῇς* sine iota Brunck. Harl.

87. Eustath. Il. ο. p. 1018. 24 = 1022. 24. *ὁ μέντοι παρὰ Θεοκρίτῳ ἀμολγεὺς ποιμενικὸν ἀγγεῖόν ἐστιν, ἐν ᾧ ἀμέλγουσιν.* Idem Od. ι. p. 1625. 5 = 349. 20. Harles. de hac voce citat Porti Diction. Dor. h. v. — Tres cdd. *πλαροῖ*. adde de nostro loco Voss. ad Virgil. Georg. p. 601. Kiessl.

88—91. Koehlerus cum Valcken. scribit *ὣς μὲν — ὣς δὲ·* tum post *νικήσας* et *ὤτερος* ponit signum exclamandi. Nos cum Dahlio et Schaefero scripsimus *ὡς*, 'quemadmodum.' — *ἀνάλατο*, pro vulgato *ἀνήλατο*, Brunck. et Valck. ex uno cod. quod restituimus. — *ν* in *πλατάγησεν* præbuerunt cdd. Aug. et Schellersh. — *λύπᾳ* cd. Aug. edd. Commel. et seqq. *λύπῃ* edd. priscæ apud Reiskium. — *ὣς καὶ νύμφα γαμηθεῖσ'* venit ab Aldo in aliquot edd. veteres, idque revocavit Reiske, qui tamen *ὡς* sine accentu, et *γαμηθεῖσα* exarari jussit. *οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ'* cod. Aug. Callierg. Steph. Warton. Brunck. consentiente Gregorio Cor. de Dial. p. 126 = 274. ubi v. Koen. In Ed. Junt. *οὕτω δὲ νύμφα γαμεθεῖσ'*. Eichstaedt. in Quæst. Philol. duas conjecturas proposuit, alteram hanc p. 57. *ὤτερος, ὡς νύμφα χάριτας ἀποδοῖσ' ἀκάχοιτο·* alteram hanc p. 59. *ὤτερος, ὡς νύμφα μίτραν καταθεῖσ' ἀκάχοιτο.* Ahlwardt. hoc tentavit: *ὤτερος ὡς καὶ νύμφα γάμῳ ἀγάμῳ ἀκάχοιτο*, 'quemadmodum sponsa ob nuptias non nuptas tristitia afficitur.' Locutio *γάμος ἄγαμος*, qua usus est Sophocles Œd. R. 1214. similis est his, *νόστος ἄνοστος, πότμος ἄποτμος*, al. Jacobs. hoc: *ὤτερος, ὡς γαμβρὸν νύμφα ποθέουσ' ἀκάχοιτο.* coll. Hom. Odyss. xviii. 202. sq. xix. 136. — Dahlius: *ὤτερος,*

Κὴκ τούτω Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο,
Καὶ νύμφαν, ἄκρηβος ἐὼν ἔτι, Ναΐδα γᾶμεν.

οὕτω καὶ νύμφα γαμβρῷ ἀκάχοιτο· 'sicut sponsa sponso abrepto' s. 'exstincto mœrore afficitur.'—Graefius cum Heinrichio (Obss. p. 63.) in Calliergi lectione acquiescendum esse statuit. In eadem sententia sunt Finkensteinius et H. Vossius, quorum ille explicandi causa hæc monuit: "Die Vergleichungspunkte sind hier nur das freudige Springen des einen, und die Niedergeschlagenheit des andern Knaben; zu jedem wählte der Dichter ein liebliches Bild, und das Bild der Neuvermählten konnte ihm hier um so eher einfallen, als sich an dasselbe die Idee des Ueberwundenseyns anschloss." Vossio poeta ad amissam per connubium, neque unquam redituram liberiorem puellarum vitam, cujus meminit Sophocles Trach. 144., respicere videtur. Paulo aliter de hoc loco statuendum erit, si sequimur Eustathium ad Homer. Iliad. p. 758. 52. (quem locum citavit vir doctus in Ephem. Liter. Lips. a. 1817. n. 37. c. 294.) ὅτι γαμῆσαι μὲν διὰ τοῦ η τὸ εἰς γάμον ἐλθεῖν, ἤτοι γυναῖκα λαβεῖν· γαμέσαι δὲ διὰ τοῦ ε τὸ γυναῖκα δοῦναι· ὡς δηλοῖ τὸ Πηλεὺς δή μοι ἔπειτα γαμέσσεται. οὕτω δὲ ἐγγαμίζειν οἱ ὕστεροι λέγουσιν, ὡς ἄν τις εἴποι ἐκπροικίζειν. Ex his Eustathii enim verbis νύμφα γαμεθεῖσα est 'puella a patre in matrimonium data' seu 'desponsata,' non, 'in matrimonium petita.' Ita tertium comparationis, quod dicunt, in eo est quærendum, quod uterque, et puer victus, et puella viro destinata, dolore afficiuntur. Kiessl.

92. πρᾶτος παρὰ ποιμ. Δάφνις ἔγεντο Brunck. ex codd. quibusdam. Harl. κὴκ ex uno cd. dedimus cum Gaisf. pro κὰκ. κὰκ τήνω citat Valck. in Epist. ad Röver. p. xiv. Kiessl.

93. ἄκρηβος, qui est in prima pubertate, vel, qui pubem primam habet. v. Warton. ἄκραβος Brunck., quod unice probat Valck. Secundum Sositheum apud scholiasten fuit Nympha Thalia, quam valde adolescens, et jam quasi puer uxorem duxit. Harl. ἄνηβος unus cod. ἄκρηβος citat Eustathius Od. α. p. 1428 = 71.7. Kiessl.

Menalcam deprimunt mores, confidentia, vanitas, temeritas, simulationis et ficti animi suspicio, libido et amoris æstus: Daphnin ad judicis favorem commendat nativa morum simplicitas et candor ingenuus, modestia, animus tranquillus et cupiditate vacuus, mollis amicitiæ sensus, verecundia atque integer ab amoris illecebris et illibatus pudor. Wernsdorf.

ΝΟΜΕΥΣ Η ΒΟΥΚΟΛΟΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ θ'.

ARGUMENTUM.

Pastor quidam Daphnidem et Menalcam præmiis propositis ad cantum invitaverat. Illi igitur alternis canunt (—21). Quo carmine finito, is, a quo provocati erant, præmia promissa distribuit, eorum commendatione addita (—23). Tum ipse breve carmen in laudem poeseos bucolicæ adjicit. Res inter greges pascentes agitur.—Valckenario in Epistola ad Röver. p. xiv. huic Idyllio quædam videntur ad exornandam scenam necessaria deesse. Jacobsius censet, ex Theocriteis centonibus id compositum esse; hoc inde intelligi, quod ab initio res ante lectorum oculos geratur; sed v. 14. et 22. auctor propositi sui oblitus pastorem omnia, quo modo acta sint, enarrantem exhibeat. Genuinos esse et vere Theocriteos vss. 7—13. et vss. 15—21. at vss. 1—6. ab aliena manu assutos.—Nobis considerantibus magnam poetis in carminum œconomia adornanda concessam libertatem, et comparantibus Virgilii Eclogam vii. in qua Melibœus totum carmen, quo Corydonis et Thyrsidis versus alterni recitantur, solus decantat, omnium maxime arridet sententia Bindemanni et Finkensteinii, existimantium, per Idyllium totum solum pastorem loquentem sisti, qui auditori alicui alternos Daphnidis et Menalcæ versiculos ex memoria recitet simulque repetat carmen, quod ipse tum, quum illos canentes audiebat, in laudem poeseos bucolicæ cecinerit. Hac hoc de poemate sententia concepta ne initium quidem cum Finkensteinio deesse videbitur; immo totum quiddam censebitur, quod eo, quod lectores statim in mediam rem deducit, iniqua de se judicia protulit.

ΔΑΦΝΙΣ ΚΑΙ ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Βωκολιάσδεο, Δάφνι· τὺ δ' ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος,
Ὠιδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ἐφεψάσθω δὲ Μενάλκας,

In Analectis Brunckianis numeratur Idyllium quartum. Reiske versibus primo, quarto decimo, et vicesimo secundo; Brunckius vero versibus primo et decimo quarto præfixerunt pastoris personam. In altera Valckenarii editione colloquuntur Daphnis et Menalcas. Pastor incipit. Daphnis respondet a v. 7—14. tum Menalcas v. 15—21. Denique pastor usque ad finem, nomine illius haud præfixo. Harl. Reiskium secuti sunt Harlesius et Dahlius; nos cum Schaefero, Jacobsio, Vossio, Valckenarium. Kiessl.

2. Virgil. Ecl. iii. 58. "incipe, Da-

Μόσχως βωσὶν ὑφέντες, ἐπὶ στείραισι δὲ ταύρως.
Χ' οἱ μὲν ἁμᾶ βόσκοιντο, καὶ ἐν φύλλοισι πλανῷντο,
Μηδὲν ἀτιμαγελεῦντες· ἐμὶν δὲ τὺ βωκολιάσδευ
Ἔμπροθεν· ἄλλοτε δ' αὖθις ὑποκρίνοιτο Μενάλκας.
Δαφ. Ἁδὺ μὲν ἁ μόσχος γαρύεται, ἁδὺ δὲ χ' ἁ βῶς,
Ἁδὺ δὲ χ' ἁ σύριγξ, χ' ὠ βωκόλος, ἁδὺ δὲ κἠγών.

mœta; tu deinde sequere, Menalca." ἐφεψάσθω a Calliergo et Stephano profectum retinuit Valcken. ἐφαψάσθω multi cdd. edd. princ. ut Ald., Call. pro var. lect., idque Reiske, quem sequitur Dahl., revocavit. Explicat Reisk. verbum ἐφάπτεσθαι ita: 'sese annectere' et velut agglutinare alicui seu rei seu homini, eoque sequi præeuntem et vices ejus suscipere. — Cd. Med. opt. et Junt. ᾠδᾶς ἄρχεο Δάφνι συναψάσθω δὲ M., aliquot cdd. πρᾶτος ἄειδε Δάφνι συναψάσθω. Brunckius dedit, πρᾶτος ἄειδε τὺ Δάφνι, συναψάσθω δὲ M. Kiessl.

3. ὑφέντες] proprie dicitur in hac re. Eustath. Od. ι. p. 1627. 30 = 352. 33. τὸ δὲ ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ, ἀντὶ τοῦ ὑφῆκε καὶ ὑπέβαλε ταῖς ἀμελχθείσαις τὰ γαλαθηνά, ὅθεν λαβὼν Θεόκριτος ἔφη τὸ μόσχους βουσὶν ὑφέντες. Conf. Il. ξ. p. 982. antep. = 973. 27. Mox omnes libri ὑπὸ στείραισι, i. e. ὑφέντες στείραισι. quod probari posset, si auctor scripsisset στείρας ταύροις, ut ὑποβάλλειν τὰς αἶγας τοῖς τράγοις dicit Longus in Pastor. iii. c. 21. p. 371. sq. Boden. p. 100. Schaef. Præferenda igitur est lectio Calliergi ἐπὶ στείραισι, quam probant Reiske, Warton. Schaefer. quorum hic, "aliud est," inquit, "ὑφιέναι, aliud ἐφιέναι. Herodot. iii. c. 85. extr. ἐπῆκε ὀχεῦσαι τὴν ἵππον." Præpositionem ἐπὶ cum ὑπὸ passim permutari a librariis, admonet Ernesti ad Callim. H. in Del. v. 62. add. Schaef. Mel. Crit. p. 25. et 104. Scholiasten lectionem ἐπὶ damnantem et ὑπὸ tantundem, atque illud, h. l. significare contendentem jam Reiske improbavit. Kiessl.

4. Retinuimus ἁμᾶ cum Gaisfordio, qui ad Idyll. xi. 39. post annotatorem Vimariensem hunc attulit locum Schol. Pind. Pyth. iii. 65. τὸ ἅμα, ὡς Ἡρωδιανός φησιν ἐν τῇ ιθ, οἱ Δωριεῖς περισπῶσι, καὶ τὸ παντᾶ, ὥσπερ τὸ κρυφᾶ παρὰ Πινδάρῳ. τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ τὸ ἁμᾶ περισπώμενον, ἀπὸ τοῦ ἁμῇ γινόμενον. ζητεῖται δὲ ἐν τῷ περισπωμένῳ ἁμᾶ, εἰ προστεθήσεται τὸ ι. Etiam Gerhardius p. 117. et h. l. et xi. 39. Doricum ἁμᾷ restituendum censet. Hoc ἁμᾶ, quod editiones et Portus in Lex. Dor. h. v. habent, defendit etiam Brunck. ex Gregor. de Dial. §. lxvi. p. 116 = 255. ubi v. Koen. nec improbat Valcken. qui tamen ἅμα dedit ex emendatione Toupii, pronunciantis ἁμᾶ vocem esse nullam. Eidem tamen Valckenario arridet ὁμᾶ, Dor. pro ὁμοῦ, ut hic scribendum suspicabatur Jer. Hoelzlinus ad Apollon. Rh. i. 127. Kiessl.

5. De verbo ἀτιμαγελεῖν vid. Voss. ad Virgil. Georg. p. 580. Kiessl.

6. ἔμποθεν Reiske ex Aldino exemplari, [quod etiam Jacobsio verius videtur. K.] ut sit ἓν ποθ' ἓν ᾄδειν, id est, ἀμοιβαίως ᾄδειν· reliqui libri et Gregorius Cor. de Dial. §. lxxvii., qui Dor. pro ἔμπροσθεν positum esse refert, ἔμποθεν, cum spiritu leni, exhibent: editio vero Flor. præbet ἓν ποθ' ἓν, quam lectionem veram esse judicarunt Reiske et Valcken., item Koenius ad Gregorii locum laudatum. Ego vero cum Brunckio statuo, ex cod. Cæsareo et duobus Mediol., ἔμπροθεν, cui lectioni ea, quæ sequuntur, adprime respondent, esse scribendum: etiam Valcken. in altera editione pro vulgata lectione ἔμποθεν· ἄλλωθεν δέ γ' cum Brunckio dedit ἔμπροθεν· ἄλλοθε δ' αὖθις ὑπ. M. Harl. Recte monuit Brunckius, ἓν ποθ' ἓν Theocritum hic scribere non potuisse: quod si scripsisset, usurpasset etiam verbum in duali aut plurali, βωκολιάσδεσθον ἓν ποθ' ἕν, directa ad ambo pastores compellatione, neque adjecisset ἄλλοθε δ' αὖθις, quod jam fuisset inutile. ἔμπροθεν poeticum est pro ἔμπροσθεν, ut ἔκτοθεν pro ἔκτοσθεν, ὄπιθεν pro ὄπισθεν, πρόθεν pro πρόσθεν, quæ Doriensibus peculiaria esse affirmat Gregorius §. xxxv. Hunc autem Grammaticum §. lxxii. contendentem, ἔμποθεν Dores dicere pro ἔμπροσθεν, Brunckius reprehendere non debebat. Ut enim πρός, προτί, ποτί, sic ἔμπροσθεν, ἔμπροθεν, ἔμποθεν. — In cdd. Schell. est ἄλλοθεν δ' αὖ τις ὑποκρ. — Pro ἄλλοθε scripsimus ἄλλοθε cum Jacobs. Schaefero, Gaisfordio. Kiessl.

7. ἁ μόσχος Stephan. Warton. (qui tamen in notis probat alteram lectionem) et Valcken. qui laudat Schultens. ad Jobum p. 552. [ἁ μόσχος legitur Eurip. Hec. 526. Androm. 711. add. Ammon. Gramm. p.

Ἐντὶ δέ μοι παρ' ὕδωρ ψυχρὸν στιβάς· ἐν δὲ νένασται
Λευκᾶν ἐκ δαμαλᾶν καλὰ δέρματα, τάς μοι ἁπάσας
Λὶψ κόμαρον τρωγοίσας ἀπὸ σκοπιᾶς ἐτίναξεν.
Τῶ δὲ θέρευς φρύγοντος ἐγὼ τόσσον μελεδαίνω,
Ὅσσον ἐρῶντε πατρὸς μύθων ἢ ματρὸς ἀκούεν.
Οὑτῶς Δάφνις ἄεισεν ἐμίν· οὑτῶς δὲ Μενάλκας.
Μεν. Αἴτνα μᾶτερ ἐμά, κἠγὼ καλὸν ἄντρον ἐνοικέω
Κοίλαις ἐν πέτραισιν· ἔχω δέ τοι ὅσσ' ἐν ὀνείρῳ
Φαίνονται, πολλὰς μὲν ὄϊς, πολλὰς δὲ χιμαίρας·
Ὧν μοι πρὸς κεφαλᾷ καὶ πὰρ ποσὶ κώεα κεῖνται.
Ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ χορία ζέει, ἐν πυρὶ δ' αὖαι
Φαγοί, χειμαίνοντος· ἔχω δέ τοι οὐδ' ὅσον ὤραν
Χείματος, ἢ νωδὸς καρύων, ἀμύλοιο παρόντος.

39 = 54. *μόσχος δὲ κοινῶς ἐπ' ἀμφοτέρων.* K.] *ὁ μόσχος* revocarunt Reisk. Brunck. et Dahl. ex multis cdd. et edd. priscis. v. ad Id. viii. 79. [in uno cd. *χὰ μ.*, in alio et Schol. *χ' ὡ μόσχ.*] Harl.

9. *δ' ἐμὶν* pro *δέ μοι* dederunt Brunck. et Dahl. Harl.

11. *κόμαρος*, arbutus, Erdbeerbaum. v. ad v. 128. Schreber.

12. 13. *τῶ* pro *τοῦ* Winterton. Valck. in alt. ed. atque Brunck. et *θέρευς* cdd. edd. pr. et Reiske. — *θέρους* solus Heinsius. Mox vers. seq. vitiosa lectio *ἐρῶντι* est communis librorum lectio, præter Juntinam, in qua est *ἐρῶντα*, et Wintertonum, qui *ἐρῶν τι*, literis distractis, dedit. [*ἐρῶν τι* etiam Stephan. habet, idemque scribendum videbatur van Eldickio in Spec. Crit. p. 18. Hanc lectionem sic intelligunt: quantum amans curat 'audire aliquid' (*τὶ*) admonitionum. Non igitur huc pertinet quod Valcken. monet, *ἐρᾷν τι* se vereri ut a veteribus Græcis dicatur. — Warton. conjecit *ἐρῶν τε*, quod idem propositum est in Allg. Litt. Anz. 1797. no. 31. refragante Schaefero ibid. no. 96. Kiessl.] Mihi vero cum Valckenario placet Toupii emendatio, *ἐρῶντε*, 'quantum' puer scilicet et puella 'se invicem amantes parentum verba monitaque curant;' atque Valcken. in altera edit. *ἐρῶντε* dedit. [Hunc secuti sumus cum editoribus recentioribus: quanquam non negamus, hunc nobis dualem non omnino placere. Legi possit *ἐρῶν γε*, quæ particula hic non friget. K.] Idem ex cd. Flor. *ἢ ματρός* pro *καὶ μ.* [quod item cum editoribus recentioribus rescripsimus. K.] Conf. Virgil. vii. Ecl. 51. (ibique Voss. p. 370.) Harl. *ἀκούεν* pro *ἀκούειν* scripsimus cum Brunckio et Dahlio. Kiessl.

14. *οὑτῶς* pro *οὕτω* bis Brunck. non sine cdd. auctoritate. Harl.

15. 16. Menalcas Ætnam vocat matrem suam, quia ibi quasi nutritus et commoratus est. v. Schol. Sic Homerus Iliad. θ. 47. Idam vocat *μητέρα θηρῶν*, ubi Schol. explicat *πολλὰ θηρία ἔχουσαν, θηροτρόφον.* Pariter Il. ξ. 283. et ο. 151. — *κἠγὼν* Brunck. ex duobus codicibus, [sic etiam Schell.] quod jam Valckenario, sequente voce *καλόν*, durum visum est. iidem tamen duumviri *ἐνοικέω* ex duobus Florent. cdd. more Theocriteo (v. Koppiers Obss. Philol. p. 69.) receperunt. Versu sq. Brunck. more suo pro *πέτρῃσιν* dedit *πέτραισιν*, quod Valcken. quoque in alteram edit. recepit. Harl.

18. Wartonus, Menalcan in cantilena sua (v. 15 — 21.) Cyclopis personam sumsisse putans, ex Euripidis Cyclope excitavit hos versus, 328. sqq. *ὅταν δὲ Βορέας χιόνα Θρῄκιος χέῃ, δοραῖσι θηρῶν σῶμα περιβαλὼν ἐμόν, καὶ πῦρ ἀναίθων χιόνος οὐδέν μοι μέλει.* tum vss. 356. sqq. 391. sqq. — *κεῖται* pro *κεῶνται* reposuit Brunck. cum multis et bonis cdd. Kiessl.

19. *ζέει* pro *ζεῖ* scribendum esse contendit Brunck. idque Valcken. in altera edit. recepit. — *δρυΐνῳ, ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς ἄνθραξι τοῖς ἀπὸ δρυός.* Schol. qui etiam vocabulum *χορίον* explicat. Harl.

20. 21. Graefio hæc, *ἐν πυρὶ ζέει χορία, ἐν πυρὶ δέ*, sive *ζέουσι*, sive *εἰσίν, αὖαι φαγοί*, non satis concinne jungi videntur, nisi di-

Τοῖς μὲν ἐπεπλατάγησα, καὶ αὐτίκα δῶρον ἔδωκα,
Δάφνιδι μὲν κορύναν, τάν μοι πατρὸς ἔτραφεν ἀγρός,
Αὐτοφυᾶ, τὰν οὐδ' ἂν ἴσως μωμάσατο τέκτων·
Τήνῳ δὲ στρόμβω καλὸν ὄστρακον, ὧ κρέας αὐτὸς
Σιτήθην, πέτραισιν ἐν Ἰκαρίαισι δοκεύσας,
Πέντε ταμὼν πέντ' οὖσιν· ὁ δ' ἐγκαναχήσατο κόχλῳ.
Βωκολικαὶ Μῶσαι, μάλα χαίρετε, φαίνετε δ' ᾠδάν,

cas, φηγοὺς hic non de lignis sumi, sed de glandibus aut nucibus hujus arboris, ut utrimque cibus, igne parandus, commemoretur. Debebat tamen pastor non tam de cibis coquendis et torrendis, quam de lignis super foco large reponendis verba facere. Unde viro docto hæc subnata est conjectura: ἐν πυρὶ δὲ δρύϊνος κορμὸς ζέει. De χειμαίνοντος v. Schaef. ad L. Bos. Ell. p. 549. Kiessl. ὤρα s. ὤρη, 'cura.' Harpocr. p. 261. ὤρα ἐστὶν ἡ φροντίς. Tyrtæus i. 11. Εἴθ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλωμένου οὐδεμί' ὤρη Γίνεται. Adde Warton. in Addendis p. 352. (ubi laudat Wesseling. ad Herodot. lib. iii. p. 276. 53.) — ᾗ, 'quemadmodum,' quod Casaubonus conjecerat, repertum est in cdd. Benedict. et edit. Ald. unde revocavit Reiske, probantibus Wartono, Valckenario (qui in textu dederat ἧ) et Brunckio, qui quam in contextu rescripserat, correctionem Toupii ἦν in notis damnavit. — οὐδ' ὅσον Brunck. cum Casaubono explicat οὐδ' ὀλίγον· Reiske vertit 'ne tantillum quidem.' Valckenarius quum in priore editione probasset Heinsii conjecturam οὐ τόσον, in altera probat οὐδ' ὅσον — ᾗ. [Schaeferus: "Vulgo ἧ, quod fortasse tuearis. Permira quidem hæc syntaxis: sed non minus mira, quamquam ex contrario genere, quæ sequitur carmine extremo: γλυκερώτερον, ὅσσον ἐμὶν Μῶσαι φίλαι." Neque Hermannus dubitat, quin vulgata multum præstet correctioni Valckenarianæ. Eam igitur retinuimus, in qua ὅσον idem est quod τόσον, uti etiam contrario modo τόσον pro ὅσον dicitur. Kiessl.] — Tum νωδὸς est ὁ ἐστερημένος ὀδόντων. Vide plura de hoc voc. disputantes Sallier. et Hemsterhus. ad Thomam Magistr. p. 635. sq. — Ἄμυλος pro molli cibo et alimento, μαλακῇ τροφῇ, ponitur ex mente schol., et ab Athenæo xiv. 647. sq. inter placentarum genera recensetur. Plinium quoque H. N. xviii. 17. laudavit Warton. Adde Toupii Animadv. in scholia p. 217. quæ ita corrigit: ἄμυλος εἶδός τι ἄρτου ἐκ τῶν σατίνων (Dor. pro σητανείων) πυρῶν γενόμενος. v. Steph. Thes. Gr. Ling. iii. p. 795. et Koehler. Harl.

23. κορύναν] vide schol. et notam ad vii. 19. — ἔτραφεν pro vulgato ἔτρεφεν cod. Vindob. (et duo alii), quod probant Valcken. et Brunck. in notis. Harl.

24. αὐτοφυῆ octo cdd. apud Gaisford. etiam Schellersh. idem cum multis aliis μωμάσαιτο. Kiessl.

25. ὧ pro οὗ dedit Brunck. [quem cum Dahlio sequuti sumus. K.] Mira vero est venustas ac simplicitas in donis hisce describendis. Harl. — 'Strombus' est ὄστρακον κογχυλίων, οἷς ἐχρῶντο ἀντὶ σάλπιγγος, Schol. Nicandr. ergo Murex Tritonis Linn. Schreber.

26. In cdd. hæc exstant: σιτάθην· σιτάσθην· σιτεύθην· σιτήθην. ultimam formam, quam cum edd. primis etiam cd. Schellersh. præbet, cum Valcken. recepimus. Vulgatam σιτάθην retinuerunt Brunck. et Dahl. At Theocritea sunt τήρησον· μυθήσατο· ποιησεῖς· πατησεῖς· al. Kiessl. ἐνὶ Καρίαισι Sanctamandus reperit in cod. Vatic. [idem legitur in aliquot aliis cdd. apud Gaisf. K.] et probavit, atque Brunck. hanc lectionem, quam speciosam censet Valcken., rescripsit. Caria autem est regio maritima Asiæ inferioris, ex adverso Rhodi. Mihi tamen præplacet vulgatum. Icaria, hodie Nicaria, est insula maris Ægæi, una ex Sporadibus. (Vid. interpret. ad Pompon. Mel. ii. vii. 11.) — De conchis fuse disserit Athenæus Deipn. lib. iii. p. 85. sq. Harl.

27. πέντε ταμὼν pro εἰς πέντε μέρη ταμ. V. Schaefer. ad L. Bos. Ell. p. 683. — Idyll. xxii. 75. ἦ ῥ' Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἑλὼν μυκάσατο κοῖλον. Lycophr. 250. στρόμβῳ τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον. Unus cd. Med. et Schell. κόγχῳ pro κόχλῳ. Kiessl.

28. "Cum dubitaretur, an postremi hujus carminis versus recte adhæreant, male editores post v. 27. punctum in cornu posuerunt, quasi verba sequentia bucolicum contineant carmen, a Menalca decantatum concha, quam certaminis præmium reportaverat. Imo plenissime distinguendum; finit nimirum ille pastor, qui judex assedit,

Τάν ποκ' ἐγὼ τήνοισι παρὼν ἄεισα νομεῦσιν.
Μήκετ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσῃς.
Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
Ἴρηκες δ' ἴρηξιν· ἐμὶν δ' ἁ Μῶσα καὶ ᾠδά.
Τᾶς μοι πᾶς εἴη πλεῖος δόμος· οὔτε γὰρ ὕπνος,
Οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον, οὔτε μελίσσαις

carmine, jam olim coram iis (*παρὼν*), qui nunc certaverant, decantato, v. 31. usque ad finem. Sic demum verba *τήνοισι παρών — νομεῦσι* v. 29. apta sunt, et fortasse in toto Idyllio nihil est superflui aut luxati." Graef. *χαίρετε*] Sollemnis est hæc invocatio et Theocrito et aliis poetis. Callim. H. in Cerer. 135. *χαῖρε θεά, καὶ τάνδε σάω πόλιν*, 'salve dea, et hanc serva civitatem.' Id. H. in Lavacr. Pall. 136. sqq. *ἔρχετ' Ἀθαναία νῦν ἀτρεκές· — χαῖρε θεά, κάδευ δ' Ἄργεος Ἰναχίω. χαῖρε καὶ ἐξελάοισα.* 'Venit Minerva nunc haud dubie. — Salve dea, cura Argos Inachium. Salve et egrediens.' — *φαίνετε*, 'ostendite,' 'reddite:' quam formulam explicat Warton. ad h. l. atque in Addendis p. 352. adde supra ad Idyll. vii. 8. Harl. Reiske *φαίνειν* intelligit 'proferre,' i. e. menti poetæ injicere et ex ingenio ejus extundere. Kiessl.

29. *ἐγὼν* Brunck: idem *πρώαν* pro *παρὼν* correctionem Toupii (quam tamen posthac Toupius ipse rejecit) non solum in textum recepit, sed in notis quoque tanquam unice veram defendit, Valckenario suffragante. Reiskius, quem multa hic offendunt, multa acute quidem excogitavit, quæ excutere jam non vacat: inter alia suspicatus est, versibus 28 — 36. contineri exordium seu præfationem Idyllii decimi. Koehler quoque p. 38. arbitratur, versus 28. et seqq. non esse partem hujus Idyllii, sed exordium alius, quod jam perierit. Ego vero dubito, an tum Idyllium nostrum suavem justumque exitum habeat. Forsitan hi versus, qui dubii videntur, initium fuerunt carminis et reliqui carmen ipsum, quod ad concham caneret. Qua opinione probata *παρὼν* neque molestum neque invenustum erit. Atque multo post quam hæc cogitaveram et scripseram, lætus vidi, Schneiderum in Bibl. Philol. tom. i. p. 130. eodem modo hunc locum et explicuisse et a crisi aliorum vindicasse. Idem vulgatum *ποκ'* in *τόκ'* mutare malit. Wartonus non omnia in hoc carmine genuina esse suspicatur. Harl.

30. Sensus est: non mendacium est, neque verendum, ne pustulæ, mendacii pœnæ et indices, e lingua tua efflorescant. Veterum enim fuit superstitiosa opinio, eos, quibus in naso, vel lingua, tubercula, ut fit, aut alia hujusmodi vitia in aliqua cutis parte orirentur, vel mentitos esse, vel depositum non reddidisse, vel aliquid denique fraudis admisisse. v. Casaub. Lectt. Theocrit. c. 10. et Reiske. Wartono vero hic versus, qui a D. Heinsio in metrica hujus Idyllii versione prorsus omittitur, spurius esse videtur. Harl. Idyll. xii. 23. sq. *ἐγὼ δὲ σὲ τὸν καλὸν αἰνέων Ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιῆς οὐκ ἀναφύσω.* Add. Mitscherlich. ad Horat. Od. ii. 8. init. — J. H. Vossius ad Virgil. Ecl. vii. p. 358. pro *φύσῃς* legit *φύσῃ*, scil. *ἡ ᾠδή·* quam lectionem Vossius filius in Progr. p. 32. sic interpretatur: 'ne posthac in summitate linguæ meæ pustulam producat carmen illud minus bene repetitum.' nam qui carmen male repetierit, eum pœnas dare, pustula in extrema lingua exorta. Vossius opinans Scholiasten sic legisse, haud dubie fallitur. — In cd. Schellersh. legitur *φυσεῖς*, in alio cod. apud Gaisf. *φύσεις*, similiterque Eustath. Il. ε. p. 594. 26 = 452. 25. *ὥσπερ ὀλολύζω ὀλολυγών, τρύζω τρυγών, οὕτω καὶ ὀλοφύζω ὀλοφυγδών, ὡς τὸ ὀλοφυγδόνα φύσεις.* Vide eundem ad Il. ζ. p. 643. 33 = 503. 46. *φύσῃς* Callierg. Graefius scribit: *μήτι δ'*, vel *μὴ δ' ἄρ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσω.* Vox *μηκέτι* potest servari, nam fortiter negat, ut Pind. Ol. i. 7. Sic nonnunquam usurpantur Latinum 'nunquam,' et nostrum 'nimmer.' 'Nimmer sollst du mir ein Bläschen erzeugen.' Videtur etiam *φύσεις* vel *φυσεῖς* præferendum esse. At omnis hujus versus emendandi ratio incerta est, quem non sine probabilitate judicavit vir doctus in Ephem. Halens. hic non suo loco legi. Kiessl.

32. *ἴρηξ δ' ἴρηξιν ἁμῖν* cd. Flor., *ἐμοὶ δὲ μοῖσα* tres alii: *ἴραξιν ἁμῖν δ' ἁ μοῖσα* cum *γρ. ἐμὶν δέ τε μῶσα* cod. Paris. optimæ notæ. — vs. 33. *πλῆος* dedit Brunck. cum uno cod. Vat., *πλεῖος εἴη* duo cdd. apud Gaisford. et Schellersh. *πλεῖος πᾶς εἴη* alius. Kiessl.

34. *ἔαρ ἐξαπίνας* offendit interpretes. Mihi cum Valckenario placet conjectura

Ἄνθεα, ὅσσον ἐμὶν Μῶσαι φίλαι· οὓς γὰρ ὁρεῦντι
Γαθεῦσαι, τώσδ' οὔ τι ποτῷ δαλήσατο Κίρκα.

Eldickii, a Valckenario ample docteque illustrata, ἔδαρ. Hesych. ἔδαρ, βρῶμα. Ipse Theocritus Idyll. xv. 115. habet εἴδατα. In altera editione Valckenario poeta videtur scripsisse οὔτ' ἔδαρ ἐργατίναις (quæ vocabuli ἐξαπίνας in ἐργατίναις mutatio facta a D. Heinsio p. 349. b. probatur Piersono:) γλυκερώτερον. Harl. Lectionem ἔαρ ἐξαπίνας, quam Schol. recte interpretatur τὸ ἔαρ ἐξαίφνης ἐλθόν, 'der Frühling, wenn er plötzlich eintritt,' defendit et egregie illustrat Toupius in Appendicula. Reiskio interroganti, quomodo ver subito exoriri possit, respondit jam Hippocrates de Aere p. 287. (quem locum Toupius excitavit): ὁπόταν γὰρ τὸ πνῖγος ἐπιγένηται ἐξαίφνης, τῆς τε γῆς ὑγρῆς οὔσης ὑπὸ τῶν ὄμβρων τῶν ἐαρινῶν καὶ ὑπὸ τοῦ νότου, ἀνάγκη διπλάσιον τὸ καῦμα εἶναι. — Cum vocabulum ἐξαπίνης s. ἐξαίφνης compositum sit ex præpositione et substantivo inusitato quidem, nihil prorsus insolentiæ est in dictione ἔαρ ἐξαπίνας, cum qua non satis apte contuleris, quæ apud Tibull. iii. 50. leguntur, "nunc leti mille repente viæ:" de quo loco conf. Huschke. Habet tamen etiam Homerus Iliad. iv. 310. πάλαι πολέμων ἐῢ εἰδώς. Kiessl.

35. 36. Vulgatam lectionem, ὁρῶσαι γαθεῦσιν, quæ nititur auctoritate prisc. edd. late defendit Reiske, 'quos blandæ et propitiæ adspiciunt Musæ.' Sed quum in cdd. aliquot reperiatur ὁρεῦντι et ὁρῶντι, Valckenarius in priore editione censebat, Theocritum scripsisse, οὓς γὰρ ὁρεῦντι Γαθεῦσαι, τώσδ' (h. e. τούσδε sive τούτους) οὔτι ποτῷ δαλ. K. 'quos enim Musæ placido lumine viderint, illis ne Circes quidem venena nocuerint:' hancque lectionem in altera editione in textum admisit. [Valckenarium cum Jacobsio et Schaefero secuti sumus. Eustath. Il. α. p. 10. 6 = 8. 38. οὓς οὐ προσορῶσιν αἱ Μοῦσαι, τούτους ποτῷ δηλήσατο Κίρκη, τουτέστι, τούτους ἡ θηριώδης ἀλογία ἔβλαψεν. add. eundem ad Odyss. κ. p. 1656. 57 = 395. 1. Valcken. ad Euripid. Hippol. v. 1339. Mitscherlich. ad Horat. Od. iv. iii. 1. ubi ultima Theocriti verba sic explicat: 'hi nullis aliis illecebris capiuntur.' Versus 35. in cod. Schell. sic legitur: τόσσον ἐμὶν μοῖσαι φ. οὓς μὲν ὁρεῦντι γαθεῦσι. Etiam alii cdd. τόσσον et τόσον præbent. Kiessl.] Brunck. rescripsit ὁρεῦντι Γαθεῦσαι, τὼς οὔτι. ultima, τὼς οὔτι, jam Winterton. edidit, improbante Valckenario. Denique vulgo male τὼς δ' pro τώσδ'. De vocabulo δαλεῖσθαι vide ad Idyll. xv. 48. Harl.

ΕΡΓΑΤΙΝΑΙ Η ΘΕΡΙΣΤΑΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ι'.

ARGUMENTUM.

In hoc Idyllio, quod totum est bucolicum et mimicum, messores, in eodem agro opus facientes, colloquuntur. Horum alter, Battus, quum metendi laborem ægre sustinere videatur, a Milone reprehensus, gravi se tibicinæ cujusdam amore teneri fatetur (— 16). quo audito, Milo, homo durus et rustico operi unice intentus, sodalem irridet, et, ut labor melius procedat, ad canendum invitat (— 23). Sequitur Batti carmen, quo puellam, ceteris omnibus deformem, sibi uni venustam esse visam, ob formæ præstantiam celebrat (— 37). Huic carmini Milo opponit aliud, ut messorum vitæ magis consentaneum, quod cum præcepta quædam rei messoriæ, tum dicteria in operis dispensatorem jacta continet. — Sic Jacobsius. Alii etiam hoc alterum carmen tribuunt Batto, in his Comes a Finkenstein, cui versus 56. sic comparatus esse videtur, eo ut Milo, cujus oratio mordaci exclamatione vs. 40. apte finiatur, versui 41. a Batto dicto respondeat. Accedere huc, quod Battus, qui v. 23. a canendi arte laudetur, facile multa diversique argumenti carmina memoria teneret, idemque simplicior esset, quam qui sentiret, suum canendi studium a Milone derideri. Hinc Battum profiteri, se jam carmen esse dicturum, prorsus ad Milonis palatum factum. Milonem contra, ut qui carminibus non multum tribuere videatur, non ipsum exemplo quodam demonstrare, quale messorem carmen deceat; immo, canendi provincia Batto relicta, in fine demum subjicere, quæ monenda esse videantur. — Hæc quamvis eleganter et subtiliter sint disputata, me tamen nondum permovent, ut Jacobsii aliorumque de altero carmine sententiam deserendam esse censeam. — Ceterum hoc totum Idyllium ab antiquitatis quo imbutum est colore inprimis commendatur.

ΜΙΛΩΝ ΚΑΙ ΒΑΤΤΟΣ.

Ἐργατίνα Βουκαῖε, τί νῦν ὦ 'ζυρὲ πεπόνθης;
Οὔτε τὸν ὄγμον ἄγειν ὀρθὸν δύνᾳ, ὡς τοπρὶν ἄγες·

In Brunckii Analectis est Idyll. xii. Musa vero illa rustica et pastoralis in hoc Idyllio luculenter adparet ex crebro proverbiorum usu. Harl.

1. βουκαῖος non significat proprie θεριστήν, 'messorem,' quamquam hoc Idyllium est θεριστικόν· vide vers. 3. multo minus βουκόλον; sed 'aratorem,' ut Scholiastes jam monuit, at minus recte derivavit, qui inter alia, βέλτιον, inquit, δὲ τὸν ἀρο-

Οὔθ' ἅμα λαιοτομεῖς τῷ πλατίον, ἀλλ' ὑπολείπῃ,
Ὥσπερ ὄϊς ποίμνας, τᾶς τὸν πόδα κάκτος ἔτυψεν.
Ποῖός τις δείλαν τὺ καὶ ἐκ μέσω ἄματος ἐσσῇ,
Ὃς νῦν ἀρχόμενος τᾶς αὔλακος οὐκ ἀποτρώγεις;

νῆρα ἀκούειν, τὸν σὺν τοῖς βουσὶ καίνοντα τὴν γῆν καὶ τέμνοντα. Est contra βουκαῖος quasi βουγαῖος, ὁ τὴν γῆν σφόδρα καὶ κραταιῶς πονούμενος. v. Casaubon. Lectt. Theocr. cap. xi. Reiske ad h. l. Sanctamand. apud Warton. in Addendis p. 352. βου enim in compositis intendit et auget significationem; v. locum classicum apud Varron. de R. R. ii. cap. 5. p. 89. ed. Steph. add. Schol. ad nostrum locum et ad Aristoph. Plutum v. 874. ibique Hemsterhus. et quæ scripsi in Anthol. Gr. Poet. p. 158. [Schol. ad Nicandr. Ther. 5. βουκαῖος. θεριστής, βουκόλος, ὁ ζεύγεσι βοῶν ἑπόμενος· ἢ γαιηπόνος ἁπλῶς. Etymol. p. 207. 31. σημαίνει δὲ τὸν ἀροτριαστήν, τὸν τοῖς βουσὶ καίνοντα τὴν γῆν, τουτέστι κόπτοντα καὶ σχίζοντα. Falli mihi videntur, qui βουκαῖος derivant a particula intensiva βου et γαῖα, quasi sit pro βουγαῖος· immo βοῦκος, et forma diductiori βουκαῖος, est a βοῦς, et proprie significat τὸν ζεύγεσι βοῶν ἑπόμενον· tum universe ἄγροικον, hominem rusticanum, rus colentem. Multus est de hoc vocabulo Eustath. ad Il. ν. p. 962. 12 = 944. 23. idemque ad Il. ζ. p. 660. 18 = 526. 43. ἐργατίνας citat. Kiessl.] — ᾠ 'ζυρέ Steph. Reiske, Valck. Brunck. ᾦζυρὲ Winterton. Warton. ὀϊζυρὲ vel οἰζυρὲ multi cdd. et edd. veteres. — πεπόνθης pro πεπόνθεις cum pluribus cdd. Brunck. et Valck. v. Idyll. v. 28. et Koen. ad Gregor. Cor. p. 81 = 190. Harl.

2. οὔτε τὸν ex optimis cdd. et edd. vett. post Wintertonum reduxit Reiske, et postea Valckenarius, probante Toupio. οὔθ' ἑὸν, quam scripturam Casaubonus vocat antiquam, elegantem et veram, scripserunt Heinsius, Warton. et Brunck. [In cd. Schell. est οὔθ' ἐὸν, spiritu leni super ε in asperum mutato: unde lectioni οὔθ' ἑὸν nova auctoritas accedit, quam oppositio versu proximo τῷ πλατίον inprimis commendat. Conf. de hoc usu pronom. ἑὸς Wolfii Prolegom. ad Homer. p. ccxlviii. sq. Fischer. ad Weller. Gram. ii. p. 237. sq. Matthiaei Gram. Gr. §. 489. Kiessl.] — ὄγμος proprie de messoribus, qui longa serie ordinatim procedentes, inter metendum quasi sulcum ducunt: vocatur etiam αὖλαξ. Conf. Schol. et Hesych. h. v. p. 714. ibique interpretes. Harl. [Add. de hoc vocab. Hermann. in Comment. Societ. Philol. Lips. vol. i. P. ii. p. 259. — Hippopotamus, qui segetem retrocedens depascitur, ὄγμον ἐλαύνειν παλίσσυτον dicitur apud Nicandr. Ther. 570. grues iter facientes ἄλλυτον ὄγμον ἄγουσιν. Oppian. Hal. α. 625. quæ loca Jacobs. citat. Iliad. xi. 68. ὄγμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν. Brunck. δύνῃ posuit. Ex octo cdd. enotatur δύνῃ. At δύνᾳ non mutandum. vid. Schaef. ad Soph. Philoct. v. 798. Kiessl.]

3. Eustath. ad Iliad. β. p. 193 = 146. 39. τὸ δ' αὐτὸ (sc. λήϊον) καὶ λάϊον Δωρικῶς λέγεται. διὸ συνελὼν αὐτὸ ὁ Θεόκριτος λαῖον (x. 21. 42.) λέγει, ὥσπερ αὖθις τὰ λήϊα λῆα ποιεῖ ἡ συναίρεσις. Ibid. p. 862. 55 = 807. 21. — Pro ὑπολείπῃ novem cdd. apud Gaisford. Schell. et Junt. habent ἀπολείπῃ, quod Brunck. recepit. Kiessl.

4. ἃς pro τᾶς in permultis cdd., etiam Schell., item in edd. Ald. et Junt. reperitur. Salmas. in cod. invenit Palat. τὰν τὸν πόδ' ἄκακτος ἔτυψε. Hoc ἔτυψε habet Brunck. cum cd. Schell. τὰν probari potest. Kiessl.

5. Pro vulgatis δείλαν τε καὶ ἐν μέσῳ ἄματος primus Valcken. Theocrito reddidit lectionem cod. Vat., quam posthac omnes editores, receperunt. Jam Reiskio tamen magis placuerat ἐκ μέσω ἄματος, 'statim a meridie.' Brunck. etiam ἐσσὶ dedit, nolente Valcken. γε pro τὺ aliquot cdd. τε duo omittunt. δειλαῖε unus. Schaeferus ad Sophocl. Trach. p. 332., parum intelligens, quam vim h. l. habeat τύ, rescribendum censet ex prioribus editionibus: ποῖός τις δειλάν τε καὶ ἐν μέσῳ ἄματος ἐσσῇ. Kiessl.

6. ἀρχόμενος] Vel supple τοῦ ἔργου sive τοῦ λαιοτομεῖν, vel ex sequentibus repete τᾶς αὔλακος. [Prior ratio est præferenda. K.] — τᾶς ὤλακος scribit Heinsius, ut magis Doricum, teste Etymologo M. p. 625. 27. (add. Koen. ad Gregor. Cor. p. 193.) idque in textum recepit Brunck. dissentiente Valckenario, qui probat Heinsii conjecturam ἀρχομένω, n. ἄματος, — τᾶς αὔλ. ἀποτρώγειν est proprie 'depascere,' morsu decerpere aliquid de sulco, h. e. in opere metendi aliquid proficere. v. Casaub. Lectt. Theocr. ad h. l. et Reiske. Harl. Apte Vossius comparat Catull. xxxv. 7. "Quare, si sapiet, viam vorabit." Kiessl.

Βατ. Μίλων ὀψαμάτα, πέτρας ἀπόκομμ' ἀτεράμνε,
Οὐδαμά τοι συνέβα ποθέσαι τινὰ τῶν ἀπεόντων;
Μιλ. Οὐδαμά. τίς δὲ πόθος τῶν ἔκτοθεν ἐργάτᾳ ἀνδρί;
Βατ. Οὐδαμά νυν συνέβα τοι ἀγρυπνῆσαι δι' ἔρωτα;
Μιλ. Μηδέ γε συμβαίη· χαλεπὸν χορίω κύνα γεῦσαι.
Βατ. Ἀλλ' ἐγώ, ὦ Μίλων, ἔραμαι σχεδὸν ἐνδεκαταῖος.
Μιλ. Ἐκ πίθω ἀντλεῖς δῆλον· ἐγὼ δ' ἔχω οὐδ' ἅλις ὄξος.
Βατ. Τοιγάρτοι πρὸ θυρᾶν μευ ἀπὸ σπόρω ἄσκαλα πάντα.

7. ὀψαμάτα, quod Graefius comparat cum ὀψαρότης et πρωτηρότης (Hes. O. et D. 490.) tres priores syllabas habet productas et ultimam correptam. Quum enim derivetur ab ἀμητήρ vel ἀμητής, penultimam necessario longam habet; prima vero in ἀμάω et ejus derivatis anceps putatur, hic et v. 16. eodem jure producta, quo corripitur Id. xi. 73. Litera α autem in hisce vocativis modo producta, modo correpta legitur. — πέτρα, 'rupes:' ein steinernes Herz tribuunt Germani homini duro. πέτρας ἀ. ἀ. citat Eustath. Od. τ. p. 1859. 30. Kiessl.

10. οὐδαμά νυν, sine accentu, recte, Steph. Reiske, quem vide, Valck. et Brunck. tunc νυν significat δὴ aut οὖν. vid. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 257. 266. 338. et 342. reliquæ editiones cum circumflexo νῦν. Harl. Etiam cd. Schell. νῦν. Perinde est, sive νῦν sive νυν scribas. v. Hermann. ad Aristoph. Nub. 142. Kiessl.

11. μηδέ γε συμβαίη — χορίω Brunck. ex codd. Wartonianis, et probavit jam antea Warton. [Idem etiam Gaisford. ex multis et optimis cdd. recepit. Harles. dederat μηδὲ ξυμβαίη. Valcken. metro refragante μηδέ γε ξυμβ. Graefius malit μὴ δ' ἔτι συμβ., vel μὴ δέ γε συμβ. De μὴ δέ conf. Hermann. Obss. ad Bucol. p. xiii. sq. Kiessl.] De σὺν et ξὺν vide Hemsterh. ad Lucian. tom. i. p. 94. §. 9. et Warton. ad Idyll. xxviii. 25. — χορίω dedit etiam Valck. et prætulerat jam Casaub. Lectt. Theocr. cap. xi. [χορίων vulgo. χόριον — χεύειν Suidæ edd. Med. Ald. in v. χαλεπόν. De voc. χορία vid. Schol. ad ix. 19. K.] Sententia proverbii est: difficile est, ab amore et libidine avocari atque divelli, aut a peccatis et illecebris, iis si quis irretitus fuerit easque quasi degustarit, temperare. v. Erasmi Adag. Chil. sec. Centur. iv. xxii. compara Horat. Sermon. ii. 5. 81. sqq. Warton. in Addendis laudat Wolf. in Addend. et Emend. ad Libanii Epist. 470. p. 862. Harl. Lucian. in libello πρὸς ἀπαίδ. §. 25. Ed. Schmied. t. ii. οὐδὲ γὰρ κύων ἅπαξ παύσαιτο ἂν σκυτοτραγεῖν μαθοῦσα. Jacobs. loci sententiam sic exponit: tales deliciæ a nostra vita alienissimæ; et ut stulte agunt, qui catulis cibos præbent delicatiores, quibus gustatis alios spernunt, sic et nos ejusmodi nugis amatoriis, opulentiorum vitæ consentaneis, indulgentes peccamus. Kiessl.

13. Brunck. recepit Hoelzlini et Uptoni conjecturam, jam Wartono probatam, τηλόν, 'vinum:' Koehler contra calculum adjicit conjecturæ Toupii, qui Emendat. in Suidam P. ii. p. 66. (p. 203. Lips.) legendum putat δηλόν· sic enim vinum a Siculis dici existimat. Valcken. δῆλον retinuit. Idem Brunckius dedit ἐγὼν δ' ἔχω — ὄξευς atque genitivum ὄξους (pro quo Scaliger et Hoelzlinus ὄξευς) non solum quædam habent editiones et cod. Vat., sed frequentius etiam genitivus adverbio ἅλις jungitur. At Reiske ostendit, obtinuisse Theocriti ætate, etiam nominativum aut accusativum cum ἅλις copulare: ut Apollon. Rhod. ii. 424. ἅλις πομπῆες ἔσονται. iii. 829. Callimach. H. in Jov. ἐν δὲ ῥυηφενίην ἔβαλές σφισιν, ἐν δ' ἅλις ὄλβον· ubi v. Ernesti. Sic etiam Musæus v. 260. ἅλις νύ τοι ἁλμυρὸν ὕδωρ· ad quem locum Schrader p. 380. multa Homeri loca collegit. Etiam Valcken. ἅλις ὄξος retinuit et defendit. Sensus: tu abundas copiis vinoque, et lascivis; ego vero pauper laborare cogor et amoris obliviscor. Harl. ἀντλῇς Call. et duo cdd. δῆλον ironice est capiendum: 'e dolio vinario tu scilicet hauris, mihi ne aceti quidem satis est.' Quod Batto pauperi atque a vigiliis et amoribus male habito dictum esse perquam lepidum, monuit H. Vossius. — Etiam hunc locum Casaubonus adhibuit illustrando Idyll. xxvii. 60. Kiessl.

14. Battus ait, se amori intentum haud curare domum aulamve purgandam. Quod Reiske ingeniose conjecit, σποδῷ pro σπόρῳ, hoc Toupius (Emend. ad Hesych. t. iv. p. 240.) probavit, comparans Plautum

Μιλ. Τίς δέ τυ τᾶν παίδων λυμαίνεται; Βατ. Ἁ Πολυβώτα,
Ἃ πρὰν ἀμάντεσσι παρ' Ἱπποκόωντι ποταύλει.
Μιλ. Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν· ἔχεις πάλαι ὧν ἐπεθύμεις.
Μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐξεται ἁ καλαμαία.
Βατ. Μωμᾶσθαί μ' ἄρχῃ τύ. τυφλὸς δ' οὐκ αὐτὸς ὁ Πλοῦτος
Ἀλλὰ καὶ ὡ 'φρόντιστος Ἔρως. μηδὲν μέγα μυθεῦ.

apud Gellium xviii. 12., et Brunck. in textum recepit. Complectitur illud vocabulum omne genus sordium et purgamentorum domesticorum. Ἄσκαλα, proprie, 'quæ non sarrita,' 'sarculo haud purgata sunt:' v. Schol. ad h. l. et H. Stephan. Thes. Gr. Ling. tom. iii. p. 804. hoc loco eadem quæ in genere ἀκάθαρτα· v. Hesych. h. v. — σπόρω retinet Valcken. at pro θυρᾶν μοι cum Wartono ex multis cdd. scribi putat posse. Harl. Etiam Reiske præfert μοι. Idem sic de hoc loco: "Dixerat Battus, se jam in diem undecimum amare. Ergone hic dies a satu erat undecimus? atqui jam metunt, et Milo Battum reprehendit, quod de ordine satis florente nihil derodat. Qui convenit hoc?" Hæc hæsitatio protulit conjecturam σπαδῶ, qua facile caremus, si ponimus, locum continere proverbium. Similis sententia est apud Virgilium, Ecl. ii. 70. "Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est!" — Pro τοιγάρτοι multi cdd. τοίγαρ τά. Kiessl.

15. τυ τᾶν παίδων Brunck. et Valck. ex cdd. At Reiske δέ τοι τῶν ex Ald. et multis cdd. prætulit, usitatius inquiens dici λυμαίνεσθαί τινι, quam τινα. Conf. Lennep. ad Phalarid. Epist. ix. p. 47. Ernest. ad Xenoph. Mem. S. i. 3. 6. — τῶν cod. Par. ed. Med.; ego vero τᾶν veram lectionem esse puto. Harl.

16. πρὶν — Ἱπποκόωνι Callierg. Ἱπποκίωνι Brunck. ex cdd.; alii aliter. — ποταύλει Brunck. in notis unice probavit, quum in textu dedisset ποκ' αὔλει, quod Warton. ex cdd. notarat et probaverat. Idem vers. est in Idyll. vi. 41. Harl.

17. ἀλιτρόν, Hesych. ἁμαρτωλόν, ἄδικον. Proverbium dicitur, ait Scholiastes, κατὰ τῶν καυχωμένων, ὅτε ἐμπέσωσιν εἰς ἃ ἐκφεύγουσιν. Harl.

18. χροΐζεται Callierg. Stephan. alii. χροΐξεται Winterton. ex codd. Schol. (unde etiam Casaubon. præfert), et prim. edit. Reiske. χροΐξεῖται καλαμαία Valcken. in Epist. ad Röver. p. lxi. ex Scholiis restituendum judicavit, et rescripsit Brunck. At in altera edit. Valcken. quum retinuerit χροΐξεται ἁ καλαμ. in notis tamen sibi haud displicere affirmat χροΐξεῖθ' ἁ καλαμαία, quod placuit Hemsterhusio et Wartono. Scholiastes, χροΐξεῖται, ait, ἀντὶ τοῦ συγχρωτισθήσεται καὶ συγκοιμηθήσεται. ἁ καλαμαία δὲ ἀντὶ τοῦ, ἡ ἀρουραία. ἔστι δὲ ἀκρὶς ἐν τῇ καλάμῃ γινομένη, καὶ καλεῖται μάντις. κ. τ. λ. Sensus est: 'accubabit tibi femina exoleta et retorrida tardaque, quæ in virginitate consenuit, similis insecto, quod vocatur μάντις.' Suidas tom. i. p. 335. in ἀρουραία μάντις, "'ruralis mantis' dicitur de segnibus et ignavis: est autem 'Mantis' (quodammodo similis) viridis et admodum tarda, cujus motionibus quidam observatis futura prædicunt." Conf. Suid. in v. γραῦς στέριφος et Hesych. ibique Alberti, item Toup. in Animadv. in Schol. p. 217. Adde Porti Dict. Dor. h. v. ibique Eustathium. Harl. Mantis religiosa vel oratoria Linn. Das wandelnde Blatt; Pregue-dieu in Galloprovincia. Schreber. Non necesse est, intelligatur illa locusta, quæ 'mantis' vocatur: potest quælibet locusta intelligi, cum qua, quum formosa non sit, exoletæ segnesque mulieres recte comparantur; et quælibet 'mantis' vocari, si quidem, conspecta in aristis, sterilem messem annuntiat. Conf. Bindemann. et Finkenstein. ad h. l. Præterea vid. Valcken. ad Euripid. Phœn. 1619. et Leopardi Emend. v. 21. Kiessl.

19. τυφλὸς] In prima edit. legitur τυφλόν, quod, Valckenario judice, genuinum poterat videri, si esset in codd. Mss. Etiam Boeckh. ad Platon. Min. p. 96. præfert τυφλόν, ex qua lectione ut reconditiori facile nasci potuerit vulgatius τυφλός; non invicem. Boeckhii judicium sequitur Jacobsius, repugnante Schaefero, qui laudat Porson. ad Eurip. Orest. v. 626. H. Vossius citat Aristoph. Plut. 208. ubi pro δειλότατος item alii δειλότατον ἔσθ' ὁ Πλοῦτος. — Pronomen αὐτός, ubi explicatur μόνος, propriam vim retinere et rectius per adverbium ἰδίᾳ explicandum esse, monuit Graefius ad Meleagr. p. 76. Kiessl.

20. Sophocl. Ajac. 384. μηδὲν μέγ' εἴπῃς.

Μιλ. Οὐ μέγα μυθεῦμαι. τὺ μόνον κατάβαλλε τὸ λαῖον,
Καί τι κόρας φιλικὸν μέλος ἀμβάλευ· ἅδιον οὑτῶς
Ἐργαξῇ· καὶ μὰν πρότερόν ποκα μουσικὸς ἦσθα.
Βατ. Μῶσαι Πιερίδες συναείσατε τὰν ῥαδινάν μοι
Παῖδ'· ὧν γάρ χ' ἅψησθε, θεαί, καλὰ πάντα ποεῖτε.
Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες,
Ἰσχνάν, ἁλιόκαυστον· ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.
Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντί, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος·

ad quem loc. conf. Lobeck. Versu proximo de forma λαῖον vid. locum Eustath. repetitum ad vs. 3. Kiessl.

22. ἀμβάλευ pro ἀναβάλλου· vide ad vi. 20. et Warton. ad nostrum locum. — οὑτῶς pro οὕτως hic et versu 47. ut magis Doricum, reposuit Brunck. suadente Casaubono. Harl. [Huic obsecuti sumus cum Gaisfordio. Kiessl.]

24. Auctores habeo veteres Grammaticos, Dores non παῖδα scripsisse, verum παῖσδα: quare scribo in hoc carmine, συναείσατε τὰν ῥαδινάν μοι Παῖσδα, et ita alibi restituendum. Casaub. [At vid. Bast. ad Gregor. Cor. p. 324. et Valcken. ad Adoniaz. p. 349. A. B. Kiessl.]

25. ὧν γὰρ χ' ἀψεῖσθε ex cdd. et edd. pr. Brunckius et Valcken. ἅψησθε Call. Steph. Warton. alii aliter apud Reiskium, qui de conjectura sua exscribi jussit ὧν καὶ λαψεῖσθε, atque λαβέσθαι τινὸς explicat 'alicui succurrere,' 'eum protegere,' 'curare,' 'ornare:' in notis tamen ei præstare videtur, Aldinam reddere, ὧν καί γ' (i. e. κε, κεν, ἂν) ἀψεῖσθε. [Harlesius sequutus erat Valckenarium, nos potius Schaeferum et cd. Schellersh. in quo est ἅψησθε sine χ'. Kiessl.] — Mox ποεῖτε cdd. Vatic. edd. Call. Steph. Reiske; [Hoc nos cum Harlesio servavimus. Kiessl.] — ποιεῖτε alii cdd. Warton. Brunck. Valcken. — Vers. 26. Βαμβύκα cod. Paris. (et Schellersh.) Harl.

27. ἐγὼν Brunck. — μελίχλωρον 'eine Brünette' interpreter: comparatio apta et usitata ad colorem vultus vivide exprimendum. A sensu non multum abest conjectura Koehleri et Wartoni, μελίχρωον. [Hoc vocabulum nihili et contra omnem Græcæ linguæ analogiam confictum esse affirmat Boeckhius in Platon. Min. p. 189. Kiessl.] — Prior suspicatus est etiam μοῦνος δὲ μελίχρουν. Stephanus μόνον μελίχλωρον. Valckenario vulgatum videtur præstare. Confer omnino Lucret. iv. v. 1154. sq. et Scholia tum ad hunc Theocriti locum, tum ad Idyll. v. 95. Commentarium veluti, quibus et hunc locum et verbi significatum explicarent, scripserunt H. Stephanus p. xlii. ad Principes Poetas Græcos (et in notis ad Theocritum) et Wolfius ad Sapph. p. 235. sq. Lucretii verba, quæ huc pertinent, sunt: 'Nigra, μελίχροος est: — ἰσχνὸν ἐρωμένιον tum fit, quum vivere non quit præ mœrore: ῥαδινὴ vero est jam mortua tussi.' Harl. Virgilius locum imitatus est Ecl. x. 38. "quid tum, si fuscus Amyntas? Et nigræ violæ, sunt et vaccinia nigra!" Adde Vossium ad Virgil. Ecl. p. 60. Kiessl.

28. Hyacinthus, Amyclæ regis Laconici (secundum alios Œbali) filius, puer fuit longe formosissimus, cujus amore captus Apollo e cœlo in terram descendit. Is quum se Apollini dedisset, Zephyrus, invidia iraque incitatus, effecit, ut Hyacinthus, qui post Apollinem discum jecerat, disco venti impetu in suum ipsius caput repercusso interimeretur. quo facto, pro adolescente florem terra produxit, ab illo cognominatum, cujus foliis primam nominis Hyacinthi literam (Υ) insciptam fuisse fabulantur. Conf. Ovid. Metam. x. 162. sqq. Apostolii Proverb. Centur. xxi. 19. Schol. ad nostrum locum, Toupii Animadv. in Schol. p. 218. Heyne Antiquar. Aufsätze, P. i. p. 97. sq. Morum in indice ad Xenoph. H. Gr. s. v. Ὑακίνθια, et Warton. Emend. Schol. p. 204. (Manson. ad Mosch. iii. 6.) Harl. Ὑάκινθος, n. viola odorata conf. Bodæum ad Theophrast. p. 652. Hyacinthus poetarum quibus lilii pomponii Linn. quoddam genus, aliis vero Iris fœtidissima Linn. est. Conf. ill. Heyne ad Virgil. Ecl. ii. v. 18. [Voss. p. 61. eundemque ad Ecl. iii. 106. p. 153. sq. et ad Georg. p. 779. sqq. adde auctorem Arethusæ p. 249. et Palmerii Exercit. p. 809. Kiessl.] et auctores ibidem excitatos; Bodæum a Stapel ad Theophrast. p. 710. sq. Delphinium, quod propterea Ajacis dicitur b. Linneo in Spec. Pl. p. 718. literas luctus ΑΙΑ melius quam in illis expressas ostendit, ideoque ab eodem in Hort. Cliff. p. 213. pro hyacintho antiquorum habetur. Scaa-

Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται.
Ἁ αἴξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει,
Ἁ γέρανος τὤροτρον· ἐγὼ δ' ἐπὶ τὶν μεμάνημαι.
Αἴθέ μοι ἦς ὅσσα Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι·
Χρύσεοι ἀμφότεροί κ' ἀνεκείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ·
Τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα, καὶ ἢ ῥόδον, ἢ τύ γα μᾶλον,
Σχῆμα δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας.

BER. ἴον s. μελάνιον, ἴον μέλαν, 'Merzviole.' v. Voss. ad Virgil. Ecl. ii. 47. p. 77. KIESSL.

29. ἀλλ' ἔμπας, 'et tamen,' 'nihilo tamen minus,' more Homeri, ut Iliad. β. 297. ἀλλὰ καὶ ἔμπης, etc.—λέγονται, non 'nominantur,' sed 'leguntur,' simplici verbo pro composito. Locum Virgilii (Ecl. ii. 18.), "alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur," comparavit jam Stephanus in edit. min. p. 28. sq. Observ. HARL. πρᾶτα, quod unus servat Cæsareor., cum Valcken. aliisque pro πρῶτα reposuimus. pro λέγονται multi cdd. dant λέγοντι. KIESSL.

30. Vide Idyll. v. 128. et Virgil. Ecl. ii. 63. sqq. (Voss. p. 84.) Columell. de R. R. v. 12. 1. ibique Schneider. Comm. p. 306. vii. 6. Martin. ad Virg. Georg. ii. 431. sq. p. 283. sqq. HARL.

31. Sationis tempus, vel sementem et arantem, grus amat et insequitur. Messori ergo apta est comparatio. vid. Wartonum, qui laudat Hesiod. O. et D. vers. 448. adde Toupium in Addendis ad h. l. Lampium de Cymbalis Veterum, libr. iii. cap. 18. p. 393. sq. et Stephani Observ. in min. edit. p. 46. sq. ubi præcipue de usu verbi διώκειν disputat. HARL. [Add. Vossium ad Virgil. Georg. p. 169.—ἐγὼν Brunck. ut assolet. De formula μαίνεσθαι ἐπί τινι vid. ad Idyll. ii. 48. Harles. in indic. ad Anthol. Gr. Poet. KIESSL.]

32. Reiske revocavit lectionem Aldinam [—εἴησαν ὅσα Κρ. φ. π. quam etiam Harlesius servaverat. K.], quam partim exhibent cdd. Warton. (qui solam vocem ποκὰ omittunt), quamque reliquis prætulit etiam Wartonus. At Calliergus, Steph. Winterton. Warton. Valck. ex cdd. αἴθέ μοι ἦσαν, ὅσα Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπ. Brunckius cum Toupio, αἴθέ μοι ἦς ὅσσα (voces ἦς ὅσσα sunt in optimo cod.) Κρ. π. φ. π. in notis tamen malit αἴθ' ἐμὶν ἦς [quod non recipere debebat Dahlius. Nos unice Toupium secuti sumus. KIESSL.] In aliis cdd. legitur ποκα, in aliis omittitur; in aliis est εἴησαν, in aliis ἦν vel ἦσαν. Valckenario versus sic quoque scribi posse videbatur, syllaba per cæsuram producta: Αἴθε μοι εἴησαν Κροῖσον ὅσα φαντὶ πεπᾶσθαι. [Cd. Schellersh. ut unus Florent. apud Gaisfordium, αἴθέ μοι ἦσαν ὅσσα κρεῖσσον ἔχειν πόκα φαντὶ πεπᾶσθαι. De εἴθε conf. Hermann. ad Viger. p. 756. 190. KIESSL.] —πεπᾶσθαι a πάομαι, 'possideo,' de quo verbo fuse eruditeque disputat Valcken. in Animadv. ad Ammon. p. 187. sq. adde Reiske ad Idyll. xv. 90. HARL. Ad vs. 32. conf. Voss. ad Virg. Ecl. vii. 35. sq. p. 364. KIESSL.

33—35. Sensus est, ut verbis utar Casauboni in Lectt. Theocr. cap. xi. "Si mihi opes suppeditarent, Veneri consecrarem et tuam et meam imaginem: ac tu quidem tibias tenens, sertis redimita stares; ego autem, non habitu isto hominis rustici et pauperis, sed vel habitu citharœdi cum syrmate, vel, ut aliquis procerum, palliatus et eleganter calceatus."—τῇ Ἀφροδ. Ald. Warton. τᾷ Ἀφρ. multi cdd. Winterton. Reisk. Brunck. Valcken.—τ' ἀνεκείμεθα edd. pr. multique cdd. [alii ἀνακείμεθα· τἀνακείμεθα. κἀνακείμεθα.]—ἢ τύ γα (pro τύ γε) Brunck. et Dahl. ex emendatione Toupii [quam nos quoque recepimus. K.] —σχῆμα Bergler ad Alciphron. p. 141. (p. 195. sq. t. i. ed. Wagn.) non 'vestem,' sed 'gestum' saltantis intelligit: at noster, imitatus Aristophan. in Vesp. 1152—1155. (quæ est opinio Toupii in Add. p. 396.) 'habitum' innuit. HARL. In loco Aristophanis, quem vix respexit hic Theocritus, σχῆμα est latioris significationis. In aliis autem locis, ubi σχῆμα significat gestum saltantis, hæc significatio ex orationis serie facile cognoscitur: quod de nostro loco non affirmaverim. Hinc cum Casaubono malim intelligere vestem exteriorem, qualem induebant opifices, quoties luberet εὐσχημονεῖν. Nam opifices fere nullam gestabant, erantque tunicati: ne ditiores quidem intra ædes, aut in remissione. v. Alciphron. i. 34.—Ceterum, ut recte observavit Graefius, καινὸς dupliciter intelligi debet: ἔχων σχῆμα καινόν, καὶ καινὰς ἀμύκλας. Eidem viro docto videtur legendam

Βομβύκα χαρίεσσ', οἱ μὲν πόδες ἀστράγαλοι τεῦς,
Ἁ φωνὰ δὲ τρύχνος· τὸν μὰν τρόπον οὐκ ἔχω εἰπῆν.
Μιλ. Ἦ καλὰς ἄμμε ποῶν ἐλελήθη βῶκος ἀοιδάς·
Ὡς εὖ τὰν ἰδέαν τᾶς ἁρμονίας ἐμέτρησεν.
Ὤ μοι τῶ πώγωνος, ὃν ἀλιθίως ἀνέφυσα.
Θᾶσαι δὴ καὶ ταῦτα τὰ τῶ θείω Λυτιέρσα·

esse εἶμα pro σχῆμα. In duobus cdd. est σχοῖμι, ut lectum fuit a Schol. et Ursino. Toupius primo conjecerat στέμμα. Kiessl.—ἀμύκλ. ornamentum quoddam pedum, calcei Laconici pretiosi, ab inventore Amyclæo nomen sortiti. v. Schol. Suidas sub h. v. et Meursius in Miscell. Lacon. i. cap. 18. Harl.

36. 37. τεῦς pro vulgato τεῦ ex edit. Flor. cum Valcken. recepimus. Kiessl.—ἀστράγαλοι, εὔρυθμοι καὶ ὀρθοί· ἢ λευκοί, ὡς καὶ ἀστράγαλοι. Schol. bene. 'Lucidos' vertit Portus in Diction. Dor. h. v. et idem esse quod λευκόσφυρος, Idyll. 17. 32. aut εὔσφυρος, Idyll. 28. 13. putat Warton. E contrario Reiskio, in alia omnia abeunti, πόδες ἀστράγαλοι videntur esse 'nodosi,' 'curvi,' 'tortuosi' et 'eminentes,' ut tali. Eidem τρύχνα est 'rauca' et 'nigra;' Scholiastæ vero 'mollis,' 'tenera.' [Τρύχνη s. τρύχνος, etiam στρύχνη s. στρύχνος, est 'solanum nigrum' s. 'hortense' (στρύχνος κηπαῖος, 'essbarer Nachtschatten'). Cum hujus solani bacca dulci, quæ illa ætate pro imagine omnis dulcedinis usurpata fuisse videtur, vocem puellæ ob suavitatem comparat, sicut ante ejusdem puellæ pedes cum 'astragalis' s. 'talis,' exprimens eorum levitatem et mobilitatem, quum talorum instar, quibus luditur, inter saltandum sursum et deorsum moventur. Sic auctor Arethusæ p. 250. hunc locum egregie explicat. Idem τρόπον intelligit 'das Eigenthümliche, Characteristische der Person, welches überall in ihrer Gestalt und in jeder Handlung sichtbar wird; ihre Manier.'—τρύχνος· τὸν δὲ τρόπον—εἰπῆν Brunck. Illud τρύχνος, quod cum multis cdd. et ed. Junt. etiam Cd. Schell. offert, prætulimus. Kiessl.]—τὸν μὰν τρόπον pro vulgato τὸν δ' αὖ τρ. Valck. ex ed. Flor. et aliquot cdd. [in multo pluribus cdd. etiam Schellersh. est τὸν μὲν τρ.] deinde malit εἰπῆν. [Utrumque recepimus. K.] Quanto in honore veteribus fuerint pedes pulcri, de eo plura collegit Schrader ad Musæum p. 182. sq. Harl.

38. 39. ποιῶν ἐλελήθη Valcken. ex cdd. et edd. pr. quem sequimur cum Dahlio, Schæfero, aliis, nisi quod, etiam Brunckio ad Idyll. viii. 18. jubente, retinuimus ποῶν. In Ald. Flor. ἄμμι ποιῶν ἐλελήθη, in Call. ἄμμε πόων ἐλελήθει, Salam. Farr. Brub. ἄμμε ποῶν ἐλελήθη, Steph. ἄμμε ποῶν ἐλελήθει, quam lectionem Harles. dederat. In uno cod. est ἐλελήθης, cui congruit ἐμέτρησας, quod vs. proximo alius cod. præbet. At tertia persona irridenti magis convenit.—De βῶκος, pro quo βοῦκος Schellersh., vide ad vs. 1.—Ad vers. 39. Jacobsius citat hunc locum Luciani Imagg. 14. τὸ γὰρ τῆς τε ἁρμονίας τὸ ἀκριβέστατον διαφυλάττειν, ὡς μὴ παραβαίνειν τι τοῦ ῥυθμοῦ, ἀλλ' εὐκαίρῳ τῇ ἄρσει καὶ θέσει διαμεμετρῆσθαι τὸ ᾆσμα. Kiessl.

40. ἀλιθίως, voc. Theocrit. 'frustra,' 'incassum.' vide Porti Dict. Dor. h. v. Valckenarius ἀνέφυσα scribendum censebat cum Hemsterhusio, atque hoc ipsum, quod jam pro ἀνέφυσας sex codices offerunt, cum Gaisfordio reponere haud dubitavimus. De ipsa sententia conf. ad Idyll. xiv. 28. Kiessl.

41. Cantilena messorum vocabatur ᾠδὴ Λυτιέρσης, Athen., lib. xiv. cap. 3. a Lytiersa, Midæ filio spurio. Vide Schol. Casauboni Lectt. Theocrit. cap. xii. Mollum ad Longi Pastoral. iv. cap. 27. p. 506. sq. ed. Boden. Warton. ad h. l. et in Addendis. Harl. Add. de hoc argumento Ilgenium in Disquis. de Scoliorum Poesi p. xvi. sqq. Eichstaedt. de Dramate Græcorum Comico-satyrico, in primis de Sosithei Lytiersa, Lips. 1793. quo cum libello conf. G. Hermanni epistolam—De Dramate Comico-satyrico in Commentar. Societ. Philol. Lipsiens. vol. i. P. ii. p. 245. sqq. Nonnulla monuit etiam Finkenstein in Arethusa p. 251.—In uno codice Mediceo et Schellersh. omnis locus, qui continetur versibus 41—55. Batto tribuitur, reliqua ad finem Miloni, quam rationem, cujus etiam Scholiastes meminit, post Brunckium etiam Gaisfordius adoptavit. Dahlius, motus versu 41. et loco quodam argumenti Græci desiderat hic carmen, facta et fata Lytiersæ spectans, quod vel temporis injuria vel librariorum negligentia interierit. —Inde a vs. 42. bini versus arctius cohærent. Edwardus, Anglus, conjecit, hæc

Δάματερ πολύκαρπε, πολύσταχυ, τοῦτο τὸ λαῖον
Εὔεργόν τ' εἴη, καὶ κάρπιμον ὀττιμάλιστα.

Σφίγγετ', ἀμαλλοδέται, τὰ δράγματα, μὴ παριών τις
Εἴπῃ, σύκινοι ἄνδρες, ἀπώλετο χ' οὗτος ὁ μισθός.

Ἐς βορέην ἄνεμον τᾶς κόρθυος ἁ τομὰ ὔμμιν
Ἢ ζέφυρον βλεπέτω· πιαίνεται ὁ στάχυς οὕτως.

Σῖτον ἀλοιῶντας φεύγεν τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνον·
Ἐκ καλάμας ἄχυρον τελέθει ταμόσδε μάλιστα.

Ἄρχεσθαι ἀμῶντας ἐγειρομένω κορυδαλλῶ·

versuum paria hoc ordine esse legenda: v. 42. 43. | 50. 51. | 46. 47. | 44. 45. | 48. 49. Kiessl.

42. Ceres multis frugibus multisque spicis abundans a messoribus invocabatur. v. Callim. H. in Cerer. vs. 2. et vs. 137. ibique Spanhem., eundemque ad Callim. H. in Dian. v. 130. Virgil. Georg. i. 347. sqq. (et Vossium ad h. l. p. 160.) Harl.

43. *ὀττιμάλιστα*, junctim, pro *ὅττι μάλιστα*, dedit primus Wintertonus, quem sequuntur editores recentiores. Kiessl.

44. *ἀμαλοδέται* simplici λ edd. priscæ et aliquot cdd. Homerus Iliad. xviii. 553. habet *ἀμαλλοδετῆρες*, ubi v. var. lectt. Scholia ibi explicant: *οἱ τὰ δράγματα συνδεσμοῦντος, ὅ ἐστι τοὺς αὔλους τῶν ἀσταχύων*. est 'colligans manipulos,' 'ein Garbenbinder.' v. Dammii Lex. Gr. p. 447. adde Porti Dict. Dor. h. v. Harl.

45. *εἴπῃ*, quod ex uno cod. enotatum memorat Valck. etiam in cd. Schell. pro *εἴποι* reperitur, eratque vel sine his auctoritatibus reponendum. Kiessl.—*σύκινοι* h. e. 'infirmi,' 'inutiles,' metaphora ab arbore ficu sumta, cujus lignum nullius usus esse credebatur. v. Apostol. Proverb. Cent. xvii. 79. Schol. ad nostrum loc. item Schol. et Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 947. p. 328. Harl. Horat. Sat. i. 8. 1. "Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum." ad quem loc. conf. Lambin. Kiessl.

46. *βορέην ἄνεμον*] *πρὸς βορέην ἄνεμον* Herodot. i. 75. Sic sæpe genus cum specie conjungitur: quam loquendi rationem pluribus illustrant Buchner. et Staver. ad Cornel. Nep. Miltiad. i. n. 4. Harl. [Plura collegit etiam Schwebel. ad L. Bos. Ellips. p. 31. sq.—*κόρθυς* sunt 'culmi in acervum congesti,' 'die Mandeln in Haufen.' v. Schneid. ad Scriptt. R. R. p. 383. tom. iii. quem citat Harles. *τομὴ* autem significat h. l. 'eam culmorum partem, qua sunt desecti.' De hoc vocabulo non satis accurate loquitur Koeppen. ad Iliad. α. 235. de ipso præcepto conf. etiam Vossius ad Virgil. Georg. p. 101. Aliquot codd. *ἄμμιν*, et unus *βορέαν*. Annotator Vimariens. ad vers. 47. adscripsit hæc: Bacchylides lib. vi. Anthol. tit. *ἀπὸ γεωργῶν. τῷ πάντων ἀνέμων πιοτάτῳ ζεφύρῳ*. Kiessl.]

48. *ἀλοιᾷν* proprie est 'triturare frumentum.' v. Valcken. Animadv. ad Ammon. p. 21. qui vulgatum *ἀλοιῶντες* ex cod. Voss. [cui concinunt quindecim apud Gaisford. K.] mutat in *ἀλοιῶντας*, quem casum etiam Scaliger, Koehler, Dorville in Vanno Crit. p. 341. Brunck. et Warton. prætulerunt, *χρὴ* subaudientes. Reiske contra defendit vulgatam lectionem, nihil frequentius est, inquiens, in libris Græcis ista nominativorum cum infinitivis compositione, cum volunt imperare. ita ipse Theocritus Idyll. 24. 39. Subauditur *μέμνασο*, aut *μεμνάσθω*, aut *μέμνασθε*, aut *μεμνάσθωσαν*. 'memento,' 'mementote,' 'meminerint.' Harl. [De ipso meridie, ad triturandum aptissimo tempore, vide Vossium ad Virgil. Georg. p. 143. et Schol. ad Theocriti locum. De metu Panis hic non cogitandum. De verborum autem constructione et accusativo hoc quidem loco recte posito v. Matthiæi Gramm. Gr. §. 554.—*τὸ μεσαμβρινόν*· vid. ad Idyll. i. 15. Cum Valcken. et Brunckio pro *φεύγειν* et *τημόσδε* dedimus *φεύγεν* et *ταμόσδε*. Kiessl.

50. *Ἄρχεσθ' ἀμῶντας ἅμ' ἐγειρομένῳ κορυδάλλῳ* Brunck. dedit. Vulgo *ἄρχεσθαι δ' ἀμ*. Hoc δ' a nonnullis cdd. Vatican. et edit. Ald. abest, probantibus Heinsio et Reiskio, qui scite monuit, omnes has gnomas vel præcepta esse soluta, sparsa, nec ullo vinculo inter se copulata. Hinc recte Brunckius singula disticha a vs. 42—55. seorsim posuit et separatim distinxit, quod nos quoque imitati sumus. Item cum Dah-

Καὶ λήγειν, εὕδοντος· ἐλινῦσαι δὲ τὸ καῦμα.

Εὐκτὸς ὁ τῶ βατράχω, παῖδες, βίος· οὐ μελεδαίνει
Τὸν τὸ πιεῖν ἐγχεῦντα· πάρεστι γὰρ ἄφθονον αὐτῷ.

Κάλλιον, ὦ 'πιμελητὰ φιλάργυρε, τὸν φακὸν ἕψειν·
Μὴ 'πιτάμῃς τὰν χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον.

Ταῦτα χρὴ μοχθεῦντας ἐν ἁλίῳ ἄνδρας ἀείδεν·
Τὸν δὲ τεόν, βουκαῖε, πρέπει λιμηρὸν ἔρωτα
Μυθίσδεν τᾷ ματρὶ κατ' εὐνὰν ὀρθρευοίσᾳ.

lio δ' omisimus. Brunckii lectionem falsam esse, arguit vel versus 51. Kiessl.

51. *ἐλινῦσαι* Brunck. ex optimis codicibus; modo enim simplici *ν*, modo duplici scribitur: de qua varietate, indeque orta quæstione, utra scribendi ratio sit verior, vide Spanhem. et Ernesti ad Callim. H. in Cerer. vers. 48. [In Etym. M. v. *ἐλινύειν* scribitur: *ἐλίνυσε δὲ τὸ καῦμα.* Adde Leopardi Em. i. 25. citatas a Reiskio, item notata ad Greg. Cor. de Dial. Ion. §. xcii. p. 502. et Heyn. ad Pind. Nem. v. 2. Kiessl.]—'Ἐλιννύω est 'quietem ago,' cesso,' 'ferior,' 'otior.' v. Hesych. tom. i. p. 1177. no. 11. 12. ibique interpretes, Suidam tom. i. p. 715. inprimis Foesii Œcon. Hippocr. p. 199. Scholiastes ad nostrum locum interpretatur *ἠρεμεῖν, βραδῦναι·* bene vero addit: *οὐκ ἀσκόπως δὲ τοῦτο λέγει· ὁ γὰρ κορυδαλλὸς τῶν ὀρνέων πρῶτος περὶ τὸ λυκόφως ἐπὶ τὰς νομὰς ἀφικνεῖται, καὶ τελευταῖος ὑποστρέφει.* Harl.

53. *ἐκχεῦντα* magna pars codd. et edd. prisc. *ἐγχεῦντα* a Stephano datum et cdd. Vat. et res ipsa comprobant. Kiessl.

54. 55. *τὸν φακὸν ἕψην* pro vulgato *τὼς φακὸς ἕψειν* Brunckius. *τὸν φακὸν* est ex cdd. Vatican. ed. Florent. Stobæo xvi. 38. et Scholiis Aristoph. Plut. 192. quæ exhibent *ἑψεῖν*. Hemsterhusio *δωρικώτερον* videtur *τὼς φακὸς ἕψειν*. Valcken. dedit *τὸν φακὸν ἕψειν*. [Aliquot cdd. *ἕψην*.] Verba sunt messoris ad operis dispensatorem, hominem perparcum, qui messoribus parum cibi præberet. [*Κάλλιον*, quod h. l. legitur, comparat Toup. Emend. in Suid. Part. iii. p. 273. cum Hesiodeo O. et D. 750. *μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν (οὐ γὰρ ἄμεινον).* Bucolici sensum sic constituit: 'quin tu potius id agis, ut lentes coquantur, et ventri bene consulatur.' Quæ explicandi ratio non probanda. Imo hoc auctor dicit: hoc tibi placet, ut paucas modo lentes operariis coquas cuminumque adeo diffindas. Ultima salse adduntur. Kiessl.]—In Schol. exitu dicitur: *εἰώθαμεν τοὺς ἄγαν φειδωλοὺς κυμινοπρίστας καλεῖν. σκώπτει δὲ αὐτὸν ὡς φειδωλόν.* Harl. [Alexis Comicus (a Wartono ad h. l. laudatus) apud Athenæum viii. 365. *ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι Κυμινοπρίστης ὁ τρόπος ἐστὶ σοῦ πάλαι.* Harles. citat Spanhem. ad Juliani Cæsares p. 74. edit. Heusing. De cumini sectore plura collecta sunt in Erasmi Adagiis p. m. 82. Kiessl.]—Vers. 55. De cymino (römischer Kümmel) conf. Celsium in Hierobot. tom. i. p. 516. sqq. Schreber.

57. *λιμηρόν*, est a Stephano. Edd. vett. variant, aliis *λοιμηρόν*, aliis *λυμηρὸν* exhibentibus. *λιμηρός*, famelicus, pauper, tum qui ad famem et paupertatem redigitur, aut qui fame aliquem perimit; hinc denique 'miser,' 'noxius,' 'periculosus.' vide Porti Dict. Dor. h. v. [*λιμηρὸς ἐρ.* 'Liebe bei der man verhungert.' Com. a Finkenstein. reddit: 'verhungerte L.' alii, 'klägliche L.' K.]—Doricum *βωκαῖε* servavit Cd. Paris. Harl.

ΚΥΚΛΩΨ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ια'.

ARGUMENTUM.

Præmissa præfatione ad Niciam, medicum Milesium (cui inscripsit Idyllium xiii. cujusque laudem intexuit Idyllio xxviii. 6. sq. et Epigram. vii. 3.) de vi cantus et Musarum, amoris remedio efficacissimo (—6.) Polyphemum præ amoris impotentia tantum non furentem (—18.) inducit in rupe sedentem, unde prospectus in mare patebat, cantuque tempus fallentem. Hic vero Galateam accusat superbiæ, qua ardentissimum ipsius de ea bene merendi studium remuneretur (—29.) fortunæque bona commemorat, quibus eam, si formæ sibi desint munera, cumulaturus sit. —49. Tandem, vehementissimi amoris impotentia varia ratione declarata, quanta ipse dementia laboret, intelligens, ab insano isto amore se revocat.—Egregium est poema, in quo amoris vis in rudi et illiberali Cyclopis animo optime repræsentatur. Nonnulla in eo ducta videntur ex Philoxeni Cyclope, de quo Plutarch. Sympos. i. 5. t. ii. p. 622. C. *καὶ τὸν Κύκλωπα Μούσαις εὐφώνοις ἰᾶσθαί φησι τὸν ἔρωτα Φιλόξενος.*—Theocriti hoc Idyllium ante oculos habuit Bion initio carminis xv. (vii. Mans.) quod inscribitur Ἐπιθαλάμιος Ἀχιλλ. καὶ Δηϊδ. pluraque inde vel mutuati vel imitati sunt Virgilius in Ecl. ii. et ix. Ovidius in Metamorph. xiii. 755. sqq. et Salomo Gesnerus in Episodio quodam, quod insertum est Idyllio quod inscribitur: 'Der erste Schiffer.'—Conf. etiam Callim. Epigram. xlix. Brunck. Anal. t. i. p. 464. xiv.

Οὐδὲν πὸτ τὸν ἔρωτα πεφύκη φάρμακον ἄλλο,
Νικία, οὔτ' ἔγχριστον (ἐμὶν δοκεῖ), οὔτ' ἐπίπαστον,

In Analectis Brunckianis est Idyll. vi. Hoc Idyllium elegantissimum Harlesius in Antholog. Græca Poetica p. 79. sqq. uberius illustravit, ubi hos de eo libellos laudat: Jo. Ge. Henr. Feder, Amor Polyphemi ex Theocrito, Ovidio et Metastasio; Erlangæ, 1765. Ramler, Einleitung in d. schoen. WW. P. i. p. 331. Vavassor, de Ludicra Dictione, p. 110. (qui hoc et sextum Idyllium pro uno habet, repugnante Dan. Heinsio in Leott. Theocrit. p. 293.) Herder, über die Deutsche Literatur. 2 Samml. Scaliger, Poetic. lib. v. p. 632. sq. Tollii comparatio Theocriti et Virgilii in Berkelii Diss. Crit. L. B. 1707. 8. Kiessl.

1. Initium hujus Idyllii habet Stobæus in Florileg. p. 393. 7.—Bentleius in Epist.

Ἦ ταὶ Πιερίδες· κοῦφον δὲ τοῦτο καὶ ἁδὺ
Γίνετ' ἐπ' ἀνθρώποις· εὑρῆν δ' οὐ ῥᾴδιον ἐντί.
Γινώσκεν δ' οἶμαι τὺ καλῶς, ἰατρὸν ἐόντα,
Καὶ ταῖς ἐννέα δὴ πεφιλαμένον ἔξοχα Μοίσαις.
Οὕτω γοῦν ῥάϊστα διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἁμῖν,
Ὠ 'ρχαῖος Πολύφαμος, ὅκ' ἤρατο τᾶς Γαλατείας,
Ἄρτι γενειάσδων περὶ τὸ στόμα τὼς κροτάφως τε·
Ἤρατο δ' οὔτι ῥόδοις, οὐ μάλοις, οὐδὲ κικίννοις,

ad Millium p. 21. (p. 470. Lips.) ex argumento hujus Idyllii hos duo Niciæ medici, quem hic alloquitur Theocritus, versus protulit: *ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦτο, Θεόκριτε, οἱ* (*καὶ* Bentl.) *γὰρ Ἔρωτες πολλάκι ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους.* Adde Callimachi Epigr. xlix. ibique interpretes. Hermann. de Metris Pind. ad Nem. viii. p. 332. Valcken. Epist. ad Röver. p. xii.—Theocritum imitatus est Longus in Pastoral. ii. p., 37 = 41. Schaef. *Ἔρωτος γὰρ οὐδὲν φάρμακον, οὐ πινόμενον, κ. τ. λ.* Horat. iv. 11. 35. "minuentur atræ carmine curæ." Aliud amoris remedium novit Æschines apud Theocrit. xiv. 52.—*πεφύκη* dedi ex aliquot cdd. pro *πεφύκει.* Kiessl.

2. Nicias, Milesius medicus homoque literarum elegantiorum laude florentissimus fuisse videtur Stephano in editione min. p. 90. et Wartono.—*ἐμοὶ* plures cdd. et edd. vett. ante Commelinianam.—*δοκεῖ*, non *δοκέν*, quod Hemsterhusio placuit, est Theocriteum, ut xiv. 7. nec *ἐπίπαστον*, (quo de vocabulo conf. Schol. ad h. l. et ad Aristoph. Plut. v. 717. ibique Hemsterh. atque Boden ad Longi Pastor. p. 66.) est suspectum, judice Valckenario. [Aliquot enim cdd. præbent *ἐπίπιστον*, unus *ἐπίπλαστον.*—Commode Dahl. laudat locum Æschyl. Prometh. 478. 79. de medicina nondum inventa: *Οὐδ' ἦν ἀλέξημ' οὐδέν, οὐδὲ βρώσιμον, Οὐ χριστόν, οὐδὲ πιστόν.* adde Pind. Pyth. iii. 91. sqq. Kiessl.] Imitatus est Bion Fragm. iii. ubi vide interpretes. Harl.

4. Reiske locum sic interpungendum putavit: *κοῦφον δέ τι τοῦτο καὶ ἁδὺ Γίνετ'· ἐπ' ἀνθρώποις εὑρεῖν δ' οὐ ῥᾴδιόν ἐστι.* ei obsecundavit Brunckius, qui insuper dedit formas Doricas *εὑρῆν* et *ἐντί.* utramque recepit Valcken. atque *ἐντὶ* est in multis cdd. *ἐν ἀνθρώποις* correxerat Hemsterh. in suo libro. Harl. [Hoc *ἐν* pro *ἐπὶ* habet etiam Scapula in Lex. s. v. *κοῦφος.* Jacobsio placeret distinctio post *ἁδὺ* posita.—Quo minus *ἐν* pro *ἐπὶ* recipiatur, vetant multi illi cdd. qui habent *ἀνθρώπους.* Sententia autem loci sic videtur concipienda: Lene hoc et suave remedium est in hominum potestate, concessum quippe a diis: attamen non facile est inventu, quum paucis modo sit concessum. Kiessl.

5. Retinui *οἶμαι τὺ* pro *οἶμαί τυ*, propter appositionem *ἰατρὸν ἐόντα.*—Unus cd. *γινώσκην.* Kiessl.

7. *ῥᾷστα* cdd. Vatic.—*ἁμῖν* pro *ἡμῖν* restituerunt Valck. et Brunck. Harl.

10. *κικίνοις*, aut, ut est in cdd. et edd. Brunckii atque Valckenarii, *κικίννοις*, 'crinibus intortis crispatisque,' h. e. detonsis comæ crispatæ fasciculis, quales amatores amatis mittere solebant, quod munus habebatur gratissimum et testimonium amoris intentissimi. v. Palmerii Exercitt. p. 802. [De multiplici usu comarum in fasciculos consectarum, quæ mitterentur alio, egi pluribus in Disputatiuncula Germanica, quæ inserta est dem Hamburgischen Magazine, vol. xvii. p. 592—604. Reisk.] Hemsterhusius ad Polluc. ix. sect. 81. (ubi fuse de hoc vocabulo agit), fuere, inquit, cincinni tortuosis turbinatisque flexibus dependuli in humeros capilli. *σελίνοις* pro *κικίννοις* maluerunt Heinsius p. 354. et Hemsterhusius ad Lucian. i. p. 288. Valckenarius quum vulgatum in priore collectione defendisset, in posteriore tamen editione emendationem dixit elegantem. [Ne elegantem quidem dixerim mutationem *σελίνοις.* Hoc enim vocabulum non posset alio referri quam ad coronam implexam apio, ut Idyll. iii. 23. *τὸν στέφανον κισσοῖο φυλάσσω, ἐμπλέξας καλύκεσσι καὶ εὐόδμοισι σελίνοις·* eodem autem quum etiam vocabulum *ῥόδοις* pertineat, hæc corona, interjecto vocabulo *μάλοις*, male discerpta esset. Kiessl.] Theocritus vero Polyphemum inducit novo modo, ferino pæne et horrido, amantem, qui tanto Galateæ amore exarsit, ut non more solito amaret, consuetaque mitteret munuscula, sed fureret. Conf. Mollum ad Longi Pastoral. p. 352. Boden.

Ἀλλ' ὀλοαῖς μανίαις· ἀγεῖτο δὲ πάντα πάρεργα.
Πολλάκι ταὶ ὄϊες ποτὶ τωὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον
Χλωρᾶς ἐκ βοτάνας. ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων,
Αὐτῶ ἐπ' ἀϊόνος κατετάκετο φυκιοέσσας
Ἐξ ἀοῦς, ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος
Κύπριδος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον.
Ἀλλὰ τὸ φάρμακον εὗρε· καθεσδόμενος δ' ἐπὶ πέτρας
Ὑψηλᾶς, ἐς πόντον ὁρῶν, ἄειδε τοιαῦτα·
Ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ;
Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδῆν, ἁπαλωτέρα ἀρνός,
Μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς·

Harl. In vocabulorum positu variant hic codices: *ἤρατο δ' οὐ μάλοις οὐδὲ ῥόδοις, οὐδὲ κικίννοις·—οὐ μάλοις, οὐδ' αὖ ῥόδοις, οὐδὲ κικίννοις·—οὐδ' αὖ ῥόδῳ.* Kiessl.

11. *ὀρθαῖς* ed. Junt. cum uno cd.—Harles. citat ad h. vs. Lennep. ad Phalarid. Ep. v. p. 29. Kiessl.

12. *καὶ ὄϊες* Warton.—Gerhardio in Lectt. Apoll. p. 167. legendum videtur *τῷ ὄϊες.*—*ταὔλιον* Callierg. Steph. in ed. min. Valck. alii. *τὤυλιον* Winterton. Warton. Reisk. Brunck. cum Schol. et aliquot cdd. quod servavimus. add. Huschk. Anal. Crit. p. 231.—*αὐταί*, 'nullo ducente,' 'sua sponte.' Reisk. citat Dorvill. in Misc. Obss. iii. p. 372. et Arnaldi Animadv. Crit. p. 241.—Virgil. Ecl. vii. 11. "huc ipsi potum venient per prata juvenci." Ecl. iv. 21. "ipsæ lacte domum referent distenta capellæ ubera." Kiessl.

14. *αὐτῶ* Dor. pro *αὐτοῦ*, 'ibi,' recte! v. Koen. ad Gregor. de Dial. p. 161=353. et Brunck. in notis p. 63. *αὐτεῖ* conjecit D. Heinsius. Harl. Hunc versum et vicinos Stobæus præbet in Florileg. p. 393. 11.— Plures cdd. præbent *αὐτός*, i. e. *μόνος*, quod placet. Jacobsio et Dahlio. Kiessl.

15. Jacobs. hæc loca comparat: Nonn. Dion. x. 287. *ἀμφιέπων ὑποκάρδιον ἰὸν ἔρωτος.* xv. 243. *ὑποκάρδιον ἕλκος ἐρώτων.* Kiessl.

16. *Κύπριδος* octodecim cdd. apud Gaisford. etiam Schellersh. ut aliis locis Theocriti cdd. et edd. præbent *Δέλφιδος, Δάφνιδος,* quibus cum Casaubono Brunckius *Δέλφιος, Δάφνιος,* ut Dorica præfert. H. l. *Κύπριος*, ut magis Doricum, scripsit Valcken., cui deinceps editores obsecuti sunt. Post *μεγάλας* comma male delevit Reiske, verba sic struens: *ἕλκος ὃ οἱ ἐν τῷ ἥπατι ἔπηξε βέλος ἐκ τῆς Κύπριδος προσγενόμενον·* immo verba *ἐκ Κύπριδος μεγάλας* ad antecedentia sunt referenda, ut Idyll. ii. 30. *δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας,* et vii. 55. *αἴκεν τὸν Λυκίδαν ὀπτευμενον ἐξ Ἀφροδίτας.*—Pro lectione vulgata *τό οἱ* ex cdd., in quibus est *ἥ οἱ*, scripsit *ἅ οἱ*, quod editores receperunt: male, censente Hermanno ad Orphic. p. 781. qui duce scriptura *τότε δ' ἥπατι* ab Ursino in Virgilio cum Græcis Script. Collato p. 321. allata locum sic scribendum censet: *τὸ δέ θ' ἥπατι*—'vulnere a Venere accepto laborabat: et ipsum illa hepar ferierat:' aut, *ὅ οἱ*, 'quoniam.' Sed, ni fallor, etiam *τό*, quod Jacobsio quoque servandum videtur, significare potest 'quoniam.' Possit etiam *τά οἱ*, eadem sententia, qua *ἅ οἱ*, scribi, quum prisca articuli forma fuerit *τός, τή, τό*, conf. Matthiaei Gram. Gr. §. 65. 3.—Odyss. xxii. 83. *ἐν δέ οἱ ἥπατι πῆξε θοὸν βέλος.* Hepar, ut hic sedes amoris, ita iræ est apud Archiloch. Fr. xcii. *χολὴν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐφ' ἥπατι.* Kiessl.

17. Compara Callimach. Epigr. xlix.—pro *καθεζόμενος* scripsimus *καθεσδόμενος* cum Valckenario et aliis. *δὲ* h. l. ut sæpe 'enim' significare, monuit Reiske. Kiessl.

18. *τοιαῦτα* primam corripit. v. Dorville Vann. Crit. p. 419. Aldina igitur lectio, quæ auctoritate duorum cdd. nititur, *τοιαῦτ' ἤειδεν*, facessat. Harl. *τοιαῦτα ἄειδεν* Ursinus Virgil. cum Gr. Script. Coll. p. 17. *ἄειδε τοιαῦτα* cum vulg. habent Junt. Call. Hephæst. p. 4. Kiessl.

20. 21. Beckius in Comment. de Interpret. Vett. Scriptor. p. v. d) verba *λευκοτέρα—ὠμᾶς* ad compellationem puellæ censet referenda esse (non *εἶς* supplendum): 'tu quæ es candidior' etc. tum post *ὠμᾶς* jubet colon, et post v. 22. atque 23. com-

Φοιτῇς δ' αὖθ' οὕτως, ὄκκα γλυκὺς ὕπνος ἔχῃ με·
Οἴχῃ δ' εὐθὺς ἰοῖσ', ὄκκα γλυκὺς ὕπνος ἀνῇ με·
Φεύγεις δ' ὥσπερ ὄϊς πολιὸν λύκον ἀθρήσασα·
Ἠράσθην μὲν ἔγωγα τεοῦς, κόρα, ἁνίκα πρᾶτον

mata, post ἀθρήσασα autem interrogationis notam poni, ut φοιτῇς, ἔρχῃ, φεύγεις, pendeant a pronom. τί vs. 19. et interrogatio illa, doloris sensui, repudiatione excitati, maxime conveniens, continuetur. Mihi tamen hic locus sic potius videtur esse expediendus, ut verba λευκοτέρα—ὠμᾶς ad puellæ compellationem referantur; reliqua autem oratio, quum dicendum esset, 'o tu, quæ venis—abis—fugis: amavi ego te'—per anacoluthon sic mutata esse censeatur, ut, compellatione prorsus oblitterata, omnia per simplicem narrationem sint proposita. Atque ex hac ratione membra hujus loci distinxi, in quo nec hoc negligendum est, quod adjectiva λευκοτέρα etc. nullam particulam adjectam habent, habent autem verba φοιτῇς etc. quæ sequuntur. "Φιαρόν est 'splendens,' 'nitens,' λαμπρόν, ut interpretantur veteres grammatici. Callimachus (Frag. cclvii.) φιαρὴ τῆμος ἀνέσχεν ἕως. ea voce commendat Cyclops in Galatea sua cutis bene curatæ nitelam et gratiam. interpretes movit sine causa similitudo uvæ immaturæ: nam Græci poetæ ita solent exprimere id, quod in mammis turgentibus et sororiantibus adeo mirantur formarum spectatores. Nonnus libro xlviii. p. 1268. Δέρκεο πῶς σφριγόωσι βραχίονες· ἤνιδε μαζοὺς Ὄμφακας οἰδαίνοντας ἀθήλεας.—Ovidius in xiii. Metam. ubi plurima de hoc poeta mutuatus est manifestissime, alio simili usus idem dixit Theocrito. Ait ibi (vs. 791.) "splendidior vitro: tenero lascivior hœdo." Omnino φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς valet, si rem potius, quam verba spectes, 'splendidior vitro.'" Casaubon. Vox φιαρὸς, quam Toupius quoque tractavit Emend. in Suid. ii. p. 150., non descendit a φάος, ut sit pro φαερός, τροπῇ τοῦ ε εἰς ι, καὶ ὑπερθέσει, ut opinatur Etymolog. M., immo eadem est quæ πιαρός, πιερός, accedente adspiratione, et significat 'pinguis,' 'nitidus,' 'splendidus.' Finkensteinio, idoneo harum venerum arbitro, censente continet hic locus 'ein Bild gedrungener Jugendfülle. Calliergi lectio σφριγανωτέρα continet glossema. Cum Ovidio (Metam. xiii. 789.) ultra modum lasciviente Theocritum comparavit jam Stephan. in Obss. edit. min. p. 14. sqq. add. Idyll. viii. 83. xx. 26. xii. 3. sqq. Virgil. Ecl. v. 16. sqq. vii. 37. sq. "Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ, Candidior cycnis, hedera formosior alba."—ποτιδῆν scripsimus cum Brunckio ex aliquot cdd. atque post ἀπαλωτέρα omisimus δ', jubente metro, sicque cum uno cd. et edit. Junt. Gaisfordius. Post ἀρνὸς in cd. Schell. ut in uno Mediol. additum est ἀώρου. Kiessl.

22. Van Eldick hic scribendum suspicabatur, φοιτῇς μὰν τουτῶθ', ὄκκα—'inde venis,' nempe e mari, δεικτικῶς· I. Luzacius, φοιτῇς δ' ὧδ' αὔτως, 'huc vero frustra venis' (ut votum explere non possim), 'cum ego dormio; cum vero expergefio, statim aufugis;' vocibus aliquot transpositis sic hos duo versus legendos putabat Wassenbergius: φοιτῇς δ' εὐθὺς ἰοῖσα, ὄκκα γλυκὺς ὕπνος ἔχῃ με, Οἴχῃ δ' αὖθ' οὕτως, ὄκκα γλ. etc. Brunckio requiri hic videtur adverbium significans motum ad locum; ad veteris autem scripturæ vestigia nihil propius accedere quam ἐνταυθοῖ, 'huc.' Reiskius vulgatam miro modo accipit pro αὐτὸ οὕτως, quod alii enuntiare soleant αὐτὸ τοῦτο, 'illud ipsum, quod aio; prorsus ita ut affirmo.' Vir doctus in Ergänz. Blätt. z. Jen. A. L. Z. 1816. n. 43. conjicit εἶθ' οὕτως provocans ad Hermanni Adnot. ad Viger. p. 938. At non patet, quomodo in Theocriti loco probari possit 'deinde hoc modo,' quæ est vis verborum εἶθ' οὕτως· mire sic locus langueret. Graefius multa, ut solet, tentat, ut αὐθαδέως, vel αὐθωρεί, i. e. αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ὅτε ὕπν. ἔχ. μ., vel αὐτομάτως, quod mihi quoque in mentem venit, neque adhuc displicet 'sponte,' vel 'non vocata.' Legitur hoc vocabul. apud ipsum Theocritum Idyll. xxi. 27. Codices in vulgata conspirant, quæ certe non prorsus inepta est, si sic intelligitur: 'venis ergo sic,' 'so, ohne Umstände.' Kiessl.

23. Pro vulgata vitiosa ἰοῖσα ὄκα scripsimus ἰοῖσ' ὄκκα, i. e. ὄκα κα, ὅτε κε, jubentibus Luzacio et Hermanno in N. Leipz. L. Z. 1807. n. 110. c. 1748. Illud ὄκκα exstat in aliquod cdd., etiam in Schellersh., apostrophus autem sæpius in cdd. omittitur. Kiessl.

25. ἔγωγα τεῦ, ὦ κόρα, ἁνίκα (pro vulgata ἔγωγε, κόρα, τεῦ, ἁνίκα) dedit Brunck. in contexto: in notis tamen unice probavit emendationem Toupii, ex cdd. Florent. et Vatican. haustam, et a Valcken. in textum

Ἤνθες ἐμᾷ σὺν ματρί, θέλοισ' ὑακίνθινα φύλλα
Ἐξ ὄρεος δρέψασθαι· ἐγὼ δ' ὁδὸν ἁγεμόνευον.
Παύσασθαι δ' ἐσιδών τυ καὶ ὕστερον οὐδέ τί πω νῦν
Ἐκ τήνω δύναμαι· τὶν δ' οὐ μέλει, οὔ, μὰ Δί', οὐδέν.
Γινώσκω, χαρίεσσα κόρα, τίνος οὕνεκα φεύγεις·
Οὕνεκά μοι λασία μὲν ὀφρὺς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
Ἐξ ὠτὸς τέταται ποτὶ θάτερον ὧς μία μακρά·
Εἷς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι, πλατεῖα δὲ ῥὶς ἐπὶ χείλει.
Ἀλλ' ὡὐτός, τοιοῦτος ἐών, βοτὰ χίλια βόσκω,
Κὴκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενος γάλα πίνω·
Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ,

receptam, ἔγωγα τεοῦς, κόρα, ἀνίκα. Compara Virgil. Ecl. viii. 37. sqq. (ibique Voss. p. 409.) Harl. Toupium recentiores editores jure secuti sunt. De forma τεοῦς conf. Apollon. Dysc. de Pron. p. 355. Forma τεοῦς, quæ aperte legitur in aliquot cdd. Theocriti, in aliis sic corrupta est: ἑτερῶς, τεῦ, τε οὐ, τε σοῦ, ἐτεῶς, τεῶς. In cd. Schell. τεοῦ. Kiessl.

29. νότῳ—ἀέντι, dativus pro genitivo, ut sæpe. Xenoph. H. Gr. iii. 2. 25. περιϊόντι δὲ τῷ ἐνιαυτῷ. Conf. Fischer. ad Weller. iii. a. p. 391. sq. citatus a Matthiaeo in Gram. Gr. §. 562. 2. Magna est Græcorum libertas in usu casuum. Sic Iliad. xiv. 141. legitur δερκομένῳ, ubi præcedit Ἀχιλλῆος. Similis locus est Iliad. x. 188. Contrario modo præcedente dativo sequitur genitivus Odyss. vi. 155. sqq. Kiessl.

Εἴσω δ' ὅρμον ἕθεντο Προποντίδος, ἔνθα Κιανῶν
Αὔλακας εὐρύνοντι βόες τρίβοντες ἄροτρον.
Ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα, κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο
Δειελινοί· πολλοὶ δὲ μίαν στορέσαντο χαμεύναν.
Λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο μέγας, στιβάδεσσιν ὄνειαρ·
Ἔνθεν βούτομον ὀξύ, βαθύν τ' ἐτάμοντο κύπειρον.
Κὤχεθ' Ὕλας ὁ ξανθὸς ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἰσῶν
Αὐτῷ θ' Ἡρακλῆϊ καὶ ἀστεμφεῖ Τελαμῶνι,
(Οἳ μίαν ἄμφω ἑταῖροι ἀεὶ δαίνυντο τράπεσδαν,)

30. 31. Sensus esse videtur, 'intrarunt portum,' non, 'appulerunt.' An forte pro *ἔθεντο* legendum *ἔδυντο*?—Κιανῶν] *εἰς τὸν τόπον τῶν Κιανῶν. Κιανοὶ γὰρ οἱ τὴν Κῖον οἰκοῦντες.* Schol. *Ἔστι Κίος πόλις Μυσίας κληθεῖσα οὕτως ἀπὸ Κίου τοῦ ἀφηγησαμένου τῆς Μιλησίων ἀποικίας, ὥς φησι Ἀριστοτέλης ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ.* Schol. ad Apollon. Rh. i. 1177. conf. Valcken. in Epist. ad Röver. p. xxxvi.—De Dorica forma *ὤλακας*, quam hic dedit Brunckius, vid. ad x. 6.—Heinsii conjecturam *εὐθύνοντι*, quam aptam censet Valcken., etiam Wakefield. probavit; eadem mihi quoque perplacet.—Pro *ἄροτρον*, quod in *ἀρότρῳ* mutandum suspicabatur Hemsterh., in aliquot cdd. et ed. Flor. est *ἄροτρα*. Cum vulgata contuleris locum Virgil. Georg. i. 46. "et sulco attritus splendescere vomer." Kiessl.

32. 33. *κατὰ ζυγὰ*] *σύνδυο* ('bini') *δεῖπνον ἐποιοῦντο.* Schol. 'binos' autem una mensula usos fuisse, ideo dixisse videtur poeta, quod antiquissimis temporibus domi sua cuique convivæ mensa ponebatur; quod in castris propter supellectilis penuriam secus fiebat. v. Dammii Lex. Gr. p. 1883.—Wartonus *κατάζυγα*, vocem non Græcam, inferre volebat.—*δαῖτα πένεσθαι* est formula Homerica, (v. Iliad. xviii. 558. conf. Dammii Lex. Gr. p. 2074.) quæ significat, 'strenue,' 'celeriter curare et parare cœnam.'—*Δειελινοί*, 'vespertini,' h. e. vespere; adjectivo adverbialiter posito. Male vero ed. Londin. *δειλινοί*. v. Obss. Miscell. vol. iv. p. 195. sic Idyll. xxi. 39. Callim. H. in Jov. 87. *ἑσπέριος*, 'vespere;' id. H. in Cer. *χθιζός*, 'hesternus,' h. e. heri. Conf. Lennep. ad Coluth. vs. 371. Harl. [Conf. de hoc usu adjectivorum dicta ad Idyll. vii. 21. Kiessl.]

33. 34. De voc. *χαμεύνη* conf. Beck. ad Aristoph. Av. 815. Kiessl. *Μέγας*, ut referatur ad *λειμών*, et incidatur post *μέγας*, cum pluribus cdd. et edd. vett. Reiske, Brunck., et probavit Warton., qui tamen in textu dedit lectionem et interpunctionem Calliergi, Stephani et eorum qui hunc sequuti sunt, item Valckenarii, quocum veram lectionem et interpunctionem restitui, *ἔκειτο, μέγα στιβ.* [Nos rescripsimus *μέγας*, quod et Jacobsio verius videtur, et jam a Scholiasta lectum est, ut monuit Stephanus. Kiessl.]—*στιβὰς* est stratum ex herba congestum. v. Schol. et indic. ad Anthol. Gr. Poet. Harl.

35. *βούτομον· φυτάριον παραπλήσιον καλάμῳ, ὃ ἐσθίουσιν οἱ βόες.* Schol. ad Aristoph. Av. 661, Kiessl.—*Βούτομον* Dodonæus et Bodæus a Stapel non sine veri specie pro ea habent planta, quæ a Linneo 'Sparganium erectum' appellatur; Germ. 'Igelsknospen.' Conf. Bodæum ad Theophr. p. 462. De Cypero vid. supra ad v. 45. Schreber.—*βαθύν τ' ἐτάμ.* suadente Stephano cum duob. cdd. rescripserunt Reiske, Valck. et Brunck.; vulgo *βαθὺν δ'*. sic etiam cd. Schell. et Schol. Aristoph. Ran. 246. Pro *ἔνθεν* aliquot cdd. *ἔνθα δὲ*, quod cum Reiskio probo. Kiessl.

36. Conf. Apollon. Rhod. i. 1209. qui habet *ποτιδόρπιον·* et scholiast. ad Apollon. i. 1289. qui citat Idyllii hujus versum 38. Harl.

38. Valckenarius pæne necessariam arbitratur emendationem Hemsterhusii in libro suo scribentis *ἀμφὶ* pro *ἄμφω*. (ut Pindar. loquitur Olymp. i. 25.) Hoc *ἀμφὶ* probarunt Jacobs. et Dahlius; hic adeo in textum recepit. H. Vossius vulgatam defendit, præpositionem supplens, dicitque adeo, Hemsterhusio ellipsin præpositionis accusativum regentis fraudi fuisse. Quod nollem dictum de Hemsterhusio; rectius dixeris, Vossio fraudi fuisse opinionem, esse præpositionem supplendam. Nihil est supplendum, atque locutio *δαίνυσθαι τράπεζαν* explicanda ex permixtione duarum locutionum; nam dictum est pro *δαινύμενον ἔχειν τράπεζαν*, ut Idyll. xxx. 8. *ὀρα-*

Χάλκεον ἄγγος ἔχων· τάχα δὲ κράναν ἐνόησεν
Ἡμένῳ ἐν χώρῳ· περὶ δὲ θρύα πολλὰ πεφύκη,
Κυάνεόν τε χελιδόνιον, χλοερόν τ' ἀδίαντον,
Καὶ θάλλοντα σέλινα, καὶ εἰλιτενὴς ἄγρωστις·
Ὕδατι δ' ἐν μέσσῳ Νύμφαι χορὸν ἀρτίσδοντο,
Νύμφαι ἀκοίμητοι, δειναὶ θεαὶ ἀγροιώταις,
Εὐνείκα καὶ Μαλίς, ἔαρ θ' ὁρόωσα Νυχεία.

μόντες ὕλαν pro τρέχοντες πατῆσαι ὕλην. Soph. Ajac. 30. πηδᾷν πεδία i. q. πηδῶντα πατεῖν πεδία. Theocrit. Idyll. xv. 122. ποτᾶσθαι ὄζον ἀπ' ὄζω. infra vs. 66. ἀλᾶσθαι cum accusativo. xxix. 6. ζῇ τὰν σὰν ἰδέαν pro ζῇ ἰδὼν τὴν—ἰδέαν. conf. Hermann. in Mus. Studior. Antiq. p. 166. sq.—Cum Brunckio scripsimus τράπεσδαν. Kiessl.

40. εἱμένῳ ἐν χόρτῳ ex multis cdd. et edd. Ald. et Flor. revocavit Reiske, qui χόρτον interpretatur 'locum clausum,' 'septum,' 'un parc.' Ἡμένῳ ἐν χώρῳ edd. Valck. rell. et Schol. ἡμένῳ ἐν χόρτῳ Brunck., qui tamen in notis χώρῳ recte præfert cum Wartono, a quo vulgata illa lectio ex Theocrit. xxii. 94. Homer. Odyss. xiv. 6. Iliad. xiii. 473. xii. 423. xxi. 262. etc. bene illustratur.—Tum δρία reposuit Reiske ex Odyss. xiv. 353. et Apollon. Rh. iv. 970. quod vocabulum 'nemora' significans placet propter Nymphas; sicque revera legit Vatican. quartus: [in uno cod. δρία[θ]— πεφύκει[η]. K.]—at quum plures herbæ circa illum fontem natæ memorentur, neque videam, cur plura nemora memorentur (nisi malis vertere 'arbusta;' vid. Obss. Misc. vol. ix. tom. i. p. 114.), malui Wartonum, cujus notam consules, et Brunckium, qui ita rescripsit, prætereaque πόλλ' ἐπεφύκη dedit, sequi, atque ex veteri Benedictino codice [quocum conspirant nonnulli apud Gaisford. et Schellersh. K.] ed. Flor. et ex Hom. Iliad. xxi. 351. in textum recipere θρύα· quam lectionem nec Reiske in notis damnat, adeoque laudat Orphei Argon. v. 914. (919. Herm.) ubi in pluribus herbis etiam θρύον recensetur. Est autem θρύον 'ulva,' planta palustris. [Kolbenschilf. vid. Voss. ad Virg. Georg. p. 569. "Caricis species quædam θρύον est, quæ cum σχοίνῳ ad fluminum ripas provenit." Spreugel in Hist. R. Herb. t. i. p. 27. Kiessl.] Neque tamen vulgatum θρία, quod pro papaveribus usurpari (e. gr. apud Athen. xv. 684.) Wartonus docet, plane spernendum est; quid quod ex Propert. i. 20. (ubi idem Hylæ fatum describitur) vss. 37. 38. "et circumriguo surgebant lilia prato Candida purpureis mixta papaveribus," multum ponderis accipit. Harl. Wartono etiam κρίνα in mentem venit, ad quam lectionem Propertii 'lilia' deducere possint. Kiessl.

41. χελιδόνιον] φυτάριόν ἐστι πλατύφυλλον, μέλαν, ὡσεὶ χελιδών, ὃ ἅμα τῷ φανῆναι τὴν χελιδόνα ἀνθεῖ. Schol. 'Dunkelfarbiges Schöllkraut.'—De vocabulo κυάνεος v. Hesych. sub h. v. ibique interpretes, præcipue Schneiderum in, Anmerkungen über den Anacreon, p. 246. sqq. [Add. Voss. ad Virgil. Georg. p. 855. K.]—χλωρὸν quidam codd. sed hic præstat χλοερόν. [Duo χλοεράν.]—ἀδίαντον, de quo vocab. vide Scholia, reddidit Küttner 'Steinraute.' Harl. Chelidonium majus Linn. 'Schöllkraut.' Κυάνεον appellari, quod folia ex cæsio seu dilute cæruleo glaucescant, Bodæi est sententia in Theophrast. p. 894. Adjantum h. l. videtur illud esse, quod capillus Veneris vulgo, Frauenhaar. Selinum vide supra. (iii. 23.) Ἄγρωστις, 'gramen;' vel etiam, Bodæo auctore, ἄμπελος λευκή, 'vitis alba:' in Theophrast. p. 34. Schreber. 'Triticum repens.' cf. Sprengel l. c. p. 81. Vertunt 'Quekken.' Herbam ἄγρωστιν appellat ἀείζωον Athenæus p. 679. A. et ἀθάνατον Scholiastes Apollonii i. 1310. Vid. Naekium, virum eruditissimum, ad Choerili Reliq. p. 194. Kiessl.

42. 43. ἄγρωστις] Hanc vulgo vocari ἀγρίαν, aut, secundum alios, κολλητζίδαν, in scholiis notatur. Conf. Homer. Odyss. vi. 90.—εἰλιτενὴς sincerum est, judice Valcken. εἰλιγενὴς suspicabatur Tib. Hemst. ob Etym. M. p. 299. 18. εἰλιτενὴς ἄγρωστις, Θεόκριτος· ἡ ἐν τοῖς ἕλεσι γινομένη· ῥιζοβόλος γὰρ ἡ ἐπιπολὺ διϊκνουμένη· πλεονασμῷ τοῦ ι. Harl.—vs. 43. ἀρτίσδοντο malit pro ἀρτίζοντο Valck. sicque cum Dahlio reposuimus. Cum Theocrito conf. Apollon. Rhod. i. 1222. sqq. Kiessl.

44. 45. Ex adspectu Nympharum et numinum sylvestrium homines in furorem agi credebantur; hinc dicti 'lymphati,'

Ἤτοι ὁ κῶρος ἐπεῖχε ποτῷ πολυχανδέα κρωσσόν,
Βάψαι ἐπειγόμενος· ταὶ δ' ἐν χερὶ πᾶσαι ἔφυσαν·
Πασᾶν γὰρ ἔρως ἁπαλὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν
Ἀργείῳ ἐπὶ παιδί· κατήριπε δ' ἐς μέλαν ὕδωρ
Ἀθρόος, ὡς ὅκα πυρσὸς ἀπ' ὠρανῶ ἤριπεν ἀστὴρ
Ἀθρόος ἐν πόντῳ· ναύτας δέ τις εἶπεν ἑταίροις·

νυμφόληπτοι. conf. Vossius ad Virgil. Ecl. p. 295.—Reiske ex lectione Med. quarti Εὐκνεῖκα refinxerat Εὐκνίκα, a 'cnico,' ut Μαλὶς a 'malo' arbore, et Νυχεία a 'nuce' arbore. At in notis mutavit sententiam, quum intellexisset e Rutgersii Lectionibus Variis p. 224. Probum etiam ad Virgilii illud "cui non dictus Hylas," nomen Nymphæ Eunica edidisse. Εὐνείκα, quod in pluribus cdd. etiam Schellersh. extat, ut etiam Hesiodi Theog. 247. nos dedimus pro vulgato Εὐνίκα cum Gaisfordio, qui addit, "ΝΕΙΚΗ, ni fallor, in vetustis marmoribus satis constanter exaratum reperitur."—ἔαρ ὁρόωσα, quæ vultum habet veris ad instar nitentem. Citat de hac dictione Heinrich. in Obss. in Vett. Auct. p. 72. Hemsterhusium ad Lucian. t. i. p. 52. Ut hic ὁρᾶν, ita sæpius βλέπειν usurpatur. vid. interpret. ad Aristoph. Av. 1169. Kiessl.

46. 47. Editiones Ald. Callierg. aliæque ante Stephan. præbent ποτῶ sine iota subscripto, quod pro ποτῷ cum Dahlio revocavi. Ex antecedentibus supplendus est dativus ὕδατι. Rectius enim urna ποτῷ πολυχανδὴς ('aquæ valde capax,' 'quæ multum aquæ capit'), quam ipse fons ποτὸν appellabitur. Neque a Wartono citatus locus Æschyl. Pers. 485. Σπερχειὸς ἄρδει πεδίον εὐμενεῖ ποτῷ, lectioni ποτῷ favet. Scholiastes tamen legit ποτῷ· nam hæc habet: ἐπὶ τῷ ὕδατι τὸν κρωσσὸν ἤγουν τὸ ὑδροφόρον ἀγγεῖον εἶχε. Valckenario utrumque et ποτῷ et ποτῶ suspectum est, nec tamen, ut Reiskius et Wartonus, probat Piersoni conjecturam ῥόῳ, propositam in Verisimil. p. 48., quæ certe inepta videbitur ei, qui legerit apud Apollon. Rh. i. 1234. αὐτὰρ ὅγ' ὡς τὰ πρῶτα ῥόῳ ἔνι κάλπιν ἔρεισε.—Κρωσσὸς διὰ τοῦ ω μεγάλου ὑδροδόχον ἀγγεῖόν ἐστι· διὰ δὲ τοῦ ο μικροῦ εἶδος ἱματίου καὶ πύργου. Schol.—Ad vers. 47. compara Hom. Iliad. vi. 253. Wartonus legere malit ἐν χειρὶ παιδὸς ἔφυσαν, arbitrans, versiculum fieri limatiorem et sensum luculentiorem. At quemadmodum, Dahlio recte judicante, παιδὸς minime placere potest, quum vs. 46. ὁ κῶρος præcedat, et vs. 49. παιδὶ sequatur, ita πᾶσαι necessarium est propter versum sequentem, πασᾶν γὰρ etc.—Ceterum Apollon. i. 1229. sq. et Valer. Flacc. iii. 561. Hylam ab una tantum Nympha raptum fuisse fabulantur. Kiessl.

48. Pro ἀμφεκάλυψεν Valckenarius unius codicis Toletani auctoritate, in quo Schottus ἀμφεδόνησεν ἢ ἀμφεκάλυψεν scriptum reperit, ἀμφεδόνησεν recepit; quam lectionem Jacobsius in Animadv. in Theocrit. p. xxii. illustrans docet, verbum δονεῖν primam Sappho ad amoris affectum, mentem mire agitantem, transtulisse, Fr. x. apud Br. (p. 46. Volger.) ἔρος δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ. Idem tamen, quum cod. Vaticanus a manu glossatoris suprascriptum vulgatæ exhibeat ἐξεφόβησεν, veram et antiquam scripturam fuisse suspicatur ἐξεσόβησεν, cui simile sit hoc apud Apollonium i. 1232. τῆς δὲ φρένας ἐπτοίησεν Κύπρις. Paul. Silent. Epigr. xxxiv. ἔκχυτος ἐκ στέρνων ἐξεσόβησε νόον.—Nos cum Dahlio retinuimus locutionem Homericam. Iliad. iii. 442. οὐ γάρ πώ ποτέ μ' ὧδε ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψεν. xiv. 294. ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν.—Versum hunc Theocriti respicit Scholiastes Apollonii i. 1236. Θεόκριτος ἐν τοῖς βουκολικοῖς ἐν τῷ Ὕλᾳ ἐπιγραφομένῳ ὑπὸ πασῶν φησὶν αὐτὸν τῶν νυμφῶν ἡρπάσθαι. Kiessl.

50. 51. Ἀθρόος] Non est in lingua Latina vocabulum, quo uno omnis hujus Græci vocab. vis exprimi possit; significat enim 'simul totus et subito.' v. Dorvill. ad Chariton. p. 95 = 257. et Hesych. tom. i. p. 131. sq. ibique Alberti. Proxime accedit usus vocab. 'præceps.' Sic Virgil. Georg. i. 365. "sæpe stellas — videbis præcipites cœlo labi." ad quem loc. conf. Vossium p. 165. sq.— Iliad. iv. 75. sq. οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω, ἢ ναύτῃσι τέρας, ἠὲ στρατῷ — λαμπρόν.—Brunck. partim ex cdd. partim ex ingenio scripsit ὅκα πυρσὸς ἀπ' ὠρανῶ—ἐν πόντῳ. ναύτας —ἑταίροις.—ποεῖθ'. Valcken. dedit ὅκα πυρσὸς (ex cdd. et ed. Flor.; sic etiam Schellersh.) ἀπ' οὐρανῶ (ex edit. Wintert.) —ἐν πόντῳ ex plurimis cdd. pro vulgato ἐς πόντον, et probavit ναύτας — ἑταίροις

Κουφότερ', ὦ παῖδες, ποιεῖθ' ὅπλα· πλευστικὸς οὖρος.
Νύμφαι μὲν σφετέροις ἐπὶ γούνασι κῶρον ἔχοισαι
Δακρυόεντ', ἀγανοῖσι παρεψύχοντ' ἐπέεσσιν·
Ἀμφιτρυωνιάδας δὲ ταρασσόμενος περὶ παιδὶ
Ὤιχετο, Μαιωτιστὶ λαβὼν εὐκαμπέα τόξα
Καὶ ῥόπαλον, τό οἱ αἰὲν ἐχάνδανε δεξιτερὰ χείρ.

Hoc ἑταίροις est in pluribus cdd., etiam Schell. et edit. Junt. Item ποιεῖθ', quod recte dedit Brunck. pro ποιεῖσθ', reperitur in bonis codd. hinc recepimus; atque in omni loco obsequuti sumus Brunckio potius quam Valckenario. Kiessl.

52. 'Contractiora facite,' h. e. contrahite vela, ex mente Wartoni; ego vero, quum ventus secundus spirare mox dicatur, vertere malim, leviora, ad discedendum apta expeditaque facite vela, h. e. solvite vela. Alter scholiastes: εὔλυτα καὶ εὐτρεπῆ ποιεῖτε τὰ ἱστία· οὔριον γὰρ ἐπιγενήσεται τὸ πνεῦμα, ὡς τοιούτου ὄντος σημείου, ἐπὰν πέσῃ ἀστήρ. Alter vero scholiastes favere videtur Wartono; nam explicat: μετεωρίσατε τὰ ἱστία· ὁ γὰρ ἄνεμος φορός. [Nullo modo favet, nec potest; μετεωρίζειν τὰ ἱστία proprie dicitur de velis solvendis, explicandis, expandendis, vento dandis. At κουφότερα ποιεῖν ὅπλα latius patet. Sunt enim ὅπλα omnia instrumenta navalia. Ergo hoc auctor vult: 'solvite vela,' 'tollite remos,' etc. denique, 'arma parate,' 'machet euch fertig.' Kiessl.]—πλευστικὸν duo cdd. et ed. Mediol. πνευστικὸς alius cod. — ὅπλα autem, ut in genere de omni navium instrumento atque adparatu, ita in specie de funibus nauticis dicuntur. v. Spanhem. ad Callim. H. in Del. v. 315. — πλευστικός, πρὸς πλεῦσιν ἐπιτηδειότατος. Schol. Harl.

53—55. Conf. Apollon. Rh. i. 1236. sqq. et Valer. Flacc. iii. 561. — σφετέροις, 'suis.' v. Ruhnken. Ep. Crit. ii. p. 265.— παρεψυχῶντ' Reisk. ex priscis edd. recepit. [Idem, quod Valcken. vitiosum, et Schneiderus in Lex. Gr. s. v. παραψυχάομαι dubiæ auctoritatis esse judicavit, apud Gaisford. ex septem cdd. enotatur. Kiessl.] contra παρεψύχοντ' edd. juniores, Valcken. et Brunck. atque Warton. ex cdd. Benedictin. et Medic. 37. tuetur. [Idem præbet Schellersh.] Interprete Reiskio παραψύχειν [quod tamen Polluce auctore verbum nullum est.] vel παραψυχᾶν τινὰ est 'ardentem in facinus blandis verbis revocare et reprimere, et ejus ardorem oratione quasi restinguere.' [Ernesti ad Callim. p. 242. citat ex hoc loco παραψήχειν ἀγανοῖς ἔπεσι. Videtur igitur παρέψηχον legi voluisse. In eadem sententia videtur etiam Arnaldus fuisse Animadv. Crit. p. 81. Apud Apollon. iii. 1102. est: — μειλιχίοισι καταψήχων ὀάροισι. Kiessl.] — Subita autem et præclara commutatio scenæ atque narrationis sequitur. Theocritus vero, ut bucolicum decet, simplicius rem explicat, quam Apollon. Rhod. i. 1261. sqq. et Valer. Flacc. iii. 570. sqq. Harl. Versum 55. citat Scholiastes Aristoph. ad Ran. v. 246. Kiessl.

56. 57. Μαιωτιστί, 'more Scythico.' Mæotis enim lacus est Scythicus juxta Phasidis ostium. Herculem autem usum fuisse arcu Scythico, a Teutaro, Scytha, bubulco Amphitryonis, edoctum, tradunt scholia. [Lycophr. 56. τοῖς Τευταρείοις βουκόλου πτερώμασι. vid. de Teutaro Tzetz. ad Lycophr. v. 50. K.] adde Wartonum, qui etiam monuit, a Theocrito Idyll. xxiv. 105. sq. Eurytum Herculis magistrum nominari, [sic etiam Apollod. ii. 4. ubi conf. Heyn. p. 327. sq.] et Toupium in Animadv. in Schol. p. 219. Cur autem Wartonus τόξα in τόξον ex Valer. Flacco iii. 591. mutatum velit, idoneam causam non video: nam primum numeri permutatione nihil est poetis frequentius; v. Schrader. ad Musæum p. 130.; tum Apollo etiam apud Homerum Il. α. 45. dicitur τόξ' ὤμοισιν ἔχων· denique Herodot. libr. iv. c. 10. p. 284. ed. Wesseling. tradit, Herculem duos gestasse arcus. Harl. Ultima huc non pertinent. τόξα significat unum arcum.— Apte locum Lycophronis 917. ῥαιβῷ χεῖρας ὥπλισεν Σκύθῃ δράκοντ', Wakefield. laudat ad Sophocl. Trach. 512. Erf., ubi memorantur παλίντονα τόξα, ut apud Homer. Iliad. viii. 266. i. e. εἰς τοὐπίσω τεινόμενα, ut Schol., aut ὀπισθότονα ἢ ἐπὶ θάτερα τρεπόμενα, ut Hesych. h. e. non circularis arcus, sed retro vertens sub extremitatibus in curvas contrariæ flexuræ, interprete Wakefieldio. Erat enim arcus Scythicus, ut quodammodo literam Σ referret, unde a Lycophrone cum dracone comparatur. Conf. quos ad istum Lycophronis locum citat Müllerus. Kiessl.

Τρὶς μὲν Ὕλαν ἄυσεν, ὅσον βαθὺς ἤρυγε λαιμός·
Τρὶς δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν· ἀραιὰ δ' ἵκετο φωνὰ
Ἐξ ὕδατος· παρεὼν δὲ μάλα σχεδὸν εἴδετο πόῤῥω.
Ὡς δ' ὁπόκ' ἠϋγένειος ἀπόπροθι λῖς ἐσακούσας
Νεβρῶ φθεγξαμένας, τὶς ἐν ὤρεσιν ὠμοφάγος λῖς,
Ἐξ εὐνᾶς ἔσπευσεν ἑτοιμοτάταν ἐπὶ δαῖτα·
Ἡρακλέης τοιοῦτος ἐν ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις
Παῖδα ποθῶν δεδόνατο, πολὺν δ' ἐπελάμβανε χῶρον.
Σχέτλιοι οἱ φιλέοντες. ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν
Ὤρεα καὶ δρυμώς· τὰ δ' Ἰάσονος ὕστερα πάντ' ἦς.
Ναῦς μένεν ἅρμεν' ἔχοισα μετάρσια· τῶν παρεόντων

58. *ἤρυγε*] Conf. Schneider. in Lex. Gr. s. v. *ἐρύγω*. Virgil. Ecl. vi. 43. sqq. ibique Voss. p. 310. Meminit hujus loci Eustathius ad Dionys. Perieg. 805. p. 107. b. ed. Steph. Kiessl.

59. *ὑπάκοισεν* Brunck. Compara Apoll. Rh. i. 1240. sqq. Propert. i. 20. 48. sqq. qui rem paulo aliter tractavit. Ter inclamavit more consueto. Vide Schol. et Barnes. ad Homer. Odyss. ix. 65. Harl.

60. *παρεὼν*, scil. *ὁ παῖς*, non 'Hercules.' — *εἶδε τὸ πόῤῥω* Reiske ex ingenio dedit, quod interpretatur: 'tametsi prope Hylan erat Hercules, longinquum tamen spectabat,' h. e. sectabatur et urgebat profectionem in loca remotiora, existimans, Hylan procul a se distare. Quæ mutatio nullo modo probari potest. Kiessl.

61. *ὀπόκ' — ἐσακοίσας* Brunck. et *ὀπόκ'* jam Wintertonus sine codicum auctoritate, Valckenarius autem ex uno cod. scripserant. —Compara Hom. Iliad. xviii. 318. Apoll. Rh. i. 1243. 1261. Valer. Flacc. iii. 581. Lucret. ii. 355. et Breitingeri Critische Abhandlung von der Natur — der Gleichnisse; Tiguri, 1740. p. 219. 297. sqq. inprimis sect. x. p. 309. sqq. Harl.

62. 63. *φθεγξαμένας, τὶς ἐν ὤρεσιν ὠμοφ.* interpungit Reiske, ac versu seq. *ἑτοιμοτάταν* Winterton. Brunck. et Valck. recte pro vulgari forma *ἑτοιμοτάτην*. Harl. Reiskii interpunctionem, quam probarunt Stroth. Warton. Bindemann., adscivi. Ex priori loci distinguendi ratione pronomen *τὶς* nimis longe a suo substantivo remotum est; ex Reiskii ratione imago leonis per hoc pronomen denuo resumitur. Ponitur autem *τὶς* indefinitum post comma, ut Idyll. i. 32. — Pro *ὠμοφάγος λῖς* aliquot cdd. *ὠμοφαγοίσας* et *ὠμοφαγήσας*. Kiessl.

64. Valcken. in Epist. ad Röver. p. xxxvii. legendum suspicatus *ἐν ἀτρύτοισι Κιανοῖς* in Theocr. edit. vulgatam servandam arbitratur. Eandem tuentur etiam Dorvill. ad Charit. p. 509. Lips. et Toup. in Cur. Nov. in Suid. p. 276. Lips. Alii conjecerant *ἀταρποῖς*. Kiessl.

65. *ἐπελάμβ.*] et spatium terræ et velocitas euntis notatur: magnam regionis partem gradiendo comprehendebat, circuibat, pererrabat. Adde Warton. Harl. "Græcis usitatum non novi esse, ut de eo qui proficiscendo viæ nonnihil emetiatur, *ἐπιλαμβάνειν* usurpent. De sedente, eoque locum occupatum tenente, recte id usurpatur, non item de ambulante; nisi propria illa Græcitas ævo Theocriteo fuit, quod ævum multa sibi propria habuit." Reisk.

67. *ὤρεα* etc. pro *ἀνὰ ὄρη καὶ ἀνὰ δρυμούς*. v. Reiske. Plene dixit Bion i. 20. *ἀνὰ δρυμοὺς ἀλάληται*. Harl. *ἀλᾶσθαι* accusativo jungitur ap. Eurip. Helen. 539. (532. Matth.) *πορθμοὺς δ' ἀλᾶσθαι μυρίους πεπλευκότα*. Non igitur est, quod aut cum Mitscherlichio ad Hymn. in Cer. p. 109 = p. 413. vel pro *ὤρεα* scribendum censeas *ἂν ῥία*, vel *μογεῖν* explices *μόγις, σὺν μόχθῳ διέρχεσθαι ὄρη* (quamquam huic rationi præsidii aliquid paratum videri possit in loco Virgil. Æn. ix. 605. "venatu invigilant pueri, silvasque fatigant"), vel potius legas *ἐπέρησεν·* aut cum Ilgenio ad Hym. Hom. in Apoll. p. 235. probes *ὤρεα κ' ἂν δρυμώς*. Conf. quæ contulimus ad hujus Idyll. vs. 38. Kiessl.

68. Hunc versum dedi et interpunxi secundum Brunckium, quem partim Toupius præiverat et Warton, qui conjecit, *ναῦς ἔμεν' — μετάρσια· τᾷ παρεόντες* aut *τᾷδε παρόντες Ἱστία* etc. Hercules aberat Hylan quærens: 'navis interea stabat aptas habens antennas: juvenes vero, qui ade-

Ἰκρία δ' ἠΐθεοι μεσονύκτιον ἐξεκάθαιρον,
Ἡρακλῆα μένοντες· ὁ δ', ᾇ πόδες ἄγον, ἐχώρει
Μαινόμενος· χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν.
Οὕτω μὲν κάλλιστος Ὕλας μακάρων ἀριθμεῖται.
Ἡρακλέην δ' ἥρωες ἐκερτόμεον λιποναύταν,
Οὕνεκεν ἠρώησε τριακοντάζυγον Ἀργώ.
Πεσδᾷ δ' ἐς Κόλχως τε καὶ ἄξενον ἵκετο Φᾶσιν.

rant, vela purgabant.' Reiske, Aldina lectione revocata, scripsit Ναῦς μὲν ἅ. ἔχ. μετάρσια τῶν παρεόντων· Ἱστία etc. cdd. Callierg. Steph. Valck. Warton. in textu Ναῦς μένεν, et Wintert. τῶν παρεόντων vertit 'per eos qui aderant.' Harl. Pro lectione Brunckii ἔμεν', quam Harles. dederat, recepi cum Valcken. Schaefero et aliis μένεν. Reiskius putabat post μετάρσια nonnulla deesse, finem puta hujus versus et initium sequentis usque ad τῶν παρεόντων. H. Vossius locum sic interpungendum censet: μετάρσια, τῶν παρεόντων, i. e. τούτων παρόντων, 'dum comites navigationis tum præsentes aderant.' Sed vel sic oratio est dura et hiulca, atque summo jure verba τῶν παρεόντων Jacobsio depravata videntur. Valde autem placet, quod Graefius p. 55. conjecit τῶν ποδεώνων. Quid sint ποδεῶνες seu πόδες, docent interpretes ad Virgil. Æn. v. 830. qui totus locus comparandus est. adde notata ad Ovid. Fast. iii. 565. et Graev. ad Cicer. Attic. xvi. 6. Ἄρμενα μετάρσια τῶν ποδεώνων sunt 'vela elevata,' 'expansa' s. 'intenta ex pedibus.' Versu autem proximo vix dubium est, quin Reiskius rem acu tetigerit, melius convenire arbitrans ἰκρία, 'transtra' et foros, quam ἱστία. Vocabulum ἱστία videtur esse interpretamentum vocabuli ἄρμενα. Kiessl.

69. Reiske malit legere ἰκρία — μεσονύκτιον ἔστ' (h. e. ἐς τε) ἐκάθαιρον, 'purgabant tabulata navis, foros, usque mediam ad noctem.' Eldickius, ἱστία δ' ἠ. μ. ἔστε καθεῖλον. Ego vero in vulgata lectione, consensu codicum firmata, quæ clarum facilemque præbet sensum, acquiesco. Harl. Toupius in Append. conjicit: ὕδρον — ἐξεκάθ. 'alveum expurgabant ad navem deducendam:' coll. Iliad. ii. 151—53. Sed navis jam in mare deducta esse cogitanda est, quum Argonautæ in eo sint, ut solvant. Dahlius Reiskii correctionem ἰκρία in textum recepit, cui obsequi non dubitavi. Kiessl.

70. ᾇ πόδες ἄγον, ut Idyll. xiv. 42. de iis, qui non ad certum terminum propositum progrediuntur. v. Voss. ad Virg. Ecl. p. 452. Kiessl.

71. Reiske correxit auctoritate edd. Ald. et Flor. (quibuscum codd. aliquot consentiunt) χαλεπά, et sic edidit etiam Valckenarius. Poetice quidem pro χαλεπῶς· [Minime. χαλεπὰ videtur ab iis profectum, qui χαλεπὰν θεὸν intelligerent Venerem. Reiskius intelligit μανίαν. Nos reliquimus χαλεπός, quod etiam cd. Schell. præbet, et Harlesii interpretationem amplectimur. Kiessl.] ego autem retinui lectionem a Calliergo profectam, χαλεπὸς θεός, h. e. Ἔρως. Appellatur supra iii. 15. βαρὺς θεός, et a Musæo v. 245. (ubi v. interpretes in ed. Kromayeri) δεινὸς Ἔρως, 'gravis Amor,' cujus viribus resisti nequit. Harl. [Imo, 'auctor gravium curarum.' Kiessl.]

73. Warton. ex Heinsii Lectt. Theocr. c. xix. et Hemsterhusii nota ad Lucian. t. i. p. 487. docet, λιποναύταν et λειποναύτιον fuisse vocabula forensia, et eum, qui navem reliquisset, fuisse accusatum, λειπόνεων γενέσθαι, ut Lucian. t. i. p. 623. ait. τοὺς λιπόνεως habet Demosth. contra Polyclea tom. ii. p. 1226. 15. ed. Reisk. Confer Apollon. Rhod. ii. 768. i. 1283. Harl.

75. Πεζᾷ Reiske, s. πεσδᾷ scil. ὁδῷ Valck. et Brunck. ex codd. [Id recepimus. K.] Vulgo πεζός. — Uberius enarrant Herculis fata reliqua Orph. Argonaut. 655. sqq. Apollon. Rhod. iv. 1436. Valer. Flacc. iii. 733. iv. 5. sqq. — ἄξενος, "inhospita littora Ponti," ait Ovid. Trist. iii. 11. 7. idem Trist. iv. 4. 55. (ubi vide sis notam,) "Euxini littora ponti, Dictus ab antiquis Axenus ille fuit." Harl. [Conf. Schol. ad Apollon. Rhod. ii. 549. Diodor. Sic. iv. 16. 40. Kiessl.]

ΚΥΝΙΣΚΑΣ ΕΡΩΣ Η ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιδ.

ARGUMENTUM.

In hoc Idyllio inducitur Æschines quidam, qui a puella, quam amabat, relictus, causas dissidii Thyonicho exponit. Paratur hæc narratio ægritudinis, qua ille laborat, significatione (—9). quumque ille causam tristitiæ in universum indicasset, compotationis, unde dissidium cum puella originem ceperat, historiam enarrat (—47). Narratione finita, Æschines amico consilium aperit, tristitiæ leniendæ causa, trans mare navigandi (— 56). quod Thyonichus probans, illi, ut in Ptolemæi copiis stipendium faciat, persuadere conatur. (—59). Sequitur elegans regis prædicatio (—65). unde verisimile fit, hoc Idyllium aut Alexandriæ esse scriptum, aut certe eo consilio esse compositum, ut regis oculis subjiceretur. — Nihil habet hoc carmen ex vita pastoritia s. rustica admixtum, sed totum est mimicum, et quidem factum ad imitationem mimorum Sophronis virilium, de quibus conf. Finkensteinium in Arethusa t. i. p. 17. et t. ii. p. 21. sq.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ ΚΑΙ ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Αισ. Χαίρεν πολλὰ τὸν ἄνδρα, Θυώνιχον. Θυ. Ἀλλὰ τὺ αὐτόν,
Αἰσχίνα. Αισ. Ὡς χρόνιος! Θυ. Χρόνιος; τί δέ τοι τὸ μέλημα;

In Analectis Brunckianis est carmen xv. Nihil in hoc Idyllio reperiri pastorale, jam alii monuerunt. Harl.

1. 2. χαίρεν pro vulgato χαίρην scribendum arbitratur Valckenarius, cui obsecuti sumus. Brunck. reliquit χαίρην, ut vs. 67. dedit μένην. vid. ad xi. 71. — τὺ αὐτόν, 'volo et ego te ipsum salvere,' Reiskius ex conjectura dedit, constructione id postulante; idque e codd. defendi potest, qui habent τὺ αὐτὰ, τὺ αὐτὸ, τὸ αὐτὸ, τοὶ αὐτὰ, τοιαῦτα et τὺ αὐτός. Brunck. et Valck. eum secuti sunt. Vulgo τοι αὐτῷ. Reiskius item haud inepte conjecit ἄλλα τοιαῦτα Αἰσχίνᾳ (in Ald. Call. aliisque vett. edd. est Αἰσχίνῃ) scil. βούλομαι γίγνεσθαι vel γιγνέσθω, συμβαινέτω, 'alia talia eveniant Æschini.' Koehler. hunc locum ita refingendum censet: ἀλλὰ τὺ αὖ τὼς Αἰσχίνα, ὡς χρόνιος; Αισχ. χρόνιος; Θυ. Τί δέ τοι etc. Mihi perplacet lectio duor. cdd. τὺ αὐτός, 'immo te ego ipse,' salvere jubeo. — Vs. secundo Brunck. τί δὲ τὶν τ. μ. atque τὶν potest h. l. probari. Kiessl.

Αισ. Πράσσομες οὐχ ὡς λῷστα, Θυώνιχε. Θυ. Ταῦτ' ἄρα λεπτός,
Χ' ὡ μύσταξ πολὺς οὗτος, αὐσταλέοι δὲ κίκιννοι·
Τοιοῦτος πρώαν τις ἀφίκετο Πυθαγορίκτας,
Ὠχρός, κἀνυπόδατος· Ἀθηναῖος δ' ἔφατ' ἦμεν.
Ἤρατο μὰν καὶ τῆνος (ἐμὶν δοκεῖ) ὀπτῶ ἀλεύρω.
Αισ. Παίσδεις ὦ 'γάθ' ἔχων· ἐμὲ δ' ἁ χαρίεσσα Κυνίσκα
Ὑβρίσδει· λασῶ δὲ μανείς ποκα, θρὶξ ἀνὰ μέσσον.
Θυ. Τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τύ, φίλ' Αἰσχίνα, ἄσυχος, ὀξύς,

3. ταῦτα pro διὰ ταῦτα, 'propterea,' ut xv. 8. Harl.

4. "Vulgo: Χὠ μύσταξ πολὺς οὗτος ἂν, αὐαλέοι δὲ κίκιννοι. In qua scriptura quid ἂν sibi velit, ignoro. Unice probandum Wartonianum αὐσταλέοι, dummodo cum A. F. Naekio (Mus. Antiq. Studior. i. 1. p. 170.) πενταςύλλαβον facias. Homerus Odyss. xix. v. 327. εἴ κεν ἀϋσταλέος, κακὰ εἱμένος —. ubi Eustathius: αὐσταλέος δὲ καὶ κατὰ διάλυσιν ἀϋσταλέος, ὁ αὐχμῶν. Ceterum solennis est commutatio adjectivorum αὐσταλέος et αὐαλέος. v. Heinrich. ad Hesiod. Scut. Hercul. p. 188. Jacobs. ad Anthol. Gr. ii. 3. p. 380. Porson. ad Eurip. Orest. v. 219." Schaef. Nisi illud ἂν, quod habent multi cdd. adhibiti a Dorvillio (vid. ad Chariton. p. 290 = 375.) et ed. Call., aut ἄρ', quod est in edit. Ald. aliisque veteribus, adversaretur, lectio αὐαλέοι loco non movenda esset. Nam αὐαλέος idem prorsus est quod αὐσταλέος et dictum de capillis significat 'capillos siccos,' i. e. oleo et unguento non delibutos, squalidos. v. Casaub. Lectt. Theocr. cap. xv. — Juvenal. ix. 12. "vultus gravis, horrida siccæ silva comæ, nullus tota nitor in cute." — De κικίννοις (nam cum Brunckio et Valcken. pro vulgato κικῖνοι ex cdd. dedimus κίκιννοι) vid. ad Idyll. xi. 10. Kiessl.

5. Πυθαγορίκτας, quod revocavit Reiskius, præter Edd. primas, etiam cdd. dant plurimi et optimi. Πυθαγοριστὰς solus Stephanus male dedit, a quo in aliquot recentiores edd. venit. De Pythagoricis et Pythagoristis conf. scholion, coll. Iamblich. de Vit. Pythagor. §. 80. sq. Jacobsius citavit locos duos Athenæi, ubi Pythagoreorum serioris ævi victus et habitus traducitur: lib. iv. p. 161. A. B. Alexis in Πυθαγοριζούσῃ· ἔδει δ' ὑπομεῖται μικρὸν Ἀσιτίαν, ῥύπον, ῥῖγος, σιωπὴν, στυγνότητ', ἀλουσίαν. Tum p. 163. E. de Diodoro quodam: Πυθαγορικὸς δόξας εἶναι . . . τῶν Κυνικῶν τρόπον ἔζη, κομῶν καὶ ῥυπῶν καὶ ἀνυποδητῶν. a quo hoc institutum ad plures ejusdem familiæ philosophos manasse videtur, τῶν πρὸ αὐτοῦ Πυθαγορικῶν λαμπρᾷ τε ἐσθῆτι ἀμφιεννυμένων, καὶ λουτροῖς καὶ ἀλείμμασι κουρᾷ τε τῇ συνήθει χρωμένων. — Add. Aristoph. Nub. 104. et 362. Lucill. Epigr. 30. (Jacobs. Anthol. t. iii. p. 35.) Alciphron. Ep. iii. 14. 4. Spanhem. ad Callim. H. in Cerer. 125. Meinersius in libro, Gesch. d. WW. in Griechenl. u. Rom, p. 291. profitetur, se locos poetarum comicorum, qui Pythagoreos irriserunt, suo tempore illustraturum esse. Hoc an fecerit vir doctissimus, ignoro. Kiessl.

6. Siculus poeta Athenienses ut famelicos contemnit. conf. Idyll. iv. 21. sq. — Mirum quod in nullo cod. Ἀθαναῖος reperitur, quum sit apud Theocr. v. 23. Ἀθαναία. — Pro vulgato ἦμες cum Valck. ἦμεν ex codd. εἶμες unus cd. Kiessl.

8. 9. παίζεις ἔχων, 'jocaris pro more tuo,' 'du hast nur immer was zu scherzen.' v. Hermann. ad Viger. p. 777. — Eustath. ad Iliad. κ. p. 796. 59 = 713. 32. ποτὲ δὲ τριχὸς φάσκοντες ἐξηρτῆσθαι τὰ πράγματα, ἐξ οὗ παραποιήσας ὁ Θεόκριτος ἔφη τὸ θρὶξ ἀνὰ μέσσον. Scholiastes interpretatur: ὀλίγου δέεται τὸ μεταξὺ τοῦ πάντῃ μεμανῆναι. Kiessl.

10. ἄσυχος, ὀξύς, familiaris eaque huic loco apta formula: pariter Martial. xii. 47. "Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem." v. Warton. [Jacobs. qui vulgatam lectionem verissimam esse censet, citat Terent. Heaut. iii. 1. 31. "vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis:" et Heindorf. ad Plat. t. ii. p. 172. K.] Ἄσυχα ὀξὺς e cod. Genev. [cui plures alii apud Gaisford. concinunt. K.] et scholiaste (qui explicat ἐκ τοῦ παραχρῆμα) eruit Casaub. et Brunck. in textum recepit; ἔξοχα ὀξύς, 'valde asper,' conjecit Heinsius. Audax est Eldickii conjectura

Πάντ' ἐθέλων κατὰ καιρόν. ὅμως δ' εἰπόν, τί τὸ καινόν.
Αισ. Ὠ'ργεῖος, κἠγών, καὶ ὁ Θεσσαλὸς ἱπποδιώκτας
Ἆπις, καὶ Κλεύνικος ἐπίνομες ὁ στρατιώτας
Ἐν χώρῳ παρ' ἐμίν. δύο μὲν κατέκοψα νεοσσώς,
Θηλάσδοντά τε χοῖρον· ἀνῷξα δὲ Βίβλινον αὐτοῖς
Εὐώδη, τετόρων ἐτέων σχεδόν, ὡς ἀπὸ λανῶ.
Βολβός τις κοχλίας ἐξῃρέθη· ἧς πότος ἀδύς.

ἀλίκος ὄξος Πᾶν τελέθων κατὰ καιρός. 'si res ita ferat, totus quantus acetum es.' Aliena excogitavit Reiske. Harl. Equidem nondum mihi persuadeo, ἄσυχος esse veram lectionem; potius amplector alteram lectionem ἄσυχα cum Vossio, qui locum sic interpretatur: 'plötzlich in Feuer, gehn soll alles nach Wunsch.' Kiessl.

11. 12. κατὰ καιρόν, 'pro re nata,' 'prout res eveniunt;' inconstans es in voluntate, idem modo adpetis, modo refugis. [Qui pro re nata omnia vult, is non continuo vituperari potest. Nam tempora mutantur; quare præfero Vossii explicationem modo allatam. Kiessl.] — εἰπὲν pro εἰπεῖν, subaudito χρή, fecit Reiske ex lectione Aldina et Florent. εἶπεν, et probavit Warton. Ego tamen vulgatum εἰπόν, quod a Stephano profectum Brunck. et Valck. servarunt, quum facilem reddat sensum, retinui. εἶπον, quod in prisc. edd., alienum est h. l. — Vers. 12. articulum ὁ omittunt edd. Med. Ald. et Florent. Harl.

13. Ἆπις, non Ἄπις, cum cd. Schellersh. Valck. Schaefer. ut Ἆγις, κλῖμαξ. vide Spalding. ad Quintil. t. iii. p. 485. Kiessl. "Sitne hic Cleonicus idem, cujus flebilem exitum deplorat epigramma Theocriti nonum, quod e Graevii notis ad Hesiodi Opera v. 619. integrum reddidi, in medio relinquo. Sed sine dubio idem est Cleonicus, quem Euxithei cujusdam amore captum eoque contabescentem deplorat Callimachus Epigr. 32." Reisk.

14. ἐν χώρῳ, 'in meo agro,' 'villa,' Reiske, Warton., et Toup. recte tuentur. [Χῶρος universe locus omnis est, sive habitationi, sive oblectationi consecratus, extra urbem, ruri, v. Ernesti ad Callim. H. in Cerer. v. 30. Toup. in Addend. et Schneid. in Lex. s. h. v. K.] ἐν χόρτῳ corrigit D. Heinsius, (vid. ad Sil. Ital. xv. 19. add. Palmer. Exercit. p. 805.) ἐν χώρᾳ quidam cdd. Harl. Νεοσσοί, h. l. 'junge Hühner.' Κατακόπτειν hac in re proprium esse verbum docet locus ex Athen. xii. p. 532. a Toupio citatus. Nos: 'ich schnitt zwei junge Hühner ab.' K.

15. θηλάσδοντα, quod probat Valck., dedimus cum Brunckio. Porcelli lactentes in deliciis habebantur. v. Longi Pastor. iv. cap. 19. p. 472. Boden. ubi χοῖραι γαλαθηνοὶ memorantur. — Pro vulgato βύβλινον cum Valcken. et Brunck. scripsimus Βίβλινον, quod idem aliquot cdd. exhibent. Βιβλίνη est nomen regionis Thraciæ, unde hoc vinum, ut docet Holstenius ad Stephan. Byz. cujus notam repetiit Clericus ad Hesiod. O. et D. 589. Vinum Thracium, ut suave, tenue, nec tamen facile inebrians, apud veteres in magno fuit honore. Kiessl.

16. Distinximus locum ad mentem Piersoni et Valcken. Erat vinum fere quatuor annorum, et tamen adhuc tam mite, quasi recens de prelo exiisset. Non debebat Dahl. priorem interpunctionem, qua comma ante σχεδὸν ponitur, præferre. Kiessl.

17. Bulbus et cochlea in usu et deliciis fuerunt tam ad vires corporis corroborandas, quam ad Venerem stimulandam. v. Petron. cap. 130. ibique interpret. in edit. Burmanni, Athen. l. ii. p. 64. A. L. viii. p. 365. et Wartonum ad nostrum locum, Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 221. sq. Βολβὸς κολχίας sine τις Aldus et Reiske, κολχίας decem cdd. apud Gaisf., quatuor omittunt τις; βολβός τις Κολχίας Calliergus et aliæ vett. editiones; at prima syllaba verbi Κολχίας corripi non potest. Βολβός τις κοχλίας Stephan., Winterton. Warton., qui tamen pronomen τις cum Reiskio recte repudiat. Brunckius ex ingenio, ut videtur, scripsit, βολβοί τε κοχλίαι τ' ἐξῄρεθεν. Valckenarius dedit quidem βολβός τις κοχλίας, at in notis probat lectionem ab Heraldo ad Martialem iv. 46. propositam: βολβὸς καὶ κοχλίας ἐξ. eandem probat etiam Jacobsius. κοχλίας τ' emendavit Heinsius. Unus cod. Flor. exhibet βολβὸς κολχείας sine τις. Si probari posset, Colchidem etiam dici Κολχείαν, hanc lectionem, quam I. H. Vossius in interpretatione Germanica expressit, præferrem. Consentaneum enim est, ut, quemadmodum ante vinum Biblinum me-

Ἤδη δὲ προϊόντος, ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον,
Ὤτινος ἤθελ' ἕκαστος· ἔδει μόνον ὤτινος εἰπῆν.
Ἄμμες μὲν φωνεῦντες ἐπίνομες, ὡς ἐδέδοκτο.
Ἁ δ' οὐδέν, παρεόντος ἐμεῦ· τίν ἔχεν με δοκεῖς νοῦν;
Οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες (ἔπαιξέ τις), ὡς σοφὸς εἶπεν.
Χ' ἅφθη· εὐμαρέως κεν ἀπ' αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψαις.

moratur, sic etiam bulbus a patria commendetur. Kiessl.

18—22. προϊόντος scil. τοῦ πότου, 'progrediente convivio,' h. e. quum se jam liberius poculis invitassent, (v. Hemsterh. in Misc. Obss. vol. v. tom. iii. p. 62. add. Leisnerum ad L. Bosii Ellips. p. 406. et in præf. p. xliii.) visum fuit, ut sibi quisque merum juberet infundi, et id genus vini, quod vellet maxime [At non aderat, nisi Biblinum! K.], posceret, modo significasset, quo maxime genere delectaretur. Ita fere Warton. et Reiske. Rectius autem locum de more in nomen amicorum et amicarum potandi, ita ut ὥτινος referatur ad ἑταίρου sive ἑταίρας, intelligunt Scholiast. et Casaubonus; ad quem ritum illustrandum adfert Warton. Posidippi carmen apud Reiskium in notis ad Antholog. Gr. Cephalæ p. 246. (Jacobs. t. ii. p. 48. 49. no. x.) Verbum ἐπιχεῖσθαι hac in re sollemne est; vide Toupium ad Idyll. ii. 151. [Adde quæ nos ibi monuimus et Asconium ad verba Cicer. Verr. i. xxvi. "ut Græco more biberetur." K.] Quæ interpretatio etiam ex iis, quæ sequuntur, præsidium aliquod et lumen accipit. "Potavimus, singulos alta voce nominando. Illa vero Cynisca me præsense tacuit, aut, non bibit, nec me, quum in nomen illius potassem, responsione dignum judicavit. Quid ego hac contumelia adfectus sensisse tibi videor? Tum aliquis e convivis illam jocose adloquutus dixit: Tune non loqueris? an, ut dixit philosophus sive poeta aliquis, h. e. ut vetus est dictum, λύκον vidisti?" In ambiguitate vocabuli λύκος inest lepos. Nam et is, quem deperibat Cynisca, Lycus nominabatur, et ii, qui repente a lupo conspecti essent, putabantur obmutescere. v. Virgil. Ecl. ix. 53. Eodem modo interpretatum esse Valckenarium suspicor. Piersonus conjecit, λύκον εἶδες, ἔπαιξα, τὶς ὡς σοφὸς εἶπεν. Koehlerus, præeunte partim Scholiaste, locum ita legit, distinguit et interpretatur: λύκον εἶδες; ἔπαιξέ τις, ὡς σοφόν! εἶπεν· 'non loqueris? dixi; an lupum vidisti? Tum illa: jocatus est non nemo, quam scite! quam eleganter!' Valck. dedit εἰπῆν (cum Brunckio) — τίν' ἔχεν μ' ἐδόκεις νοῦν; nam νῶν, quod Brunck. ex uno cod. prætulit, recipere recusavit. Harl. Imperfectum ἐδόκεις hic incommodum est; quare pristinam lectionem retinui. Kiessl. "Carmen xiv. et xv. παράλληλα sunt, utrumque ad imitationem mimorum Sophronis factum, alterum ad virilium, alterum ad muliebrium. Ut in xv. ita in hoc quoque omnia plena sunt proverbiorum. Hinc scribendum puto: οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες, ἔπαιξέ τις, ᾧ σοφὸς εἶπεν. Hic duo sunt proverbia: unum, λύκον εἶδες, de his, qui lupo repente viso præ terrore obmutescunt; alterum, τούτῳ σοφὸς εἶπεν, 'huic rem indicavit aliquis sapiens,' de his, qui, quod bene celatum credebatur, rescivernnt. Hoc igitur dicit: aliquis, qui nescio quomodo resciverat Lycum ab illa amari, ludebat, λύκον εἶδες." Hermann. Mihi tamen, lectione non mutata, adhuc præferenda videtur explicatio Casauboni, qui sic de hoc loco: "Sunt priora verba Æschinæ: posteriora unius e convivis, qui Cyniscam alloquitur conscius ejus erga Lycum amoris. Sensus est: Tacente Cynisca, ego gravius commotus, 'Non loqueris?' dixit. Tum aliquis de iis, qui intererant convivio, ita per jocum Cyniscam est affatus: 'Vidisti nimirum, Cynisca, lupum, ut vetus est dictum.'" Orationis series docet, cogitandum esse de lupo in fabula. Atqui non is obmutescere credebatur, qui lupum prior vidisset, sed is, quem lupus. Hinc admodum probabilis est Schaeferi mutatio λύκος εἶδέ σ'. Possit etiam scribi, λύκος εἶδεν sc. αὐτήν. Kiessl.

23. χ' ἥφθα cum Casaubono, Stephano, Wintertono et Valckenario in textum receperat Harlesius. Mireris sane, hanc formam probatam esse viris doctissimis, quum aoristus apud Dores nusquam in θαν pro θην exeat. Reposuimus igitur Brunckii lectionem. Kiessl. Sensus est: 'et adeo illa incensa est,' (n. quum vultus pudore suffusus effervescere et incensus quasi videretur), 'ut ex ea facile potuisses lucernam accendere.' Scomma mire facetum est. Κἤφθα vel Χἤφθα a Stephano in alias

'Εντὶ Λύκος, Λύκος ἐντί, Λάβα τῶ γείτονος υἱός,
Εὐμάκης, ἁπαλός, πολλοῖς δοκέων καλὸς ἦμεν.
Τούτω τὸν κλύμενον κατετάκετο τῆνον ἔρωτα.
Χ' ἁμῖν τοῦτο δι' ὠτὸς ἔγεντό ποχ' ἅσυχον οὕτως·
Οὐ μὰν ἐξήταξα, μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν.
Ἤδη δ' ὦν πόσιος τοὶ τέτταρες ἐν βάθει ἦμες,
Χ' ὡ Λαρισσαῖος τὸν ἐμὸν Λύκον ᾆδεν ἀπ' ἀρχᾶς,
Θεσσαλικόν τι μέλισμα, κακαὶ φρένες· ἁ δὲ Κυνίσκα

venit editiones. Κῆρα, i. e. καὶ ἄρα, εὔμαρ. Reiske ex Aldino exemplari revocavit. Χ'ἥφθη voluit Auratus, Prof. Paris., unde Brunck. suam lectionem hausisse videtur. Alii tam scripti, quam editi libri aliter legunt apud Reiskium et Wartonum. Ex vestigiis autem variarum lectionum κῆφατ' εὐμ. aut χῆφατευ εὐμ. aut κῆφατ' ἐτ' εὐμ. aut κῆφα εὐμ. Valckenarius hanc lectionem eruit: κῆφατο, (εὐμαρέως — ἅψαις) 'Εντὶ Λύκος etc. ut hæc tandem Cynisca dixerit. Harl. Hæc Valckenarii ratio ab omni probabilitate abh[illegible] verissime censente Dahlio. Cum [illegible] tamen et Jacobsio statuere nolim, versus 24. et 25. continere verba, quæ nunc primum ipse Æschines adjiciat, ut vim locutionis proverbialis v. 22. Thyonicho explicet; quæ aptius idem, qui dixit λύκον εἶδες, protulisse existimabitur. Kiessl.

25. Ante ἁπαλὸς jam Call. et ed. Flor. item cd. Schell. omittunt χ'. Recte, metro flagitante. Toupio ad hunc locum respexisse videtur Longus Pastoral. lib. iii. p. 110. ed. Jungerm. (p. 322. sq. Boden.) Nimirum mutat Toupius vulgatum in Longo λαβὴν in Λάβα. At vide Schaeferum ad Longum p. 379.—ἦμεν pro ἦμες cum Valcken. dedimus e codicibus. Kiessl.

26—28. τούτῳ, cum iota subscripto, cur dederit Reiskius, nescio. Ut hic κατατήκεσθαι ἔρωτά τινος, sic Sophocl. Electr. 122. τίν' ἀεὶ τάκεις οἰμωγάν. Ad Idyll. ii. 29. ὣς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος Δέλφις.—Mox ποχ' ἅσυχον, pro vulgato ποθ' ἥσυχα, prodiit ex cdd. sicque Valck. Brunck. alii. οὕτως ut Brunck. hic etiam cd. Schell. Etiam Latini ita dicunt 'sic.' v. Weisk. de Pleonas. p. 163. sq. 'Hoc sic clanculum aliquando ad aures meas pervenerat.' Nam γίγνεσθαι δι' ὠτός est 'audiri.' v. Viger. de Idiotis. p. 228. Matthiaei Gram. Gr. §. 580. e.—A vicinis separatum αὔτως scribendum videbatur Heinsio. Kiessl. Versum 28. ita intelligo: rem tunc non amplius exploravi, neque viribus juribusque mariti usus sum. Barba autem signum est virilitatis. Postea demum vs. 34. pugnum in faciem uxoris impegit. Aliter interpretantur Warton. ad h. l. et Portus in Diction. Dor. voc. μάταν (Dor. pro μάτην), 'frustra.' Harl. "Εἰς ἄνδρα γενειῶν. Philostratus p. 593. Olear. καὶ γὰρ εἰς ὕδωρ αἴρεται, καὶ ἐς πῦρ ἅπτεται, καὶ ἐς λέοντα θυμοῦται, καὶ ἐς σῦν ὁρμᾷ, καὶ ἐς δράκοντα χωρεῖ, καὶ ἐς πάρδαλιν ᾄττει, κ. τ. λ. Conf. Ruhnken. præf. ad Schelleri Lex. p. x. qui si Theocritei loci memor fuisset, paulo plus honoris huic locutioni habuisset." Schaef. Ejusdem generis sunt loca citata ab Hermanno ad Viger. p. 857. neque diversa ratione dicitur apud Nostrum infra vs. 50. εἰς δέον ἕρπειν. Latini dicunt 'pro viro.' Plaut. Menæchm. ii. 2. 14. "pro sano loqueris, quum me appelles nomine." Nostri loci sensus est: virilitatis signo indignum me præstiti, s. virum me non præstiti, scil. quod rem non examinavi. Conf. Idyll. x. 40. Kiessl.

29. τοὶ τέτταρες, recte cum cd. Schell. Schaefer. pro τοι. sic etiam Gerhard. in Lect. Apollon. p. 131. ὦν pro οὖν dedit Brunck. probante Valcken. Kiessl.

30. 31. ἀπ' ἀρχᾶς Brunck. et Valcken. ex cdd.—τὸν ἐμὸν Λύκον et κακαὶ φρένες verba Thessalicæ cujusdam cantilenæ fuisse arbitror: sicque etiam Brunckius judicasse videtur, qui verba illa majusculis litteris exaranda curavit. Contra Reiske μέλισμα accipit pro 'ingenio:' atqui Thessalorum ingenium varium fuit et dolosum. v. Schol. ad Euripid. Phœniss. v. 1416. (ubi est Θεσσαλὸν σόφισμα, quod suspicionem Heinsii, qui, a Palmerio tamen refutatus, h. l. Θεσσαλικόν τι σόφισμα corrigit, aliquantum juvat,) et Valckenarium ad illum versum Euripidis p. 471. et ad scholia p. 768. sq. adde Wartonum. Brunckius μέλιγμα scribendum censuit, probante Valckenario. Harl. Nullo modo hic est cogitandum de Thessalica quadam cantilena. Imo verba τὸν Λύκον ᾆδεν ἀπ' ἀρχᾶς, 'Lycum ab initio,' i. e. iterum, 'decantavit,' nonnisi hoc significant: Lycum illum iterum

Ἔκλαεν ἐξαπίνας θαλερώτερον, ἢ παρὰ ματρὶ
Παρθένος ἑξαέτις κόλπω ἐπιθυμήσασα.
Τᾶμος ἐγὼν, τὸν ἴσης τύ, Θυώνιχε, πὺξ ἐπὶ κόρρας
Ἤλασα, κἄλλαν αὖθις· ἀνειρύσασα δὲ πέπλως,
Ἔξω ἀπώχετο θᾶσσον. Ἐμὸν κακόν, οὔ τοι ἀρέσκω;
Ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος; ἄλλον ἰοῖσα

memoravit jocandi et pungendi causa. Quæ iterata Lyci mentio vocatur Thessalica cantilena, quia Thessali erant dicaces. Ut autem hic *μέλισμα*, sic etiam Latine dicitur 'cantilena.' Conf. Manut. ad Cic. Epist. ad Div. xi. 20. Denique *κακαὶ φρένες* malim intelligere de Thessalo quam de puella: 'improbum ingenium,' 'der böse Mensch!' Kiessl.

32. Hermann. in Ephem. Liter. Lips. a. 1807. no. 10. c. 1754. scribit *ἔκλαι'* pro vulgato *ἔκλαεν*· qui foret aoristus 2. qui non exstat. Imperfect. legitur Idyll. xxiii. 17. — Pro *περὶ* cum Brunckio et Valcken. ex cdd., in quibus est etiam Schellersh., dedimus *παρά*. Kiessl.

33. 34. Pro *ἐπιθυμήσασα* Is. Vossius conjecit *ἐπιθρηνήσασα*. In Steph. marg. est *ἐπιθυμήνασα*. — Lectionem *ἴσης τὺ* male mutat in *ἴσησθα* Vossius. — Multa exempla dictionis *πὺξ ἐπὶ κόρρας* congesta sunt a Valckenario in Epistol. Ruhnken. edit. a Tittmanno p. 160. Kiessl.

35. *ἐλαύνειν* de ictu et percussione proprie usurpatur. Homer. Iliad. ii. 199. de Ulysse, *τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκεν*. Sic etiam Idyll. xxii. 104. xxv. 256. et 264. xxx. 13. et alibi. Callim. H. in Cerer. 82. ibique Ernesti. [*κἄλλαν* scil. *πληγὴν ἤλασα*. sic Æschyl. Agam. 1393. sqq. *παίω δέ νιν δίς· κὰν δυοῖν οἰμώγμασιν μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα· καὶ πεπτωκότι τρίτην ἐπενδίδωμι*. quo de loco conf. Hermann. in Mus. Stud. Antiq. p. 102. Kiessl.] — *ἀνείρυσα δ' αὖ τὼς πέπλως*, 'revelli ei etiam vestes palliumque de corpore' (quod feminæ nudavit vultum, hoc ei haud minori fuit ignominiæ, quam colaphi inflicti), Reiske revocavit ex edd. Ald. aliisque priscis, quibus consentit cod. Ottoboni aliique, et probavit Warton. Koehler tamen malit *ἀνείρυσα δ' αὐτὼς πέπλως*, h. e. *αὐτοὺς τοὺς πέπλους*. Vulgatum, quod tuentur Toupius, Valcken. et Brunck., quos ego sequutus sum, a Calliergo et Stephano in editiones recentiores venit: atque in cd. Toletan. (apud Schottum in Obss. 2. 49.) vere legitur *ἀνειρύσασα δὲ πέπλως*. [Etiam in cd. Schell. K.] De voc. *πέπλος* v. indic. ad Anthol. Gr. Poet. et Gesner. ad Orphei Argon. 310. Harl.

36. Hic quoque communem librorum lectionem cum Valckenario et Brunckio reddidi, *ἔξω ἀπώχετο*. Reiske vero de conjectura rescripsit *ἀποίχεο*, 'celeriter te foras ejice.' In præfatione tamen p. xxxi. [Etiam in notis ad h. l. K.], mutata sententia, repositum a se, tanquam unice verum, mavult *ἄπωκέ τυ θᾶσσον*, ab *ἀπώκειν*, ut *διώκειν*. Harl. Henr. Vossius, Reiskium et patrem I. H. Vossium sequutus, legit: *ἀνειρύσασα τὺ πέπλως Ἔξω ἀποίχεο θᾶσσον;* quam necessariam dicit esse mutationem propter v. 41. ubi Cynisca demum aufugisse dicitur. At hac difficultate hæc mutatio laborat, quod is, qui mulieri iratus os percutit colaphis, non nisi ineptissime a poeta induci potest tam diligenti ad eam utens oratione. Equidem non nimis audacem appellaverim, si quis hæc omnia verba: *ἀνειρύσασα δὲ πέπλως ἔξω ἀπώχετο θᾶσσον*, quæ importune se inter colaphos et convicia ingerunt, ut spuria ejicienda esse censeat. Si genuina sunt, locus non aliter nisi sic intelligi potest, ut statuamus, amatorem repudiatum puellæ vestibus attractis celeriter abeunti hæc verba acclamare, *ἐμὸν κακόν*, κ. τ. λ. et poetam vs. 41. sententiam, 'abiit puella,' nova ratione repetere, novaque addere. — Toupius illustrans formulam *ἀνειρύσασα πέπλως* laudat Idyll. xxvi. 16. Apollon. Rh. iv. 940. et Jo. Meursii Spicilegium in Theocritum. — *οὔ τοι* est a Call. et Steph. *οὐ τίν* Brunck. *οὔ τι* cdd. aliquot, etiam Schell. Ald. al. Kiessl.

37. *ὑποκόλπιος*. i. e. *ἐν τῷ κόλπῳ*. Juvenal. ii. 120. "ingens Cœna sedet, gremio jacuit nova nupta mariti." Plura dedit Toupius et in Addend. et in Appendicula. Idem Toupius in Addend. recte posuit signum interrogandi post *ὑποκόλπιος*, cui obsequuntur Finkenstein. et Bindemann. Schaefero, qui locum sic malit distinguere: *ἄλλος τοι γλυκίων; ὑποκόλπιος ἄλλον ἰοῖσα θάλπε φίλον*· Hermannus opposuit, non mutandam esse vulgatam distinctionem, non solum ob cæsuram bucolicam, sed

Θάλπε φίλον· τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι.
Μάστακα δ' οἷα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν
Ἄψοῤῥον ταχινὰ πέτεται, βίον ἄλλον, ἀγείρεν·
Ὠκυτέρα μαλακᾶς ἀπὸ δίφρακος ἔδραμε τήνα
Ἰθὺ δι' ἀμφιθύρω καὶ δικλίδος, ᾇ πόδες ἆγον.
Αἶνος θὴν λέγεταί τις, ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν.
Εἴκατι ταίδ', ὀκτὼ ταίδ', ἐννέα ταίδε, δέκ' ἄλλα.
Σάμερον ἑνδεκάτα, ποτίθες δύο· καὶ δύο μᾶνες,

etiam quod utrumque orationis membrum nomine ἄλλος incipere debeat; maxime vero, quod ὑποκόλπιος secundarium vocabulum nullo modo in initio poni potuerit. —Brunck. pro more suo ἄλλος τίν. Kiessl.

38. μᾶλα, bene! quidquid enim gratum et perjucundum, μᾶλα vocat poeta. v. Toup. Harl. Wartono in mentem venit: δάκρυα καλά, vel μᾶλα ἔρωτος (nam unus Vaticanor. præbet μᾶλα ἔρωτες), 'illi tuæ lacrimæ pro deliciis sunt.' Musgravii μάχλα probat Graefius, improbat Dahlius ut parum congruum, sive interpreteris 'lacrimas impudicas,' sive ex loco Eustathii (Iliad. λ. 758. 41.) a Jacobsio allato 'humidas.' Jacobsius ipse conjicit: μάχλε. Dahlius vulgatam interpretatur 'per genas fluunt.' At talis oratio animo Æschinis exacerbato non convenit. Imo locus aut cum Toupio est explicandus: 'ei fluunt pro pomis,' i. e. ei sunt gratissimæ; (quod nos dicimus: 'sie sind ihm zuckersüss') quæ minime sunt blanditiæ ab hac sermonis amaritudine alienæ; aut μᾶλα dictum pro ὡς μᾶλα, quod Moschus iv. 56. 57. dicit θαλερώτερα μήλων, 'voller als Aepfel.' ad quem loc. conf. Manson. et Heskin. p. 274. Kiessl.

39—42. 'Quemadmodum hirundo celeriter avolat ad aliud et aliud pabulum pullis suis comparandum; ita quoque sine mora Cynisca a nobis avolavit;' sic Toup. locum interpretatur. Duce Scholiasta de Medenbach Wakker in Amœnitatib. Litterariis, Trajecti ad Rhen. 1770. p. 56. facili opera sanat locum: Μάστακα δοῖσα τέκνοισιν etc. 'hirundo, ut pullis cibum dedit, celeriter iterum revolat—illa fugit celerior.' At major et poeticus ornatus in vulgata inesse videtur. — ἀγείρεν pro ἀγείρειν Valcken. ex cd. Toletan. (in Schotti Obss. 2. 49.) ἀγείρην Brunck. [Primus hac comparatione utitur Homerus Iliad. ix. 323. sqq. Post versum 39. alium deesse, opinabatur Reiske, pendere enim vocabulum μάστακα; saltim deesse προσενέγκασα. In eadem opinione est Warton. At Toupius bene hunc locum expedit, in quo perplexior verborum compositio celerem hirundinis volatum et revolatum ad aliud aliudque pabulum quærendum egregie depingit. Ad Cyniscam nil nisi celeritas fugæ pertinet. Kiessl.] — Vers. 41. ὠκύτερον unus cod. quod non deterius esse putat Valckenarius. — Vers. 42. ἀμφιθύρω Winterton. et Valck. Harl. "Ἀμφίθυρον videtur idem esse atque vestibulum Romanorum, vacuum illud sub dio spatium, quod ab ostio ad interiora ædium patebat; 'der Hof.' δικλὶς autem est janua extima, per quam exitus in semitam publicam, et ex ea aditus in vestibulum patebat; sic dicta, quoniam valvis constabat, seu perpendiculariter illis a vertice deorsum, seu transversim horizontaliter juxta se decurrentibus." Reisk. Euripid. Med. 134. ἐπ' ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω μελάθρου βοὰν ἔκλυον. — Cum dictione ᾇ πόδες ἆγον (vid. ad xiii. 70.) Toupius hic comparat Horat. Epod. xi. 20. "ferebar incerto pede." Kiessl.

43. In pluribus cdd. et in scholiis est ἔβα κεν ταῦρος, vel κενταῦρος. Hinc Reiskius malebat κα, quod interpretatur πη, 'nescio qui:' sensu inusitato. Graefius κεν vertit 'wohl.' Sed καὶ nihil habet offensionis. ἀνὰ ὕλαν i. q. εἰς ὕλαν. v. Herman. ad Viger. p. 855. Sensus proverbii est: 'abiit uxor, neque revertit,' ut taurus, qui ἀτιμαγελῶν in silvam aufugit. Conf. Erasmi Adag. p. 44. et Vossium ad Virgil. Georg. p. 580. Kiessl.

44. 45. εἴκοτι unus cod. — vs. 45. ἑνδέκατος, scil. ἥλιος, Ald. Steph. Valck. ἑνδεκάτη, scil. ἡμέρα, Call. inde ἑνδεκάτα Brunck. quod ipsum ex plurimis cdd. etiam Schell. cum Schaefero et Gaisfordio recepi. Cum eodem Gaisfordio ex quatuor cdd. dedi ποτίθες pro vulgato ποτίθει. Formam hanc, quæ etiam Schaefero suspecta videtur, vix satis tuearis forma ἄνστα. Videtur ab iis esse profecta, qui aoristum

Ἐξ ὦ ἀπ' ἀλλάλων, οὐδὲ Θρᾳκιστὶ κέκαρμαι.
Οἶ δὲ Λύκος νῦν πάντα, Λύκῳ καὶ νυκτὸς ἀνῷκται·
Ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθματοί,
Δύστανοι Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτᾳ ἐνὶ μοίρῃ.
Κ'αἰ μὲν ἀποστέρξαιμι, τὰ πάντα κεν ἐς δέον ἕρποι·
Νῦν δέ ποχ', ὡς μῦς (φαντί), Θυώνιχ', ἐγεύμεθα πίσ-
σας.

cum præsente confunderent.—*Μᾶνας* conjicit Reiskius, atque sic cd. Schell.; male. In tali dierum enumeratione ratio velut ad assem constet opus non est. Kiessl.

46. Omissio tonsuræ signum erat luctus. nam lugentes et mœsti curam, ut reliqui corporis, ita comæ quoque negligebant. Thracica tonsura videtur levissima et contemtissima fuisse, qua uterentur etiam ingenui, qui tamen sordidiuscule corpus haberent. sic Reiske de hoc loco, qui præterea monet, caput Thracico more tonsum simile apparuisse scaphio inverso, seu globo dimidiato, parte convexa sursum versa; quum ceteri Græci, qui lætius et liberalius victitarent, comam non tam profunde in frontem demitterent. Idem pro *ἀλλάλων* vocem non Græcam *ἀλγάων* repositam volebat. Warton. corrigit pro *οὐδὲ*, vel *οὐδ' εἰ*, ut est in quibusdam cdd. et edit. Junt., vel *κ' οὐ δὴ*, quod recepit Brunck. Pro *θρακιστὶ* Toupius suspicatur scholiasten legisse *καριστί*, quæ ei lectio pulcerrima videtur esse. Graefius legit *κ' οὐδὲ*, ut sit sensus: 'et ne Thracice quidem sum tonsus.' Sed mutatione opus non est, si verba sic explices: 'neque tonsus sum Thracico more,' i. e. ita ut speciem Thracis præ me feram. Poterant enim Thraces, licet tonderentur, a Græcis illam tonsuram inelegantem aspernantibus intonsorum loco haberi. De tonsura Thracum, qui Hom. Iliad. iv. 533. *ἀκρόκομοι* dicuntur, conf. Naekium ad Choerili Reliq. p. 140. sq. Kiessl.

47. Pro vulgato *ἁ δὲ Λύκῳ*, quum in Florent. ed. (et aliquot cdd.) *οἶδε Λύκος* legeretur, egregiam hinc lectionem Toupius restituit *οἶ δὲ Λύκος*, quam ut cum Brunckio Valckenarius, sic post hunc ceteri editores recipere non dubitarunt. Reiskius quum recte intellexisset, poetam magis in demonstranda laborare illius amoris magnitudine, quo Cynisca erga Lycum flagraret, quam hujus, quo Lycus illam prosequeretur, legendum censebat: *τᾷ δὲ Λύκος·* atque *τᾷ δὲ* revera in aliquot cdd. legitur. De locutione *πάντα εἶναί τινι* vide Hermann. ad Viger. p. 727. et quos citat alios Matthiae in Gram. Gr. §. 438. De *οἶ*, an sic poni possit, sine causa dubitat Graefius. Kiessl.

48. 49. Conf. Schol. et Callimachi Epigr. xxvi. ibique Fabrum; Schrader. ad Musæum p. 198. ubi etiam de nostro scholio disputat.—*ἀριθματοὶ* pro *ἀριθμητοὶ* Brunck. et Valck. ex cdd. Florent.—Brunck. *μοίρῃ* ex ed. Callierg. *ἀτιμοτάτᾳ ἐνὶ μοίρῃ* malit Valck. Harl. *Μοῖρα* h. l. 'conditio,' ut passim *χώρα*. vid. Dorvill. ad Chariton. p. 276. De *ἄτιμος* disputat Valcken. ad Adoniaz. p. 231. Kiessl.

50. *καὶ μὲν* Brunck. præeunte Toupio ad ultimum fragment. p. 408. *κεἴ μιν* scribendum esse contendit Heinsius: neutrum necessarium esse judicat Valckenarius. *κῆ* Callierg. *κεὶ* reliq. edd. apud Reiskium, qui præterea Aldinam lectionem *ἀποστέρξαι με*, 'si quidem injiceret animo meo odium sui,' haud bene revocavit. Vulgatam interpretatur Scholiastes: *εἰ μὲν καταφρονήσαιμι αὐτῆς*. [Etiam Salmasius putabat, scholiasten legisse *μιν* pro *μέν*; in quo haud dubie errat. Scholiastes enim quum *ἀποστέρξαιμι* interpretaretur *καταφρονήσαιμι*, non poterat, utpote interpres, pronomen omittere. *ἀποστέργειν* est 'abstinere ab amore,' ut *ἀπεσθίειν*, 'abstinere a cibo' et al. conf. Cattier. Gazophylac. Græc. p. 73. K.] Suidas vero in *ἀποστέρξας*, 'fortiter tolerare:' eumque Crispinus in versione nostri loci sequutus est. conf. Porti Diction. Dor. h. v. Harl.

51. Reiske, quem sequutus est Brunck, hunc versum ita refinxit: *Νῦν δὲ ποθῶ. μῦς, φαντί, Θυώνιχε, γεύετο πίσσας·* 'jam vero desiderio' (Cyniscæ) 'teneor. Mus, aiunt, Thyoniche, picem aliquando gustabat.' Quam emendationem, si auctoritate codd. fulta fuisset, et nisi a vestigiis antiquæ scripturæ justo longius recederet, in textum recipere non dubitassem. Vulgatæ tamen sensus eodem redit: difficulter ab illa possum avelli. Proverbium enim de mure picem degustante transferri solet ad res, quas retinere et omittere pariter mo-

Χ' ὤ, τι τὸ φάρμακόν ἐστιν ἀμαχανέοντος ἔρωτος,
Οὐκ οἶδα· πλὰν Σῖμος, ὁ τᾶς Ἐπιχάλκω ἐρασθείς,
Ἐκπλεύσας, ὑγιὴς ἐπανῆνθ', ἐμὸς ἁλικιώτας.
Πλευσοῦμαι κἠγὼν διαπόντιος· οὔτε κάκιστος,
Οὔτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτας.
Θυω. Ὤφελε μὰν χωρῆν κατὰ νοῦν τεὸν ὧν ἐπιθυμεῖς,
Αἰσχίνα· εἰ δ' οὕτῶς ἄρα τοι δοκεῖ ὥστ' ἀποδαμῆν,
Μισθοδότας Πτολεμαῖος ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος.
Αισ. Τἄλλα δ' ἀνὴρ ποῖός τις; Θυω. Ἐλευθέρῳ ὅστις ἄριστος,
Εὐγνώμων, φιλόμουσος, ἐρωτικός, εἰς ἄκρον ἁδύς·
Εἰδὼς τὸν φιλέοντα, τὸν οὐ φιλέοντ' ἔτι μᾶλλον·
Πολλοῖς πολλὰ διδούς· αἰτεύμενος, οὐκ ἀνανεύων,

lestum est. [Conf. Reisk. ad h. l. et Erasmi Adag. p. 635. sq. K.] Νῦν δέ ποχ' pro ποθ' Winterton. nec displicet Valcken. qui etiam Θυώνιχ', ἐγεύμεθα conjicit. Harl. [Imperfecto opus est propter ποτέ, particula autem νῦν hic non tempus significat, sed; ut passim Romanorum 'nunc,' habet vim ratiocinandi. Kiessl.]

52. φάρμακον ἐντὶ ἀμαχ. dedit cum Brunckio Dahlius. Valckenarius poetam putat ἐντί γ' ἀμαχαν. scripsisse. Harl.

53—55. ἐπιχάλκω Brunck. ex Vatic. cdd. (sic etiam Schell.), qui, Reiskii sententiam secutus, vocabulum ἐπίχαλκος non ut Stephanus, cujus sententiam probarunt editores recentiores, putat esse nomen viri proprium, sed adjectivum, 'æratus,' 'æris dives;' ideoque prima littera minore exarandum curavit. Valckenarius Ἐπιχάλκω, forma Dorica et tanquam nomen proprium, ut Stephanus voluit, excudi jussit. In sequenti vs. Brunck ex cdd. dedit ἐπανῆνθ'—ἀλικιώτας—κἠγών. Ei obsequutus est Valcken. nisi quod ἐπανῆλθ' retinuit, et formam πλευσοῦμαι præfert lectioni cdd. πλευσεῦμαι, a Piersono probatæ. Harl. De vi peregrinandi ad amorem expugnandum conf. Propert. iii. Eleg. xx. Kiessl.

56. Reiskius malit ὡς στρατιώτας, 'pro milite,' sic satis commodus et mediocriter tolerabilis, ut miles, quatenus miles quis est, neque ille optimus, neque rursus pessimus. Etiam Grotius in Stobæo suo scribit ὡς. Toupius ὁμαλὸν στρατιώτην interpretatur 'militem nec primum nec postremum.' Elegans est Koehleri conjectura legentis, ὁμαλὸς δέ τις ἐν στρατιώταις. Si probatur ὡς, structura verborum sic procedit: ὡς ὁμαλός τις στρατ. 'ut unus ex multis;' sin articulus ὁ genuinus est, patrocinatur opinioni eorum, qui Idyll. i. v. 1. conjungunt ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα μελίσδεται ἁ πίτυς τῆνα. Kiessl.

57. 58. χωρῆν—ἄρα τὶν—ἀποδαμεῖν Brunck; Valckenarius quoque χωρῆν et ἀποδαμεῖν; pro hoc tamen poeta ei ἀποδαμῆν videtur scripsisse: quod recipere non dubitavimus. Miramur autem, quod nemo interpretum, quod sciamus, vs. 57. imperfecto ἐπεθύμεις, quod hic prorsus alienum est et ex Idyll. x. 17. huc translatum videtur, offensus est. Correximus igitur ex cd. Schellershem. ἐπιθυμεῖς. Kiessl.

59—63. In distribuendis interlocutorum partibus libri veteres valde variant; v. Reiske et Warton. quorum prior inter alia, quæ fuse disputat, conjicit, v. 60. legendum esse ἐλεύθερος, ὥς τις ἄριστα, 'liberalis ut qui maxime;' posterior vero ita: Πτολεμαῖος. Αισχ. Ἐλεύθερος, ὥς τις ἄριστος; Τἄλλα—τις; Θυων. Ἐλεύθερος, ὥς τις ἄριστος. Reiskii suspicio, periisse nobis partem versus Theocritei, atque ad hiatum implendum verba ἐλ. ὅστις ἄρ. ex versu præcedenti repetita esse, satis probabilis esse videtur Valckenario. ὥς τις ἄρ. corrigebat etiam Salmasius. [Distributio partium interlocutorum, qualem in textu post Valckenar. aliosque dedimus, est Calliergi. In editione Junt. Aldina, Lovaniensi, etiam in cd. Schell. (excepto vs. 60.) aliisque, talis est: Μισθοδότας Πτολεμαῖος. Αισχ. ἐλευθέρῳ οἷος; Θυων. ἄριστος. Αισχ. τἄλλα δ' ἀνὴρ ποῖός τις,

Οἷα χρὴ βασιλῆ. αἰτῆν δὲ δεῖ οὐκ ἐπὶ παντί,
Αἰσχίνα. ὥστ', εἴ τοι κατὰ δεξιὸν ὦμον ἀρέσκει
Λῶπος ἄκρον περονᾶσθαι, ἐπ' ἀμφοτέροις δὲ βεβακὼς
Τολμασεῖς ἐπιόντα μένειν θρασὺν ἀσπιδιώταν,
῝Αι τάχος εἰς Αἴγυπτον. ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα
Πάντες γηραλέοι, καὶ ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει
Λευκαίνων ὁ χρόνος. ποιῆν τι δεῖ, ἇς γόνυ χλωρόν.

ἐλευθέρῳ ὅστις ἄριστος; Θυων. εὐγνώμων —. qua ex distributione orationem admodum moratam existere, non nego. Ratio Stephani a Calliergi non recedit, nisi quod totus versus 60. Æschini tribuitur, ita ut Thyonichi oratio incipiat a verbo εὐγνώμων. In cd. Schell. vs. 60. sic legitur; τὰ δ' ἄλλ' ἀνὴρ ποῖος τις. a secunda manu additum: ἐλευθέρῳ οἷος. Θυ. ἄριστος. Versui proximo præfixum est nomen Θυώνιχος. — οἷος ἄριστος legitur etiam in Stobæi Florileg. p. 326. Gesn. ubi hic versus cum sequentibus prostat. οἷος pro ὅστις dant item plures cdd. alii cdd. versum omittunt, atque spurium eum esse non temere judicat Gaisfordius, ut jam antea Dahlius existimavit. Kiessl.] — Vers. 61. φιλόμοισος Brunck. improbante Valckenario. — Vers. 63. Valck. suspicatur legendum, αἰτευμένῳ ('petenti') οὐκ ἀνανεύων· Οἷα χρὴ βασιλῆ'. Harl. [Valckenarii mutatione opus non est; nam αἰτεῖσθαι etiam passive usurpari, docet locus Polyb. xxvii. 12. 2. αἰτούμενος πολλάκις ὑπ' αὐτῶν· atque passive hic accipiendum esse, ostendit vel αἰτῆν, quod sequitur. Kiessl.]

64. 65. Οἷον χρὴ βασιλέα· (ita ut εα in unam longam syllabam coalescat) αἰτῆν Brunck, partim ex Stobæo et codicibus. Harl. [Scripsi βασιλῆ, absque apostropho, ut Τυδῆ, Iliad. iv. 384. Μηκιστῆ, Iliad. xv. 339. Vide de hac accusativi forma Bekkerum in Jen. A. L. Z. 1809. 244. col. 131. Fischer. ad Weller. i. p. 121. 129. sq. Matthiae Gram. Gr. p. 97. Gregor. Cor. p. 160. et ad eum Schaef. p. 162. sq. Vers. 65. Brunck. dedit αἴ τοι. quatuor cdd. ἀρέσκοι. Kiessl.]

66. 67. λῶπος codd. edd. Flor. Call. Brunck et Valcken. (cd. Schell. λῶπον, ut vulgo.) — ἀμφοτέροις plurimi cdd. (etiam Schell.) edd. pr. Valck. et Brunck. ἀμφοτέρας Ald. et Reiske. ἀμφοτέρων Callierg. et reliq. editt. Interpretor ἐπ' ἀμφοτέροις, sc. ποσί, βεβακώς, (pro quo vitiose scribitur in primis edd. βεβακών,) 'si magno gradu obtinebis locum tuum.' Pari modo Tyrtæus carm. i. verss. ult. (53. sq. ed. Franck.) ubi v. Klotz. p. 23. ed. Altenburg. ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών. [Longe alia vi posita est locutio ἐπ' ἀμφοτέροις Idyll. x. 35. hinc nostro loco fere prætulerim ἀμφοτέρων. Kiessl.] μένην cum aliquot cdd. Brunck. μένεν scribi jubet Valckenarius. Harl.

68. ὦ τάχος Ald. aliæque antiquæ edd. in qua lectione Reiskio latere videtur ὡς τάχος. — 'Απὸ κροτάφων Heinsius interpretatur κατὰ κροτάφους, ut ἀπὸ στέρνων dc. pro κατὰ στέρνα, et Idyll. xvi. 49. Cygnus θῆλυς ἀπὸ χροιᾶς i. q. τὴν χροιάν. Imo poeta hoc dicit, canitiem a temporibus incipientem ultra serpere. Kiessl.

69. ἕρποι duo cdd. sicque legisse videntur Scholiastes et Eustathius ad Iliad. δ. p. 492 = 375. pen. συντελεῖ δὲ εἰς τοῦτο καὶ Θεόκριτος εἰπὼν, ἀπὸ κρ. π. π. γ. κ. ἐπισχερὼ, ἤτοι κατὰ τάξιν καὶ ἐφεξῆς, εἰς γένυν ἕρποι Λ. ὁ. χ. Conf. p. 727. 26 = 619. 10. 877. 10 = 827. 12. Legitur ἐπισχερὼ in Iliad. xi. 668. xviii. 68. xxiii. 125. Hesych. ἐφεξῆς, κατὰ τὸ ἑξῆς. Abreschius tamen in Obss. Miscell. vol. vi. tom. ii. p. 409. sq. potius scribendum putat ἐπὶ σχερῷ. Adde Arnaldi Græc. Lect. ii. 2. 147. et Warton. ad nostrum locum. Harl.

70. ποιῆν — ἇς Brunck. et Valck. ex duobus saltem codicibus. [In cd. Schell. ποιεῖν — ὧς.] ἇς pro ἕως ponitur. v. Toup. in Appendicula, item in Addendis ad xxix. 20. Koen. ad Gregor. Cor. p. 188. sq. Sturz. ad Maittair. p. 322. Jacobs. in Athen. p. 140. quem citat Welcker. ad Fragmenta Alcmanis p. 43. Legitur ἇς pro ἕως apud Pindar. Olymp. x. 61. Formam ὧς, quam præbet cd. Schellersh., nondum sperno. — De loci sententia conf. Horat. Epod. xiii. 4. "dumque virent genua." Ernesti in Clav. Ciceron. s. v. Viriditas. Valcken. Epist. ad Röver. p. xxiii. sq. Suid. v. στεῤῥὸν ἀντικνήμιον. Eustath. Il. κ. p. 812. 49 = 735. 13. φ. p. 1237 = 1325. 13. Od. ι. p. 1615. 25 = 335. 37. Kiessl.

ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΑΙ Η ΑΔΩΝΙΑΖΟΥΣΑΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιε'.

ARGUMENTUM.

Quum Adonidis sacra Arsinoes cura et sumtibus magna hominum celebritate Alexandriæ agerentur, Theocritus materiam inde arripuit, et ipsam reginam totamque Ptolemæorum familiam splendidis laudibus eleganter ornandi. Quod ut faceret in hoc Idyllio, duas inferioris loci mulierculas exhibet, quæ Syracusis natæ et educatæ, cum maritis Alexandriam habitatum concesserant, et ut splendidum festi apparatum spectent, una cum ancillis in aulam regiam sese conferunt. Plures hujus carminis constituendæ sunt partes sive scenæ, quarum prima in Praxinoes agitur ædibus, quo Gorgo venit, ut amicam arcessat. — 43. Post varios sermones, quales inter mulieres haberi solent, rebus domi compositis, ambæ ancillis comitantibus in viam publicam prodeunt, ubi illis turba hominum undique confluentium stuporem, equi regis forte occursantes terrorem incutiunt. Sequitur brevis cum vetula obviam iis facta confabulatio. — 64. Jam in regiæ porta in hominum turba misere luctantur, et ægre tandem, ignoto quodam homine opem præstante, in eum locum penetrant, ubi Adonidis sacra fiunt. — 77. In ipsa denique regia, dum Adonidis ibi expositam imaginem, dum stragularum vestium reliquique ornatus magnificentiam, dum omnia denique admirantur, de omnibus garriunt, altercatio iis oritur cum spectatore quodam, intolerabilem earum garrulitatem ægre ferente. — 95. Conticescunt tandem, ut carmen audiant in honorem Adonidis compositum, quod idem Arsinoës Berenicesque laudes complectitur. — 146. Quo carmine finito post laudes cantatrici tributas domum redire parant. — Egregium poema, tum ob veritatem et festivitatem, qua muliebris indoles repræsentatur; tum ob rerum varietatem orbe satis exiguo exhibitarum; tum denique ob elegantiam, qua regiæ familiæ laudes attexuit auctor. — Totum est mimicum, factumque ad imitationem mimorum Sophronis muliebrium.

ΓΟΡΓΩ, ΠΡΑΞΙΝΟΗ, ΓΡΑΥΣ, ΞΕΝΟΣ

[ΕΤΕΡΟΣ ΞΕΝΟΣ, ΓΥΝΗ ΑΟΙΔΟΣ].

Γορ. Ἔνδοῖ Πραξινόα; Πραξ. Γοργοῖ φίλα, ὡς χρόνῳ! ἐνδοῖ.
Θαῦμ', ὅτι καὶ νῦν ἦνθες. ὅρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτᾷ·

Suavissimum hoc et maxime festivum Idyllium, quod plane est δραματικὸν sive μιμητικόν, et garrulitatem atque ineptias muliercularum vivis coloribus depingit, numeratur xvi. in Analectis Brunckianis. Illustratum est satis superque a Reiskio,

Ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον. Γορ. Ἔχει κάλλιστα. Πραξ. Καθίσδευ.

Γορ. Ὢ τᾶς ἀδαμάτω ψυχᾶς! μόλις ὔμμιν ἐσώθην,

Toupio in Epistola de Syracusiis tom. ii. ed. Warton. p. 327. sqq., Wartono, inprimis Valckenario, qui plenissimum commentarium, testem infinitæ eruditionis et ingenii subtilitatis locupletissimum, thesaurum veluti Græcæ linguæ, in hoc carmen conscripsit. — Vetus argumentum Græcum, edito longe melius atque altero tanto auctius, a Ruhnkenio in membrana Bibliothecæ Regiæ Parisinæ inventum, Valckenarius in Adnotationibus suis publici juris fecit et copiose docteque explicuit. Scena Alexandriæ figenda est: colloquuntur Syracosiæ mulieres, non primi ordinis matronæ, sed de plebe (hinc Doricam dialectum in colloquio vulgarium illarum muliercularum ubivis, meo quidem sensu, recte præferas), quæ in Ægyptum, Alexandriam, commigrarunt, ibique habitantes maritum quæque suum, liberos et servos, ancillas certe habent. In Alexandrinis autem Adoniis, a Cyrillo, archiepiscopo Alexandrino, in Comment. in Jes. cap. xviii. opp. tom. ii. p. 275. latius descriptis (v. Valck. p. 192. sq.), mos fuit exornare semidei signum, hocque sequentis forsitan diei summo mane, comitantibus primariis matronis iisque piis, præ ceteris, cultricibus ad mare deducere abluendum. Compara Bion. Idyll. i. Harl.

1. 2. Γοργοῖ, quæ est forma in talibus legitima (conf. Fischer. ad Weller. i. p. 414.), pro vulgata Γοργὼ dederunt Winterton. Valck. et Brunck. ex optimis codicibus. — Valckenarius, deletis nominis Eunoes indicibus literis ante verba Γοργοῖ — ἐνδοῖ, (cui ancillæ hæc verba tribuunt Reisk. Harles. Dahl. Henricus et Joh. Henricus Vossii) omnem locum usque ad ποτίκρανον assignat Praxinoæ, cui sane optime convenit, si eam hæc Gorgoni ancillam a janua exspectantem allocutæ ex domuncula respondisse cogites. Idem tamen Valckenarius in nota vs. 2. cum Wartono ἦνθον legendum verbaque, θαῦμ', ὅτι καὶ νῦν ἦνθον, Gorgoni tribuenda, sequentia autem, ὅρη δίφρον — αὐτᾷ, rursus Praxinoæ adscribenda censet; quam rationem prætulit etiam Finkensteinius. Quod nolim probare: nam ex priori Valck. descriptione ea inest in hoc loco orationis perturbatio et confusio, quæ mulierem garrulam et præ gaudio vix sui compotem egregie deceat. ὡς χρόνῳ sc. πάρει, 'o quam diuturna ex absentia ades,' interprete Reiskio. Quæ Schaeferus ad Lamb. Bos. Ellips. p. 402. dixit, satis demonstrant, potius χρόνῳ, quam cum Salmasio χρόνω, genitivo, scribendum esse. Dativus fungitur vice adverbii. Add. Eurip. Phœniss. v. 302. 313. — Verba ἐνδοῖ Πραξ. citat Etymol. M. p. 663. 29. H. l. respicit Eustathius Od. σ. p. 1839. 55 = 659. 31. — Versum secundum propter Etym. in Δρίφος Hemsterhusius, cui verba Etymol. ad hunc locum referri posse videbantur, sic emendabat: θαῦμ' ὅτι καὶ νῦν ἦνθε. φέρ' ὦ δρίφον, Εὐνόα, αὐτᾷ· ut priora Praxinoe apud se dixerit. Rectius tamen Etymologi locum Sophronis verba continere cum Valckenario statueris. — Ad illustrandum hunc intrantes excipiendi morem citat Dahlius Homer. Odyss. x. 233. xx. 150. xxi. 177. Apollon. Rh. iii. 49. — Ut hic dicitur ὅρη δίφρον, sic Hom. Odyss. viii. 443. ἴδε πῶμα. Conf. de hoc loquendi usu Koeppen. ad Iliad. ii. 384. Plures cdd. ὅρα pro ὅρη. Kiessl.]

3. ἔχει κάλλιστα quidam minus recte tribuunt Eunoæ. — Locutiones ἔχει κάλλιστα· κάλλιστα· ἐπαινῶ· usurpamus, quando oblato beneficio non utentes gratias agimus, aut quando officiosam sedulitatem et anxium pæne studium amicorum benigne nos accipientium deprecamur. Eandem vim habet Latinorum 'recte;' ut Terent. Eun. ii. 3. 50. "rogo, num quid velit. recte, inquit. abeo." ad quem loc. conf. Ruhnken. et Bentleium ad Heaut. iii. 2. 7. item interpretes ad Aristoph. Ran. 511. Apud Horat. Epist. i. 7. 16. et 62. est 'benigne.' — Valcken. citat ex Plauti Sticho i. 2. 37. "Pi. Mane pulvinum. An. Bene procuras mihi; satis sic fultum est mihi." Cum Brunckio rescripsimus καθίσδευ pro vulg. καθίζευ. Kiessl.

4. Lectio vulgata et a plerisque cdd. item a Gregorio Cor. p. 370. oblata est ἀδεμάτου vel ἀδεμάτω, quod vocabulum Reiskius derivat a δέμα· nam δέμα, δεῖμα et δέος idem significare, 'metum' puta, hinc ἀδέματον esse 'imperterritum,' 'metu carentem.' Gregor. Cor. §. clxxvii. ἀδέματον ψυχὴν interpretatur τὴν νεκράν, ἤγουν τὴν ἔξω τοῦ σώματος. Toupius in Epistola pronuntiat, ἀδέματος vocem ne Græcam quidem esse, idque recte, opinor; nam vix probaretur, si quis contenderet, ἀδέματος esse idem quod ἀδάματος, quemadmodum Æoles dicunt θέρσος pro θάρσος. conf. Etym. M. p. 447. l. 24. — Equidem nul-

Πραξινόα· πολλῶ μὲν ὄχλω, πολλῶν δὲ τεθρίππων·
Παντᾶ κρηπῖδες, παντᾶ χλαμυδηφόροι ἄνδρες·
Ἁ δ᾽ ὁδὸς ἄτρυτος· τὺ δ᾽ ἑκαστοτέρω ἔμ᾽ ἀποικεῖς.
Πραξ. Ταῦθ᾽ ὁ πάραρος τῆνος ἐπ᾽ ἔσχατα γᾶς ἔλαβ᾽ ἐνθὼν

lus dubito, quin Casaubonus veram h. l. lectionem detexerit, ἀδαμάτω i. e. ἀδαμάστου, ἀδμάτου. Atque vere legitur ἀδαμάτω in quatuor cdd. apud Gaisford., in uno ἀδαμάτου. Utraque autem forma, ἀδάματος et ἀδάμαστος, in usu fuit: conf. Ruhnken. Epist. Crit. i. p. 110. Nonnulla alia vocabula, in quibus item duplex forma usurpata est, commemoravimus ad Idyll. i. 126. Casaubonus sic interpretatur: 'o durum et fortem animum ac multa passum!' Mulier hoc vult, se invictum animum malis opposuisse, nullis se laboribus et periculis domitam seu fractam esse. Æschyl. Sept. c. Th. 859. ed. Schütz. min. ἰὼ κακῶν ἀτρύμονες· ubi scholia: ἀτρύμονες, ἀδάμαστοι, ἀκαταπόνητοι. ὑπὸ τῶν κακῶν μὴ νικηθέντες, ἢ οὓς πολλὰ κακὰ οὐκ ἐδάμασαν. Lucian. Demosth. Encom. extr. (§. 50. Schmied.) βαβαὶ τῆς ἀηττήτου ψυχῆς! In cdd. præter istas hæ prostant lectiones: ἀδημάτω· ἀδειμάντου· ἀδαμάντου· ἀδαμέτου· ἀδεμάντου. Quod Scaligero placuit et Henr. Stephano, ἀλεμάτω (Dorice pro ἠλεμάτου, 'o me stolidam!') non displicet Valckenario. Kiessl.

6. κρηπῖδες· recte Scholiastes: πανταχοῦ κεκρηπιδωμένοι ἄνδρες· λέγει δὲ τοὺς ἐν τῇ πόλει στρατιώτας. Etiam χλαμυδηφόροι sunt milites, quorum chlamys est propria. Wartonus intelligit homines tunicatos et multus est de vocabulo χλαμύς. Adde Marklandum in Epistola Critica, Cantabr. 1723. p. 87. et notam ad Anthol. Latin. Poet. meam p. 192. — παντᾶ sine iota subscripto, bis, Brunck. Harl. "Similiter ἀσπὶς pro, militibus, et λόγχη. Markl. ad Iphig. Aul. 189. Attigit Schaefer ad Longum p. 373." Jacobs.

7. ἄτρυτος proprie dc. 'qui nullis laboribus frangitur' vel 'defatigatur:' tum ἄτρυτα Græcis dcc. 'gravia' et 'molesta,' Latinis 'laboriosa' (quasi nullo labore superanda, domanda). Conf. de istiusmodi adjectivis duplicem fere vim vel activam vel passivam habentibus Hemsterhus. ad Lucian. t. i. p. 179. et ad Thom. Mag. in v. Ἀθέατος. — Quum forma ἑκαστοτέρω præter hunc locum nusquam legatur, Valcken. emendabat ἑκάστερω ἄμμιν ἀποικεῖς, quod Brunck. recepit; calidius, opinor. Summa enim libertate in formandis comparativis et superlativis Græcos usos esse, ostendunt dicta ad h. l. a Valckenario. adde Fischer. ad Weller. ii. p. 117. Quare ἑκαστοτέρω nolim damnare. Verum pro ἔμ᾽, quod haud dubie vitiosum est, præfero conjecturam Scaligeri, probatam Stephano, Salmasio et Hemsterhusio, μεῦ ἀποικεῖς: atque Salmasius, qui μεῦ in cod. postea invenisse videtur Palatino, in libro suo μοι ἀποικεῖς vel μεῦ ἀποικεῖς aduotaverat. Kiessl.

8. ταῦθ᾽ pro διὰ ταῦτα, ut Idyll. xiv. 3. — Παρήορος seu πάραρος, quod cum Eustathio, cujus locum mox afferimus, Stehanus et Dammius in Lex. Gr. p. 2157. derivant ab ἄρω, 'apto,' rectius deduxeris ab ἀείρω s. ἀέρω, 'elevo,' elevo suspendendo, suspendo. (Etymol. M. p. 653. 40. sibi non constat.) Hinc perfectum ἦορα, a quo multa derivata, ut ἄορ, quicquid aliquis ex corpore suspensum gestat, gestamen, ein Gehänge, χρυσάορος, ἀορτή, ἀορτήρ. Vocab. παρήορος proprie usurpatur de equo 'funali,' qui juxta jugales currui junctus libere vagatur, exerrat. Dionys. Halic. Ant. Rom. vii. c. 73. σειραῖος ἵππος — ὃν ἀπὸ τοῦ παρηωρῆσθαι καὶ συνεζεῦχθαι παρήορον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. Conf. Iliad. xvi. 474. add. Iliad. viii. 87. xvi. 152. Sueton. Tiber. c. 6. Feithii Antiqq. Hom. iv. 11. p. 493. ed. Argentor. Tum tropice de eo, cujus animus sic elevatur, ut a rationis tramite aberret. Sic Iliad. xxiii. 603. ad quem locum Eustathius p. 1319 = 1439. 8: ὁ δέ γε παρὰ Θεοκρίτῳ πάραρος δηλοῖ μὲν ὅπερ καὶ ὁ ἐνταῦθα παρήορος· γίνεται δὲ οὐ παρὰ τὸ ἀείρω, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἄρω, τὸ ἁρμόζω, οἱονεὶ ὁ παρηρμοσμένος, ὁ μὴ συνέχειαν ἔχων, ὁ μὴ πυκινός, ὁ μὴ φρενήρης, ὁ ἀραιὸς τὸν νοῦν. Cf. Il. η. p. 672. 60 = 543. 40. adde Etym. M. l. c. Plene dixit νόου παρήορος Archilochus in Scolio, quod illustrat Ilgenius in Scoliis Græcor. p. 193. sqq. qui tamen dedit de conjectura νόος παρήορος, quod Liebel. in Archilochi Reliquiis p. 111. monere oblitus est. Idem Archilochus Fragm. 63. τίς σὰς παρήειρε φρένας. Iliad. iii. 108. αἰεὶ δ᾽ ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται. Apte cum nostro loco etiam hæ locutiones comparantur: Eupolid. vers. in Stobæi Florileg. p. 53. ult. μαίνεταί τε καὶ παραφρεῖ τῶν φρενῶν. Herodot. iii. c. 155. ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν. — Singularis est et ab Æschylo Prom. 363. imitatione expressus

'Ιλεόν, οὐκ οἴκησιν, ὅπως μὴ γείτονες ὦμες
'Αλλάλαις, ποτ' ἔριν φθονερὸν κακὸν αἰὲν ἐμείως.
Γορ. Μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα, φίλα, Δείνωνα τοιαῦτα,
Τῶ μικκῶ παρεόντος. ὅρη, γύναι, ὡς ποθορῇ τυ.

locus Iliad. η. 156. πολλὸς γάρ τις ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα· in quo Ilgenius improbat Eustathium, qui p. 672. 56. interpretatur, κεχυμένος ἔνθα καὶ ἔνθα, ἔκλυτος, χαῦνος. — Verba ἔσχατα γᾶς exponit cum Stephano et Reiskio Toupius 'extremam partem urbis et ab aula remotam.' Quæ ut vera crederentur, uno saltim scriptoris idonei loco debuisse affirmari, jure censet Valckenarius. Thucyd. viii. c. 95. ædium mentionem facit in extrema urbis parte sitarum, τῶν ἐπ' ἔσχατα τοῦ ἄστεος οἰκιῶν. Immo quæ apud Athen. vi. p. 233. D. dicuntur αἱ ἐσχατιαὶ τῆς οἰκουμένης, vocantur in Theocrito ἔσχατα γᾶς, neque mirum sic dici Ægyptum a muliercula Syracosia ex Sicilia Alexandriam nave devecta. Conferri etiam potest dictio τὰ πέρατα τῆς γῆς, qua de terris remotis non soli sacri scriptores utuntur, ut Matth. xii. 42., sed etiam profani, ut Xenoph. Agesil. ix. 4. ἐκ περάτων γῆς. Proprie dicit τὰ νείατα πείρατα γαίης καὶ πόντοιο Homerus Iliad. viii. 478. — Significatu 'emendi' verbum λαβεῖν in sermone familiari fuisse tritum suspicatur Valckenarius. Kiessl.

9. Cubilia, in quæ spiris se contractis et convolutis abdebant serpentes, tanquam ipsorum ἔλυτρα, dicuntur a poetis ἰλεοί (εἰλεοί), et ἰλυοί (εἰλυοί). Callimach. in Jov. 25. Apollon. Rhod. i. 1144. Nicandr. Theriac. 283. — Martial. xi. Epigr. xix. "Donasti, Lupe, rus sub urbe nobis; in quo nec cucumis jacere rectus, Nec serpens latitare torta possit." "Dicax, garrula, dictorumque immemor muliercula pulcre pingitur, dum hic domum dicit 'ædiculam,' et tamen mox v. 17. maritum carpit virum trium et decem cubitorum." Harl.

10. In Edd. Med. Ald. et Rom. vulgatum fuit αἰὲν ἐμοῖο, ut unus cd. Flor. habet. In aliis cdd. legitur ὅμοιος vel ὁμοῖος, atque ὁμοῖος etiam in ed. Flor. Unus cd. Vatic. præbet ὁμοίως. Quas duas lectiones, ὁμοῖος et ὁμοίως, Valckenarius dicit monstrare veterem formam Doricam ἐμείως, de qua disputat Apollonius de Pronom. p. 355. Bekk. et Valckenar. ipse in Adnotation. p. 301. sqq. Et sane genitivus, qui pertineat ad ποτ' ἔριν (quod dictum est, ut πρὸς χάριν, πρὸς ὕβριν, πρὸς ὀργήν,) vix abesse potest. Sic Corinna apud Apollonium p. 325. μέμφομαι δὲ καὶ λιγουρὰν Μυρτίδ' ἰώνγα, ὅτι βανὰ φοῦσ' ἔβα Πινδαρίοιο ποτ' ἔριν. Lectio in vulgatis editionibus prodita, ἐμεῖο, quam Dahlius cum Ahlwardto tuetur, nihili est: certe ἐμεῖο scribendum erat. Quare non dubitavi, cum Brunckio recipere Valckenarii ἐμείως. Verba sic sunt jungenda: ποτ' ἔριν ἐμείως, κακὸν ἀεὶ φθονερόν, 'mir zum Torte, das ewig neidische Ungethüm.' Minus bene Harlesius ad ποτ' ἔριν intelligebat βαίνει, ut in loco Corinnæ modo laudato dicitur βαίνειν πρὸς ἔριν τινός pro ἐρίζειν τινί. Reiskius ex verbis ποτ' ἔριν fecit ideoque in textum recepit ποτ' ἔραν, 'ad humum,' h. e. 'peri,' 'morere.' Quæ Reiskii audacia summo jure a Toupio et Valckenario est castigata. Kiessl.

11. Vulgata lectio est τοιαῦτα Διώνα. Quum tamen hic nomen viri requiratur, (nam quum altera mulier nomen sui mariti Dioclidæ edat, convenit, ut etiam alterius mariti nomen resciscamus;) Reiskius, accentu retracto, scripsit τοιαῦτα Δίωνα. Quatuor cdd. præbent Δίωνα τοιαῦτα, unde Dahlius, metro everso, scripsit: φίλα Διώνα· 'noli, cara Dione, ita maritum tuum nominare.' In eandem rationem potest etiam vulgata intelligi, si scribimus: φίλα, τοιαῦτα, Διώνα· nam potest adjectivum φίλα a Διώνα disjungi. Sed cur quæso Praxinoa appelletur 'Dione?' Quamobrem ego non dubitavi cum Valckenario, Brunckio aliisque sequi Toupium, qui scribit Δείνωνα τοιαῦτα; nam primam syllabam verbi τοιαῦτα corrigi posse, non satis idonea de causa addubitat Graefius. Ad Toupii lectionem ducit unus cd. Flor. et ed. Flor. in quibus est Δίνωνα, quod probavit Stephanus. Duo autem fuerunt nomina usitata Δείνων et Δεινίας. Dinonis Persica memorat Cicero de Divin. i. 23. — Denique forma loquendi hujus, quæ in hoc Theocriti loco obtinet, simillima deprehenditur in Aristophan. Acharnens. 593. (600.) ταυτὶ λέγεις σὺ τὸν στρατηγὸν πτωχὸς ὤν; Euripid. Androm. 671. τοιαῦτα λάσκεις τοὺς ἀναγκαίους φίλους. Add. Schaeferi notam ad Idyll. xxv. 179. et ad Gregor. Corinth. p. 128. sq. Kiessl.

12. ὅρη, 'vide:' tres cdd. ὅρα. quod vult Heinsius p. 333. ὁρῇς vel ὅρης, est 'vides.' conf. Etymol. M. p. 348. 4. et p. 478. 12. Koen. ad Gregor. Cor. p. 280. Maittair. de Dial. p. 277. sq. Kiessl.

Πραξ. Θάρσει, Ζωπυρίων, γλυκερὸν τέκος· οὐ λέγω ἀπφύν.
Γορ. Αἰσθάνεται τὸ βρέφος, ναὶ τὰν πότνιαν· καλὸς ἀπφύς.
Πραξ. Ἀπφὺς μὰν τῆνος πρώαν (λέγομες δὲ πρώαν θὴν
Πάντα) νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων,
Κῆνθε φέρων ἅλας ἄμμιν, ἀνὴρ τρισκαιδεκάπαχυς.
Γορ. Χὠμὸς ταὐτά γ' ἔχει, φθόρος ἀργυρίω, Διοκλείδας.

13. De vocabulo ἀπφὺς Eustathius ad Iliad. ε. p. 565 = 429. 20. ὁ μέντοι ἀπφὺς παρὰ Θεοκρίτῳ πατρὸς κλῆσις, ἣν βρέφος ἂν προσείποι πατέρα τὸν ἀφ' οὗ ἔφυ. τοιοῦτον γάρ τι ἡ λέξις ὑποβάλλει νοεῖν. idem p. 971. 31 = 957. 34. Adde notas ad Callimach. H. in Dian. Valck. ad Herod. p. 307. 37. — Reiskius dicit, nomen ductum videri ex Hebraico et Chaldaico 'Abba.' Quidni potius ex ipsa natura? vid. Riemer. in Lex. Gr. s. h. v. Scribendum esse ἀπφύς (ut est in uno cod.), non ἀπφῦς, monuit Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 320. Kiessl.

14. πότνιαν pro πότναν scripsimus cum Brunckio et Valckenario ex permultis codd. Πότνια h. l. substantivi loco dictum significat Proserpinam; nam per hanc et per Cererem mulieres, et maxime quidem Siculæ, jurare consueverant. vid. Warton. et in Notis et in Addendis. Kiessl.

15—17. μὰν pro vulgato μὲν scripsimus ex codd. cum Valck. et Brunckio: cum eodem Valck. et Toupio item δὲ ex cdd. interjectum est. Brunckius quum in Analectis recepisset plurimorum codicum lectionem, λέγομες τὰ πρώαν θὴν πάντα (quæ verba sic construebat, λέγομες θὴν πρώαν τὰ πάντα·), postea hunc versum ita edidit: ἀπφὺς μὰν τῆνος πρώαν (λέγομες δὲ πρώαν πᾶν) Νίτρον. Toupius ad πάντα intelligit κατά. "we use the word πρώην upon all occasions." hoc esse vernile et muliebris ἀδολεσχίας. Eodem fere modo locum intelligit Gallus interpres (de Longepierre) apud Valckenarium: "l'autre jour; car chez moi l'autre jour tout se nomme." Quam interpretationem equidem veram esse censeo. Mire Reiskius ita: "age, priusquam domo egrediamur, omnia quæ nos angunt et urunt, inter nos communicemus." Idem vir doctus contextui laboranti vss. 16. 17. sic mederi tentat: ἀπφὺς μὲν τῆνος (πρώαν θὴν πάντα λέγωμες) νίτρον ἔβα καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων, κῆνθε φέρων ἅλας κ. τ. λ. λέγωμες habet Calliergus, et κῆνθε Aldina cum aliquot cdd. Reiskii vestigiis insistens Valckenarius hæc proposuit: νίτρον ἔβα καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοραξῶν, κῆνθε φέρων—quæ ut Theocritea Brunckius vulgavit. Wartonus subtimide hanc conjecturam expromsit: πρώαν, πρὶν πάντα λεγοίμαν. Lectionem κῆνθε ego ut genuinam restitui, neque quicquam ad loci integritatem deest, qui similis est iis, de quibus diximus ad Idyll. iv. 60. Neque opus est futuro ἀγοραξῶν; immo quum dicendum esset ἀγοράζων ἔλαβε, pro ἔλαβε dicit mulier, cui hæc res maxime cordi esset, ἦνθε φέρων. — De nitro et fuco, quæ erant in muliebri supellectili et ad formam commendandam faciebant, citat Toupius viros doctos ad Pollucem vii. 95. adde Ruhnkenii observationem apud Valckenarium p. 307. B. Nonnulla monuit etiam Harlesius ad Ovid. Trist. i. 1. 6. — Quod autem Ruhnkenius dixit, maritum, hominem antiquum et frugi, pro nitro et fuco salem attulisse, quo tacite moneret uxorem, necessaria ad victum emenda esse, non nugas muliebres, hoc non omnino probandum videtur; immo quæ altera mulier de suo marito narrat, suadent, ut etiam Dinonem non 'salem,' sed revera 'nitrum' et 'facum' emisse putemus, at generis vilissimi, quæ salis, non nitri et fuci nomine digna essent. Accusat igitur maritum, quod se a seplasiario decipi passus merces vilissimas et sordidas, neque hujus diei pompæ convenientes domum detulerit. 'Nuper,' πρώαν, hoc, quod hoc ipso die factum erat, factum esse dicit, ut puerulum fallat. — Σκηναὶ sunt 'tentoria' seu 'casæ,' in quibus venditores merces suas exponunt, pergulæ institoriæ. Vid. Casaubon. ad Theophrast. Char. c. xxiii. p. 164. et in Athen. iv. c. xx. p. 301. 302. Quæ idem adnotavit ad Jul. Cæs. c. 39., minus huc pertinent. — Unus cd. ὔμμιν pro ἄμμιν videtur præbere. — τρισκαιδεκάπαχυς cum Brunckio recepit Valcken., quum antea probasset τρισκαιδεκάπηχυς. Illud præferendum propter πᾶχυς, qua forma utitur Theocritus. Kiessl. "Latine 'magnus homo,' 'longus homo,' 'longurio,' de fatuis et bardis, sive de iis dicebantur, in quorum 'magno corpore' ne 'mica' quidem inesset 'salis.'" Valcken.

18. Pro vitioso ταῦτά γε rescripserunt ταὐτά γε Reiskius, Brunck, Valcken. —

Ἑπτὰ δραχμῶν, κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν,
Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθές, ἅπαν ῥύπον, ἔργον ἐπ' ἔργῳ.

ἀργυρίω pro ἀργυρίου ex Winterton. recepit Valcken. 'et meus Dioclidas ejusdem prorsus est ingenii, pecuniæ pernicies;' sive, ut Toupius interpretatur, 'ita quoque se habet noster Dioclides.' Quam explicationem male deseruit Dahlius, intelligens ad ταὐτὰ cum Reiskio ἐγκλήματα s. κακά. Est idem pronominis τὰ αὐτὰ usus, quem animadvertimus v. 11. in τοιαῦτα, et v. 32. in ὁποῖα — τοιαῦτα. — φθόρος ἀργυρίω est ἀργυρίου φθορεύς vel διαφθορεύς. conf. Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. 113. In Cicerone est Verr. Act. i. 1. "pernicies provinciæ." Terent. Ad. ii. 1. 34. "pernicies adolescentium." Kiessl.

19. 20. Codices dant partim ἑπτὰ δραχμῶν, partim, et plerique quidem, ἑπταδράχμως· posterius, quod etiam edd. Mediol. Veneta, Florent. Rom. præbent, probatum quidem Bentleio (vid. ejus Respons. ad C. Boyl. p. 402.) et Wesselingio (in Diss. Herodot. p. 152. et ad Herodot. vi. c. 80.) recepit Reiske. Bentleio dicenti, sententiam quidem utriusque lectionis esse eandem, sed ἑπταδράχμως verborum compositionem multo elegantiorem efficere, recte opponit Valckenarius, πόκους quidem dici potuisse ἑπταδράχμους, vel ἑπτὰ δραχμῶν, non κυνάδας, quomodocunque accipiantur. Nimirum, πέντε πόκους ἑπτὰ δραχμῶν λαβεῖν est, 'quinque vellera septem drachmis emere,' et πέντε πόκους ἑπταδράχμως λαβεῖν significat, aut, 'quinque vellera, singula septenis drachmis emere,' aut, 'quinque vellera, singula septenarum drachmarum,' i. e. quæ singula septenis drachmis æstimantur (ἑπτὰ δραχμῶν ἀξίους), emere. Ita patet, lectionem ἑπταδράχμως falsam esse, quocunque sensu capiatur; nam loci sententia hoc postulat: 'septem drachmis quinque heri vellera emit.' Jam ob constantem librorum et scriptorum et impressorum, (in quorum nullo est δραχμᾶν,) duplicem lectionem ἑπτὰ δραχμῶν et ἑπταδράχμως Valckenario vera scriptura videtur ἑπταδράχμω, ab ἑπτάδραχμον· quo vocabulo numus designabitur, 'cujus valorem septem drachmæ æquant.' Videtur tamen hæc lectio haud prius recipienda esse, quam demonstratum fuerit, fuisse hujusmodi numos usurpatos, qui valore septenas drachmas æquarent. Nam Pollux (ix. 60.) ubi memorat δίδραχμον, τρίδραχμον, τετράδραχμον, πεντάδραχμον, πεντηκοντάδραχμον, omittit ἑπτάδραχμον. Nec sane video, quidnam jure displiceat in lectione δραχμῶν, aut quid vetet δραχμᾶν scribere, quum et aliis locis forma vocabulorum Dorica sit obscurata. Ceterum hic versus eodem ore pronuntiari cogitandus est, quo ille literæ *a* iteratione huic simillimus apud Terentium Eun. ii. 3. 6. "tædet quotidianarum harum formarum." — Gorgo vellera priusquam nominat, per contemtum dicit κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν. Editiones primæ et codicum collatorum plerique præbent γραιᾶν — πηρῶν. In sex cdd. repertum πηρᾶν cum Valcken. Schaefero aliisque admisimus. Vocem γραῖαν, (γραίας unus cd. et Tzetzes Comm. Hermog. apud Koen. in Gregor. de D. D. §. cxliii.) ad quam, ut ad πηρᾶν, ex sequenti vocabulo πόκος, quod de ovillis velleribus proprie usurpatur, facile οἰῶν subintelligitur, Scholiastes interpretatur προβάτων γεγηρακότων. Πηρᾶν est a πηρός, i. e. Reiskio interprete, qui debilitatus et captus est quocunque seu sensu seu membro, ut oculis, aut manibus, pedibusve. Ἀπότιλμα, corium animanti de corpore detractum seu excoriatum. Significantur igitur h. l. 'vellera ovibus vetulis mutilisque vi avulsa,' ideoque lacerata; vetularum pecudum morbosarum vellumina. Κυνάδας Scholiastes interpretatur, οἷον κύνεια, τραχέα. Propter scholiastæ voc. τραχέα Toupius, cui pili canini nondum satis asperi sunt, intelligit 'pilos caudæ caninæ,' utpote spurciores et asperiores. Valckenario poeta hac voce significare videtur potuisse etiam 'quisquilias,' quales canibus projiciebant; sive vellera tantum digna, quibus mox abjiciendis manus abstergerent, quæque adeo usum τῶν κυνάδων præstarent. Conf. locos a Valck. citatos, alterum Athen. ix. p. 409. B. alterum Pollucis vi. 92. quæ explicatio nimis longe quæsita est. Ex Gregorii Cor. §. cxxxiii. καὶ κυνάδας τὰς κουράς, parum proficias. Nos hic quidem pilis caninis simpliciter dictis contenti sumus. De mutationibus, quibus viri docti hunc locum tentarunt, has commemoramus: Scaliger legendum censuit κινάδων γραιᾶν ἀποτίλμ. πυῤῥῶν· ut vulpinos pilos pro lana attulisse dicatur bonus Dioclidas. Warton. pro πηρῶν legit πηρός, in hanc sententiam: emit heri quinque vellera, quasi canina, vetulis ovibus revulsa, maritus meus, 'cæcus ille homuncio.' Toupius, qui Emendat. in Suid. iii. p. 282.

Ἀλλ' ἴθι, τὠμπέχονον καὶ τὰν περονατρίδα λάσδευ. 21
Βᾶμες τῶ βασιλῆος ἐς ἀφνειῶ Πτολεμαίω,
Θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν· ἀκούω χρῆμα καλόν τι
Κοσμῆν τὰν βασίλισσαν. Πραξ. Ἐν ὀλβίω ὄλβια
πάντα.

vulgatam lectionem pro genuina habebat, in Epist. ad Warton. p. 321. duas expromsit conjecturas, quarum alteri, *μηρῶν* pro *πηρῶν*, ipse non multum tribuit; altera nititur lectione nonnullorum cdd. *πυρῶν*, ex quo fecit *πυγῶν*, 'veterum pygarum vellimina.' Brunckio hoc sic arrisit, ut rescriberet *πυγᾶν*. Verum infaustis avibus hanc enatam esse emendationem, docet Schneider in Biblioth. Philol. tom. i. p. 183.—Vers. 20. pro *πέντε πόκως* Warton. in Addendis p. 412. legit *ἀντὶ πόκων*, quod edidit Brunckius. Et ne quid dissimulem, fuit, quum mibi quoque *ἀντὶ πόκων* placeret, totusque locus sic explicandus esse videretur: 'emit septem drachmis pilos caninos, de vetulis peris avulsos, pro lana ovilla.' Favet huic explicationi usus vocabuli *πόκος*, quod, ut 'vellus,' proprie significat 'lanam tondendo ovibus demtam.' Et cur muliercula totas pelles sibi emi maritum jusserit? Lana opus erat ad vestes conficiendas. Ut igitur Dinon ille pro nitro et fuco salem, sic hic pro lana ovilla pilos caninos, judicio elegantis conjugis, attulit. *πήρα ἐλάφου*, 'pera de pelle cervina,' est apud Longum Pastoral. iii. p. 322. ed. Bod. p. 85. ed. Schaef. E vulgari loci Theocritei explicatione item duo sic juncta adjectiva *γραιᾶν* et *πηρᾶν* offensioni sunt. Sed judicent doctiores.—*Ἅπαν ῥύπον* ex Eustathio ad Iliad. *α*. p. 108. 19 = 81. 34. ad Odyss. *ζ*. p. 1553. 42 = 250. 4. attulit Stephanus in Annot. ad h. l. et in Thesauro Gr. L. t. iii. c. 727. A., idem præbent quinque cdd. apud Gaisford. pro *ῥύπος*. Hinc Valcken. Brunckius aliique scripserunt *ῥύπον*. At Passovius in libello suo: über Zweck, Anlage und Ergänz. Griech. WWbücher, p. 73. contendit, formam neutrius generis *τὸ ῥύπον* enatam esse ex Odyss. vi. 93. *ῥύπα πάντα*, quamquam jam Eustathius ad hunc locum p. 1553. 41. metaplasmum agnoscat, neque Hesychius t. ii. p. 1126. dissentiat. Reducendum igitur esse *ῥύπος*· neutrum *ἅπαν* autem etiam alius generis vocabulis addi; quod monuit Schaeferus ad Theocrit. xvii. 85. et ad Sophocl. El. 1366. Heindorf. ad Platon. Phædon. 29. p. 221. Ne nos *ἀσύμβολοι* discedamus, afferimus ex Idyll. iii. 18. *τὸ πᾶν λίθος*· ex Lucian. Dear. Jud. de Paride, *τὸ πᾶν βουκόλος*· quæ non dissimilis generis sunt habenda. Nihilo tamen minus in Theocriteo reliquimus *ῥύπον*, qui est accusativus suspensus ex *ἔλαβε*. KIESSL.

21. Stephanus in Thesauro t. i. c. 1332. g. negat, *ἀμπέχονον* recte verti 'pallam muliebrem;' nam personas, quibus et hic et Idyll. xxvii. tribuitur, viliores esse, quam quibus palla conveniat; pallium vertendum esse, quod tam feminis quam viris in usu fuisse legitur. *Περονατρίς*, i. q. vs. 34. *τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα*, ubi Scholiastes explicat *δίπτυχον ἐμπερόνημα καὶ διπλοῦν*. Dicitur item *ἐμπερονατρίς*, quod Hesychius explicat *ἱμάτιον διπλοῦν*. Fuit vestis interior propria mulierum Doriensium, super humeros fibulis adstricta, duobus pannis, anteriori et posteriori, constans, hinc dicta *διπλοῦν ἱμάτιον*, ad latera non consuta, sed aperta, hinc dicta *σχιστὸς χιτών*. Huic *τὸ ἀμπέχονον* superinduebatur. Conf. Herodot. v. c. 87. 88.—Quæ Koehlerus p. 49. sq. contra Stephanum monuit, levia et falsa sunt.—Pro *λαζεῦ* scripsi cum Brunckio *λάσδευ*, ut Idyll. viii. 84. KIESSL.

22—24. Pro forma rarissima *βᾶμες* extat in aliquot cdd. *βῶμες*. *θεᾶσθαι* est proprium verbum de iis qui pompas sollemnes spectant. v. Valcken. p. 195. sq. *θασόμεναι* Steph. et cdd. meliores; alii cdd. *θασόμεθα, θασοῦμεν, θασοῦμαι, θασοῦμες, θασσόμεθ' ἄρ.*—*κοσμῆν* sine iota subscripto Brunck., Winterton, Warton, Valck. De forma *βασίλισσα*, quam Atticistæ rejiciunt, citat Valck. Hemsterhusium ad Lucian. p. 92. et in Addendis in Thom. M. p. 144. add. Schleusneri Lex. in N. T. s. h. v. et Sturzium de Dial. Macedon. p. 151. sqq.—*ἐν ὀλβίω* scil. *οἴκῳ* a Calliergo profectum servarunt Reisk. et Valcken. *ἐν ὀλβίῳ* cum iota Ald. Steph. Warton. alii. Toupius malebat *ἐνολβίῳ*, conjunctim. Valckenarius autem *ἐνόλβιος* inveniri negat, quamquam invenitur *ἀνόλβιος*. Aldina editio verba *ἐν ὀλβίω ὄλβια πάντα* tribuit Gorgoni, sic ut Praxinoæ sermo vs. 25. incipiat. KIESSL. "Ὄλβιος dicebatur eximie, non *ὁ εὐτυχής*, sed *ὁ*

Ὧν εἶδες, χ' ὧν εἶπας, ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.
Γορ. Ἕρπειν ὥρα κ' εἴη· ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά.
Πραξ. Εὐνόα, αἶρε τὸ νᾶμα, καὶ ἐς μέσον αἰνόθρυπτε

εὐδαίμων. hinc ipsi dii, 'immortali ævo summa cum pace' fruentes, dicebantur etiam ὄλβιοι." VALCK.

25. Hic locus mire vexat interpretes. Forsitan tamen nihil est mutandum; atque, si Gorgonem jam olim pompam vidisse fingimus, et cum Scholiasta διηγήσαιο, 'narra,' [vide tamen Schaefer. ad L. Bos. Ell. p. 601. K.] supplemus, quod addere Praxinoa non potest, Gorgone quidem, quæ festinat, orationem interrumpente, sic explicari potest: 'Tu vero, quum jam videris pompam, ea quæ vidisti, et quæ te vidisse dixisti, mihi' (τῷ μὴ ἰδόντι universaliter, ex communi loquendi ratione), 'quæ nondum vidi, narra.' Koehler idem fere sentit, nisi quod, Aldinam sequutus, verba ἐν — πάντα Gorgoni, contra versum 25. Praxinoæ tribuit. Reiskio inter vss. 24. et 25. videtur versus intercidisse. Toupius et Eldickius conjecerunt, ὧν ἴδες ὧν εἴπαις ἂν ἰδοῖσα τὺ τῷ μ. ἰδ. atque sic rescripsit Brunckius. At Valckenarius de hujus conjecturæ veritate dubitat. In notis tamen Brunckius partim e codicibus, partim e certioribus conjecturis scribendum putat, ὅσσ' ἂν ἴδοις εἴπαις κεν ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι· quæ quidem emendatio reliquis conjecturis præferenda mihi videtur: hocque modo scriptum versum præbet editio Brunckiana carminis renovata. Valckenarius præterea memorat Wassenbergii suspicionem: ὧν ἴδες, ὡς εἴπαις ἂν ἰδοῖσά τι τᾷ μὴ ἰδοίσᾳ· facile tamen nos hoc versu carere posse, post Brunckium judicat. HARL. "Hic quoque vereor ne vulgaris sermonis exemplum habeamus, quod ex ea lectione, quæ apud Gregorium Cor. (p. 322 = 149.) est, sic scribendum puto: ὧν ἴδες, ὧν εἴπάς κεν ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι: 'de his quæ vidisti, poteras tu aliquid narrare ei qui non vidit.' Ut nos dicimus: 'von dem was du gesehen hast, hättest du auch einem der nichts gesehen hat, was erzählen können.' Quum dicendum fuisset τούτων εἶπάς κεν, videtur vulgus hoc conformasse ad similitudinem talium, ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην. Sophronis mimos si haberemus, sæpius parum profutura esset grammatica." HERM. Apud Gregorium l. c. versus sic scribitur: ὧν ἴδες, ὧν εἶπας καὶ ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι· unde hæc Koenii mutatio enata est: ὧν ἴδες, ὧν εἴπαις καὶ ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι, quæ adhuc omnium maxime mihi probatur. Alterum ὧν positum pro τούτων· nam in antiquo sermone ὁ et ὃς funguntur promiscue vice demonstrativi pronominis et relativi. Quod autem bis auctor genitivo ὧν utitur, hoc non magis offendere lectorem debet, quam quod legitur Idyll. xvii. 66. ὄλβιε, κῶρε, γένοιο. Denique hæc non sunt dicta uni mulieri: nam spectaculi, de quo sermo est, nihil adhuc viderant nostræ mulieres, quod monuit etiam Brunckius. Continent igitur sententiam universalem, in qua secunda persona pro tertia incerta et non definita ponitur: quo de usu conf. Brunck. ad Sophocl. Trach. 2. Porson. ad Euripid. Orest. v. 308. Sententia igitur hæc est: 'quæ quis vidit, de his is qui vidit alteri qui non vidit, aliquid narrare potest.' Sententia jejuna sane; at ob hanc ipsam causam hoc loco, utpote dicta a muliere garrula, elegans; quumque hæc verba præludium quasi longarum nugarum esse viderentur, a Gorgone, moræ impatiente, interpellatur, certe admonetur. J. H. Vossius, duce Scholiasta, ut ipsi videtur, sic scribit: μῶν εἴπαις χ', ὧν εἶδες, ἰδοῖσα τὺ κ. τ. λ. At jam a pluribus viris doctis monitum est, particulam μῶν, ut mere Atticam, minime convenire mulieri Dorice loquenti; item verissimum esse, eam non nisi negatione expectata usurpari. v. Herman. ad Viger. p. 789. KIESSL.

26. ἕρπην Brunck. in priore recensione, Winterton, Warton. ἕρπειν ex cdd. Valcken. quod etiam Brunck. in edit. renovata prætulit. Sensus est: καιρὸς ἂν εἴη ἀπιέναι. Nam ὥρα tantundem pæne ac καιρός. v. Valcken. et de vi verbi ἕρπειν conf. dicta ad Idyll. i. 106. — Altera hujus versiculi pars vix aliter intelligi potest, quam sic: 'otiosis semper sunt feriæ,' i. e. otiosis semper suppetit otium ad confabulandum. His verbis Praxinoe, inprimis garrulitate conspicua, adeo ut per hanc garrulitatem bonæ mulierculæ in periculo sint, ne aut sero veniant ad Adonidem spectandum, aut sero redeant domum ad cibum maritis impransis parandum, admonetur, ut festinet. KIESSL.

27. αἰνόθρυπτε (quod Reiske, indignante Valckenario, mutavit in αἴνυε, ῥίπτε, quam lectionem sic explicat: 'et in medium affer.' Subito consilium mutat, et, ῥίπτε, ait, 'abjice,' aut, 'omitte.' θὲς πάλιν, 'depone rursus,' aquam puta. Urget enim

Θὲς πάλιν. αἱ γαλέαι μαλακῶς χρήσδοντι καθεύδεν.
Κινεῦ δή, φέρε θᾶσσον ὕδωρ· ὕδατος πρότερον δεῖ.
Ἅδ' ὡς νᾶμα φέρει· δὸς ὅμως· μὴ πουλύ, ἄπληστε,
Ἔγχει ὕδωρ· δύστανε, τί μευ τὸ χιτώνιον ἄρδεις; 31
Παῦσαι. ὁκοῖα θεοῖς ἐδόκει, τοιαῦτα νένιμμαι.

alia res interveniens, majoris illa momenti, 'prius curre ad feles sopiendas; redde iis culcitram mollem.') Winterton vertit 'male deliciosa,' Koehler 'perdite delicata.' [Recte, opinor. Etiam Schneider in Lex. s. h. v. explicat αἰνῶς τεθρυμμένος, 'ausserordentlich, zum Entsetzen weichlich.' Nec sane video, quum hæc sint usitata, ἄθρυπτος, εὔθρυπτος, αἰνῶς δέδοικα, αἰνοβάκχευτος, αἰνόλεκτρος, et similia, cur vulgata Valckenario displicuerit. Kiessl.] In cod. Paris. explicatur κενόδοξε ἐπὶ κακοῖς. In cod. Vatic. et Tolet., item ed. Flor. est αἰνόδρυπτε, quod probavit Andr. Schottus. Ex uno cod. Vat. enotatur οἰνόδρυπτε. hinc suspicatur Valckenarius, olim lectum fuisse οἰνόθρυπτε· atque οἰνόθρυπτος dici potuit, 'quæ invitare se plusculum solebat,' sive 'nimio vini usu debilitata' vel 'fracta.'—αἴρειν apud antiquissimos Græcos, εἰσαίρειν et προσαίρειν in vita communi et in certis tantum locutionibus idem significare quod φέρειν, εἰσφέρειν et προσφέρειν, copiose docuit Valcken. Harl. Valckenarius τὸ νᾶμα et hic et v. 30. intelligit 'aquam.' Koenius ad Gregorium p. 323. intelligit 'stamen' ob vs. 28. Nimirum jubere Praxinoam ancillam stamen e medio removere, ne feles lanæ molli incubent. Dahlius intelligit 'vestem' Praxinoæ: "Feles," inquit, "molliter cubare cupientes, jam in veste negligenter projecta sedem suam posuerunt: aut: Feles—sedem ponent. Aufer itaque, monet ancillam, vestem et cave eam in posterum tam imprudenter in medium reponas." Mihi quidem videtur verum h. l. vidisse Ahlwardus, quum dixit, posse νῆμα intelligi 'mantele.' Νῆμα enim est 'netum,' 'filum,' et quicquid ex filis conficitur. Ergo potest certe significare mantele. Adde, quod aliquid hic deesse videbitur ad plenam garrulitatis muliérculæ hujus imaginem, nisi etiam mantele commemoratum fuerit. In hoc manteli, negligenter, opinor, projecto, feles aliquot incubabant. 'Tolle,' inquit, 'mantele, mihique adpone, ut in promtu habeam,' 'leg mirs zur Hand' (nam sic verba θὲς ἐς μέσον videntur intelligenda). Tum, colo posito post θές, πάλιν malim ad sequentia referre: 'feles rursus molliter dormire cupiunt.' Quæ dicit conspicata feles, quæ in manteli cubabant. Kiessl.

28. Γαλέη, proprie 'mustela.' De fele interpretari licet per ea quæ disputavit Perizon. ad Ælian. V. H. xiv. 4.—χρήσδοντι καθεύδεν pro χρήζοντι καθεύδειν, prius ex cd. Flor., posterius ex analogia dederunt Valcken. et Brunck. adde Toupii Epistol. p. 332.—χρήζειν, infinitivo sequente, significat 'velle,' 'desiderare.' Sic in Euripid. Phœn. 203. 477. 704. 707. 873. 880. Illo autem proverbio [si hoc proverbium est. Ceterum Valckenarius, cujus hic verba repetit Harlesius, aliena in hunc locum videtur inferre. Kiessl.] segnem, et tamen etiam rapacem ancillam suam amicæ voluit depictam dare, eademque ancillæ suæ vitia retegere garriens muliercula, cujus ingenium moresque poeta feliciter pulcreque expressit. v. Valcken. adde Toup. in Epist. p. 332. sqq. Harl.

29. Sunt hæc sane quam et sequentia pulcerrima, quia naturam exprimunt sibi semper constantem. In his demum incipit τὸ μιμητικὸν ποιημάτιον ἠθικώτερον γίγνεσθαι, καὶ μᾶλλον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, κατὰ τὸν Σώφρονα Σωφρονίζειν. Valck.

30. 31. ἅδ' (ut aliquot cdd. habent, qui tamen ἐς pro ὡς), non ἁ δ', scribendum esse, monuit Valcken. Idem cum Winterton. cum duobus cdd. ἄρδεις pro vitioso ἀρδεῖς. 'Ecce, quam inscienter, quam rustice hæc mantele fert. At præbe tamen. Ne nimium aquæ infunde. O te importunam, quæ satis non putas, nisi totum aquiminale infuderis.' (Territa his minis ancilla cessabat aquam infundere:) 'Quid cessas? Cur non infundis? Infunde. Improba, quid vestem mihi commadefacis?' Sic Reiskius hunc locum explicat, nisi quod νᾶμα vertit 'aquam;' quod mutavi. Kiessl.

32. ὁποῖα pro vulgata ὁκοῖα ex edit. Mediol. revocavit Valcken. qui de hoc loco sic disputat: "Ex animi nondum sententia lota Praxinoa, fortasse pia, significatum voluit, in deorum voluntate, cui suberant omnia, hac etiam in re acquiescere se: νένιμμαι ὡς θεοῖς φίλον ἦν." Mihi potius hoc Praxinoa sibi velle videtur, se largiter

Ἁ κλὰξ τᾶς μεγάλας πᾷ λάρνακος; ὧδε φέρ' αὐτάν.
Γορ. Πραξινόα, μάλα τοι τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα
Τοῦτο πρέπει. λέγε μοι, πόσσω κατέβατοι ἀφ' ἱστῶ;
Πραξ. Μὴ μνάσῃς, Γοργοῖ· πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν
Ἢ δύο· τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν προτέθηκα.
Γορ. Ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι. Πραξ. Ναί· καλὸν εἶπας.

et satis lotam esse, ut sic purgata ipsis diis, pura amantibus, probetur. — Koehler malit: *δκοίᾳ — ταύτᾳ γε νένιμμαι.* In uno saltim cd. est *ταύτῃ γε*. Vulgata sanissima est. Locus Anacreont. ix. 13. sq. huc non pertinet. Kiessl.

33. *κλάξ* (etiam *κλαΐs*), a Dorico *κλαξῶ*, pro *κλείs, κληΐs*. vid. Valck. ad h. l. p. 334. et p. 99. item in Epistola ad Röverum p. lxii. Spanhem. ad Callim. H. in Cerer. v. 45. — *πᾶ* sine iota subscripto Brunck. Harl. *Λάρναξ*, ut *κιβωτός*, apud quosvis Græcos, etiam arcam notabant, in qua vestes recondebantur, dictam a recentioribus Græcis *Ῥίσκον*, ut a Romanis 'Riscum.' — Eustath. Od. β. p. 100. 42. *χηλὸs — ἀπὸ τοῦ Χῶ (χάω) τὸ χωρῶ. (ἐξ οὗ καὶ ὁ Χηραμός, ὃν οἱ τῆs Δωριέων γῆs ἄρτι χηλαμὸν φασὶν ἰδιωτικῶs.) λέγεται δὲ κατὰ τοὺs παλαιοὺs καὶ Ἀντίπηξ, καὶ Κιβωτόs, καὶ Λάρναξ, καὶ Σορόs.* (qui locus Eustathii confirmat lectionem *χηράμων* in Lycophrone v. 181.) Kiessl.

34 — 37. 'Vestis illa elegans' (v. vers. 31. et Casaub.) 'valde facit ad corpus tuum, teque adeo decet: obsecro te, dic mihi tandem, quanti detexta tibi constitit? Hoc mea tu Gorgo noli in memoriam mihi revocare. Impendi plus quam duas minas argenti puri; quin sic in ista veste conficienda elaboravi, ut cum vitæ pæne jactura in hoc opere tota fuerim. Sed,' inquit Gorgo, 'laborem nunc compensat voluptas animi, qua frueris tam eleganter ornata.' Victa tandem amicæ judicio adsentitur Praxinoe: 'quinimo stola, quod fateri cogor, est venusta.' Sic Valcken. Verba *πόσσω κατέβα* etc. nos Germani sic fere reddimus: 'Wie hoch ist es dir vom Stuhle gekommen?' Brunck. in edit. renovata dedit: *μάλα τὶν — τῆνο πρέπει· λέγ' ἐμίν —*. Formulam *καταβαίνειν ἀφ' ἱστοῦ* comparat Casaubonus cum Gallorum 'démonter la piéce.' At, monente Valckenario, hoc potius est *καταβιβάζειν ἀφ' ἱστοῦ*, sive, quod Theocritus Idyll. xviii. 33. sq. dicit: *ἄτριον τέμνειν ἐκ τῶν κελεόντων*, 'textum pannum de pedibus ligni' vel 'mali textorii secare;' atque adeo, quod jam perfectum est ac detextum, deponere. In eandem sententiam Strabo viii. 6. §. 20. p. 378. Cas. *καθαιρεῖν ἱστόν.* quem locum tractat Leopardus in Emend. lib. xi. c. xiv. Nostrum locum Valçken., qui in eo formam loquendi Sophroneam deprehendere sibi videtur, sic interpretatur: 'quanti constans tibi de tela descendit?' Verissime jam Scholiastes: *διὰ πόσης ἐξόδου* (conf. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 111.) *σοι κέκοπται ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ*; Lanam et cetera ad opus necessaria coemerat tantum Praxinoe; ipsa fuerat opifex: nisi telam texuerit, vestem saltem oportet confecerit: *τοῖs δ' ἔργοιs — ποτέθηκα.* — De particulæ *ἢ* usu pleonastico post comparativum conf. Valcken. ad h. l. et ad Idyll. xx. 27. Matthiae in Grammat. Gr. p. 430. Weisk. de Pleonas. p. 181. Koen. et Schaefer. ad Gregor. p. 89. Toupium ad h. l. — Ad talenti vel minæ mentionem nonnunquam scriptores Græci vocem addunt *ἀργυρίου*. Exempla quædam adnotavit Dorvill. in Chariton. p. 144 = 286. et Valcken. ex Heracleensi Tabula ad h. l. — Reiskius interpunxit hunc in modum: *Γοργοῖ, πλέον. ἀργυρίω* etc. quod quam inepte factum sit, demonstrant dicta a Bentleio in Respons. ad Boyl. p. 401. ed. Lips. — Vers. 37. revocavi lectionem ante Valcken. vulgatam *προτέθηκα* (in cdd. est *προτέθεικα*), quod est a *προτιτίθημι* i. q. *προστίθημι*. Sic Iliad. ε. 879. est *προτιβάλλεαι*. et χ. 356. *προτιόσσομαι*. Idyll. xxv. 66. Junta habet *προτιμυθήσαιτο*. Adde Idyll. v. 61. ubi unus cd. habet *προτέρισδε*. Idyll. iii. 29. margo Salam. et Farr. *προτιμαξάμενον*. Est autem *τὴν ψυχὴν τοῖs ἔργοιs προστιθέναι* 'in opere perficiendo sic se cruciare et fatigare, ut quis vitam suam periclitetur, vitæ periculum adeat.' Non apte Toupius comparat Virgil. iv. 238. "animasque in vulnere ponunt." Kiessl.

38. *εἶπεs*, quod in nonnullis edd. extat, pro *εἶπαs* dederat Brunck. Valcken. Ep. ad Röver. p. xxxvii. conjecerat *καλὸν ἔμ-*

Τὠμπέχονον φέρε μοι καὶ τὰν θολίαν. κατὰ κόσμον
Ἀμφίθες. οὐκ ἀξῶ τυ, τέκνον· μορμώ, δάκνει ἵππος.
Δάκρυ' ὅσσ' ἐθέλεις· χωλὸν δ' οὐ δεῖ τυ γενέσθαι.
Ἕρπωμες. Φρυγία τὸν μικκὸν παῖσδε λαβοῖσα,
Τὰν κύν' ἔσω κάλεσον, τὰν αὐλείαν ἀπόκλαξον.

πας· "immo vero est prorsus elegans." Sed in notis ad hunc locum ei displicet et vulgatum *εἶπας* et illud juvenile, quod dicit, commentum. *ναί· καλόν ἐντι*, si darent cdd., fortasse probaretur. Sed quum etiam sic nimis abrupte censeretur ad ancillam proximo dixisse versu *τὠμπέχονον φέρε μοι*—suspicabatur *εἶα* pro *εἶπας*. Denique probavit conjecturam Eldickii *πᾷ ποκ' ἔλειπες Τὠμπέχονον.* quam in textum recepit. Viri magni exemplum secuti sunt editores alii. Quod factum nollem. Primum enim consentaneum erat, ut Praxinoe Gorgonis laudationi nonnihil responderet. Tum quod dicit Valcken., nimis abrupte dici proxima ad ancillam, hoc ipsum huic dialogi tenori accommodatissimum est. Nam jam antea Gorgo monuerat, tempus esse eundi. Sed non eunt; Praxinoa se lavat; nova vestis excutitur et laudatur, cum novo temporis dispendio. Tum ancilla jubetur cito præbere pallam et pileum: his sumtis, domo exeunt tandem. Mihi quidem illa Eldickii mutatio languidissima videtur; nam *ἔλειπες* rectius subintelligeretur, quam adderetur: adeoque dubitari licet, an nunquam Græci sic *ἔλειπες* dixerint. Vulgatam igitur cum Dahlio retinendam censeo. Eam Reiskius cum Scholiasta sic explicat: 'verum ais;' interpretes vernaculi, 'du schmeichelst,' ut *καλὸν εἶπας* sit pro *καλῶς εἶπας*, aut, ut unus cod., *τοῦτο κάλ' εἶπας*. At illi explicationi adversatur *ναί*. Multo simplicior mihi videtur hæc loci explicatio: *ναί, καλόν ἐστι, ὡς εἶπας*· 'sane, bella est vestis, recte dixisti.' *εἶπας* sic dici posse non dubito: vid. interpretes ad Theophr. Char. vii. Praxinoe laudes, quibus ipsius dexteritas celebratur, lubens approbat. Kiessl.

39. *θολίαν* Scholiastes reddidit *τὸ σκιάδιον, τὸν πέτασον*, 'umbraculum,' 'umbellam,' de quorum forma, usu et antiquitate multus est Valckenarius. Warton. laudat Paciaudi Comment. de Umbellæ Gestatione, Romæ, 1752. Longopetraeus vertit, probante Valckenario, 'mon parasol:' at, quoniam *θολία* capiti imponitur, Brunck. monet, muliebre illud capitis gestamen nunc Gallice dici 'une caleche.' Harl. Pollux vii. 174. *θολία—πλέγμα τι θολοειδές, ᾧ ἀντὶ σκιαδίου ἐχρῶντο αἱ γυναῖκες.* Apud Eustathium in Odyss. χ. p. 795. 31. hæc leguntur ex Lex. Rhetor. *θόλοι καμάραι· θολία δὲ θηλυκῶς πῖλος εἰς ὀξὺ ἀπολήγων· οἱ δὲ σκιάδιον.* Hesychius: *Σαλία, πλέγμα καλάθῳ ὅμοιον, ὃ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φοροῦσιν αἱ Λάκαιναι· οἱ δὲ θολία.* Adde Etymol. M. s. v. *σκιάς*, p. 717. 41. Riemer. in Lex. Gr. s. h. v. 'ein Hut gegen die Sonne.' Kiessl.

40. *μορμὼ* vocabulum est, quo liberos terrere eorumque vagitus comprimere solebant nutrices veterum: simile propemodum Germanorum 'Wauwau!' ad terrefaciendos et sedandos liberos inventum. Interpretes, qui non consentiunt, diversas explicationes afferunt. Harl. Scholiastes Aristophanis ad Equit. 690. *μορμὼ τοῦ θράσους*, hæc habet: *ἐπιῤῥηματικῶς ἐξενήνεκται, ὡς εἰ ἔλεγε, φεῦ τοῦ θράσους.* Hoc sequutus Heinsius nostrum locum explicat: *φεῦ τοῦ ἵππου δάκνοντος.* Valckenario *μορμὼ* idem esse videtur quod in nonnullis veterum locis ἆ, vel ἆ ἆ, ut in Aristoph. Plut. 127. Euripid. Hec. 1069. Orest. 274. Androm. 1076.—Conf. etiam interpretes ad Callim. in Dian. 67. Kiessl.

41. Pro *ὅσσα θέλεις* scripsimus cum Valcken. *ὅσσ' ἐθέλεις*, quæ verbi forma et aliis locis usurpatur, ut Idyll. xx. 1. xxi. 30. xxiii. 23. item cum Porsono ad Euripid. Med. 1218. pro *δάκρυε* dedimus *δάκρυ'*· nam *δακρύω* habet syllabam secundam productam. Kiessl.

42. 43. Male Gregorius Corinth. de Dial. p. 150 = 323. *παῖσδα*, 'puerum:' de qua forma vide ad Idyll. x. 24. Brunck. malit *παῖδα*.—*παῖσδε* est pro *παῖζε*. 'Eamus,' Gorgo: mea 'Phrygia, puello assumto lude,' eumque oblecta. *Παίσδεν* legitur item xv. 49. xiv. 8. xviii. 14. xx. 6. v. Valck. qui etiam de Dorico vocab. *μικκὸς* pro *μικρὸς* copiose agit.—Vers. sq. *ἀπόκλαξον* Dor. pro *ἀπόκλειξον*. v. supra ad vers. 33.—*τὰν αὐλείαν*, 'vestibuli januam.' Eustath. ad Iliad. χ. 66. p. 1358. 29. *πρώτας θύρας λέγει τὰς αὐλείους, ἃς ἔθος ἦν τηρεῖσθαι ὑπὸ κυνῶν.* v. Casaub. ad Theophr. Char. iv. et xviii. ad ultim. locum conf. etiam Astium. Kiessl.

Ὦ θεοί, ὅσσος ὄχλος· πῶς καὶ πόκα τοῦτο περᾶσαι
Χρὴ τὸ κακόν; μύρμακες ἀνάριθμοι καὶ ἄμετροι.
Πολλά τοι, ὦ Πτολεμαῖε, πεποίηται καλὰ ἔργα.
Ἐξ ῷ ἐν ἀθανάτοις ὁ τεκών, οὐδεὶς κακοεργὸς
Δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί·
Οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες ἔπαισδον,

44. 45. Nova incipit quasi scena, et poeta ad ipsum transit spectaculum ante regis aulam. Mulieres, domo egressæ, conspecta infinita multitudine hominum, quos concursare dicunt instar formicarum numero modoque carentium, exclamant: 'quanta turba est! quomodo et quando hoc malum superare poterimus? quomodo transibimus?'—χρὴ h. l. [ut sæpe δεῖ· vid. Duker. ad Thucyd. ii. 51. p. 332. ed. Bauer.] significat 'licet.' v. Warton. et Valcken. quorum posterior etiam in notis ad priorem editionem defendit ἀνήριθμοι· contra ἀνάριθμοι cdd. aliquot, Winterton, idem Valck. in altera ed. et Brunck. [Attigit hunc locum Eustathius in Homeri Iliad. α. p. 58. 19=76. 11. ἡ παροιμία καὶ Μυρμηκιάν φησιν ἀγαθῶν. συντελεῖ δέ τι ἐνταῦθα καὶ Θεόκριτος εἰπών,—Μύρμηκες ἀνάριθμοι—ἐπὶ πολυπληθείας λαοῦ. conf. Erasmi Adag. p. 100. sq. et Idyll. xvii. 107. Kiessl.]—Jucundum vero est spectaculum et naturalis pulcritudo in garrulitate inconstantiaque muliercularum, in moribus animique motibus fingendis atque describendis! Harl.

46. 47. Est Ptolemæus Philadelphus, qui patrem Ptolemæum Sotera Lagi filium et matrem Berenicen in deos transscripsit. conf. Idyll. xvii. 16. 123. Kiessl.

48. δαλεῖσθαι pro δηλεῖσθαι (ix. 36. xxii. 127.), 'nocere,' scribere solebant Sicilienses. v. Valcken. p. 259.—Quum fraudibus et latrociniis insignis esset Ægyptus (v. Warton. in notis et in Addendis), παρέρπων, 'adrepens,' 'adiens,' atque adeo dolosa ratione viatores aliosve homines alio modo fraudulento adgrediens decipiensque bene dixisse videtur poeta. Valckenario tamen scholiastes, quum interpretetur ἐξαπατήσας, legisse, et quidem melius, videtur παρειπών, h. e. qui alterum dolosa oratione, tum quomodocunque in fraudem impellit. [cf. Iliad. α. 555.] In altera tamen edit. Valck. παρέρπων cum Brunckio tuetur, qui ex Hom. Iliad. α. 132. οὐ παρελεύσεαι, explicat: 'decipiens Ægyptiorum more.' Harl. [Schol. in Aristoph. Nub. 1128. ἐλέγετο ληστεύεσθαι ἡ Αἴγυπτος. Αἰσχύλος, Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι· καὶ Θεόκριτος ἐν Ἀδωνιαζούσαις, οὐδεὶς—αἰγυπτιστί· καὶ αἰγυπτιάζειν τὸ ὕπουλα πράττειν. Eustathius in Dionysii Perieges. v. 232. ἡ ἱστορία καὶ πανούργους οἶδε (τοὺς Αἰγυπτίους), ὡς καὶ Θεόκριτος ὑπεμφαίνει. Propert. iii. Eleg. ix. 33. "Noxia Alexandria, dolis aptissima tellus." Plato de Legibus v. p. 747. C. Senec. Epist. 51. extr. "voluptates præcipue exturba et invisissimas habe; latronum more, quos Philetas Ægyptii vocant, in hoc nos amplectuntur, ut strangulent." Adde Martial. lib. iv. epigr. xlii.—Ex usu verbi ἕρπειν nostro loco παρέρπων nihil aliud significat quam 'accedens,' 'invadens,' 'aggrediens,' de latrone, 'feindlich anfallen.' Adverbium αἰγυπτιστὶ non cum solo participio παρέρπων conjungendum est, sed referendum ad totam enuntiationem οὐδεὶς κακοεργὸς etc. Simili modo usurpata sunt adverbia Θρακιστί, xiv. 46. et Μαιωτιστί, xiii. 56. Kiessl.]

49. ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες, 'homines fraudulenti,' sive 'ex dolis conflati' (ut Cicero Catilinam dixit in Orat. pro Cœlio c. 5. "monstrum ex contrariis naturæ studiis cupiditatibusque conflatum." conf. Dorvill. ad Chariton. p. 251.), ideoque ad nequitias pravaque facinora exercitati: metaphora sumta a metallis, quæ crebris ictibus contunduntur et conflantur. [Harlesius in his Valckenarii et Toupii explicationes συνεκρότησε· nam Toupius ἄνδρας κεκροτημένους explicat 'ad nequitias instructos atque exercitatos,' quales Græci appellabant κρόταλα et κροτήματα, ut in illo Sophoclis versu in Scholio apud Valckenar. p. 357. C. [τὸ] πάνσοφον κρότημα, Λαέρτου γόνος. Schweighäus. ad verba Polyb. i. 61. 3. τὰ πληρώματα συγκεκροτημένα vim verbi συγκροτεῖν derivat ab ea notione, quam in musicis habet, ubi συγκροτεῖν idem valet quod πρὸς ἁρμονίαν ἄγειν, i. e. ita exercitare chorum, ut omnes ad unum ictum concinant et ad justum tempus sibi respondeant. Kiessl.]—παίζειν eleganter et εὐφήμως pro 'furari;' v. Valcken. quia furibus rapina et furtum, ut apud Horat. i. ii. 35. "Marti bellum, ludus videbatur." Toup. in Epist. de Sy-

Ἀλλάλοις ὁμαλοὶ κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί.
Ἁδίστα Γοργοῖ, τί γενώμεθα; τοὶ πτολεμισταὶ
Ἵπποι τῶ βασιλῆος. ἄνερ φίλε, μή με πατήσῃς.
Ὀρθὸς ἀνέστα ὁ πυῤῥός· ἴδ' ὡς ἄγριος· κυνοθαρσὴς
Εὐνόα, οὐ φευξῇ; διαχρησεῖται τὸν ἄγοντα.
Ὠνάθην μεγάλως, ὅτι μοι τὸ βρέφος μένει ἐνδοῖ.

racus. p. 335. conjungit ἐξ ἀπάτας ἔπαισδον, 'dolo malo luserunt,' improbante Valcken. Sensus idem elicitur: ego tamen lubentius accedo Valckenario. Harl.

50. ἀλλάλοις ὁμαλοὶ κακὰ παίγνια, quæ Valcken. jam in Epist. ad Röver. p. xxxviii. jungenda putaverat, in utraque editione junxit, ut æqualiter omnes 'furaces' dicantur. E contrario distinctionem veterum editionum, in quibus post ὁμαλοὶ comma ponitur, retinuerunt Brunck, Toup et Reiske, quorum hic, suffragante Wartono, κακὰ παίγνια interpretatur 'mali scurræ.' Harl. [Quum παίζειν h. l. sit 'furari,' etiam vocab. παίγνια non nisi de furibus potest intelligi. Scholiastes: ἠπάτων πολυπείρως παίζοντες κακὰ παίγνια παραλογισμοῖς Αἰγυπτιακοῖς· ex hac igitur ratione conjunguntur ἔπαισδον κακὰ παίγνια, 'pravum lusum luserunt:' quæ hoc loco languida est oratio. Dahlio elegantius videtur, si κακὰ παίγνια intelliguntur 'mali impostores,' 'fraudulenti' s. 'nebulones:' ut abstractum positum sit pro concreto. At quo dicendi usu dicitur 'ludus' pro 'ludente?' Unice vera est Valckenarii explicatio. Idem Reiskius omnium librorum lectionem ἐρειοὶ [cdd. fere ἐριοί] tuetur, quam explicat 'servos' atque infimam plebem, inductus voce Homerica Odyss. viii. 529. εἴρερον, quam δουλείαν interpretantur. Scaliger conjecit ἐρεμβοὶ s. ἐρεμνοί· cui conjecturæ favere videtur Scholion Cod. Vat. ad ἐριοί· σκοτεινοὶ σύμφωνοι. De Erembis v. Tzetz. ad Lycophr. 827. et quos ibi citat Müllerus. Casaubonus, ἄρειοι· 'omnes armis succincti et militares:' qui Idyll. xvii. 98. vocantur δήϊοι, eos hic appellari ἀρείους, quia more hostium infesta armis redderent itinera. Valckenarius in Epist. ad Röver. p. xxxviii. ἕλειοι, 'degentes in paludosis Ægypti locis.' De paludoso Delta v. Hemsterhus. ad Aristophan. Plut. p. 54. sqq. Wesseling. ad Hieroclis Synecdemum p. 726. Thucyd. i. 110. Herodot. ii. 94. Ex scholio, quod Ruhnken. in Paris. cod. invenit, μεγαλοπρεπεῖς, ἔνδοξοι, Valckenar. novam lectionem eruit ἀγαυοὶ vel ἀγητοί. J. H. Vossius excogitavit ἐλειοί· nam Hesychio auctore ἐλειὸς est εἶδος ἱέρακος· vertitque Rabengesindel. Warton. ἀραῖοι, 'exsecrati,' 'devoti,' 'detestabiles.' Musgrav. ἀγρεῖοι. Eldick. ἀλλάλοις ὁμαλοί, κακὰ παίγνια παίσδεν ἄριστοι. Thom. Briggs ἀχρεῖοι. Toup., qui comparat Epimenidis dictum apud Paulum ad Titum i. 12. κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί, suspicatur πάντες ἀεργοί, h. e. 'pravi,' ἀργοὶ ἢ κακοῦργοι. Huic conjecturæ Brunck. locum concessit in editione sua, eademque etiam Valckenario, quid verum sit ignorare se fatenti, præ aliorum conjecturis placet. Kiessl.]

51. γενώμεθα pro vulgato γενοίμεθα scripsimus cum Hermanno ad Viger. p. 730. add. Schaef. Melet. Cr. p. 98.—Brunck. quem sequitur Dahl., rescripsit πολεμίκται, at sine codicum auctoritate.—Versu seq. male interpretes vernaculi, 'reite mich nicht um.' Kiessl. De rufo agens equorum colore, quem 'burrum' dixerint Romani veteres, τὸν πυῤῥὸν hinc attigit Bochartus Hieroz. I. l. ii. c. vii. p. 104. Valck.

53. 54. Vulgo junguntur ἄγριος, κυνοθαρσὴς, Εὐνόα, etc. quam interpunctionem defendit Warton, vertens: 'vide modo, quam ferox et intractabilis sit,' n. rufus ille equus. Melius vero Reiske, Valcken. et Brunck post ἄγριος ponunt punctum, et κυνοθαρσὴς, 'impudens,' 'canem impudentia et temeritate imitans,' construunt cum Εὐνόα, ita ut domina Eunoen, quæ paulo inconsideratius equo ferocienti nimis propinqua adstabat, impudentis nomine insigniat, et dictis ad Gorgonem media quædam ad Eunoen interjiciat. Harl. De nominativo locum vocativi obtinente v. Fischer. ad Weller. iii. a. p. 319. sq. et quos laudat Matthiae in Gram. Gr. §. 312. 1.—τὸν ἄγοντα Scholiast. in cod. Med. reddit τὸν ἀναβάτην. Potius intelligendus est homo equum manu ducens, ductor, non sessor. Kiessl.

55. Ὠνάθην] Valckenar. quum nusquam hanc formam apud scriptores veteres Græcos legere se meminerit, cum Hemsterhusio suspicatur, poetam hic dedisse ὠνάμην, vel potius ὤνημαν. [Duo cdd. ὠνάσθην. Eandem vim habet locutio ὡς εὐτυχῶς· ut Aris-

Γοϱ. Θάϱσει, Πϱαξινόα· καὶ δὴ γεγενήμεθ' ὄπισθεν·
Τοὶ δ' ἔβαν ἐς χώϱαν. Πϱαξ. Καὐτὰ συναγείϱομαι ἤδη.
Ἵππον καὶ τὸν ψυχϱὸν ὄφιν ταμάλιστα δεδοίκω
Ἐκ παιδός. σπεύδωμες· ὅσος ὄχλος ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ!
Γοϱ. Ἐξ αὐλᾶς, ὦ μᾶτεϱ; Γϱ. Ἐγών, τέκνα. Γοϱ. Εἶτα παϱενθῆν
Εὐμαϱές; Γϱ. Ἐς Τϱοίαν πειϱώμενοι ἦνθον Ἀχαιοί.
Καλλίστα παίδων, πείϱα θὴν πάντα τελεῖται.
Γοϱ. Χϱησμὼς ἁ πϱεσβῦτις ἀπώχετο θεσπίξασα.
Πϱαξ. Πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἀγάγεθ' Ἥϱαν.

toph. Equit. 101. ὡς εὐτυχῶς, ὅτ' οὐκ ἐλήφθην ἔνδοθεν κλέπτων τὸν οἶνον. v. ad L. Bos. Ellips. p. 585. (Schaef.) Casaubonus comparat Latinorum 'factum bene,' vel 'o bene.' Martial. vii. 14. "o bene quod sylva colitur Tirynthius ista." Kiessl.] Idem cum Casaubono pro ἔνδον malit ἐνδοῖ sicque exscribi fecit typis in altera editione, etiam antea Brunck. qui præterea ἐμὶν dedit. Harl.

56. 57. καὶ δὴ hic, ut sæpissime apud Atticos, est 'jam.' v. Hermann. ad Viger. p. 829.—ὄπισθε, Brunck.—ἐς χώραν, 'in suum quisque locum recesserunt.' Schol. in cod. Flor. ἐς χώραν reddit εἰς τὴν τάξιν αὐτῶν. In Xenoph. Cyrop. iv. 5. 37. ἀσύντακτα εἶναι et χώραν λαβεῖν sibi opponuntur. Callim. in Del. 192. πόδες δέ οἱ οὐκ ἐνὶ χώρᾳ. v. Valcken. et supra ad Idyll. iv. 5. Kiessl.

58. τὸν ψυχρὸν ὄφιν] Anguis 'frigidus' dicitur ex natura sua. Schol. Nicandr. Theriac. 291. κοινῶς δὲ πάντα τὰ ἑρπετὰ ψυχρά. add. interpretes ad Virgil. Ecl. iii. 93. et viii. 71. et Toupium in Addendis. Kiessl.

59. ὅσος ὄχλος] Hanc lectionem ex optimis cdd. cum priscis editt. bene revocavit Reiske, quem sequuti sunt Valck. et Brunck; sicque etiam Scholiastes ad Idyll. i. 42. A Stephano ex ed. Flor. in plerasque juniores venit ὄχλος πολὺς ἄμμιν. [Quæ lectio in hac orationis serie mihi quidem certe non deterior videtur, quam altera, in qua est exclamatio. Kiessl.] Frequenter hominum multitudo dicitur ἐπιῤῥεῖν. Conf. supra i. 5. ii. 89. Wesseling. ad Herodot. iii. p. 235. et Dan. Wyttenbach. in Epistola Crit. p. 14. qui laudat Valckenarium ad Euripid. Phœniss. 204. refutantem stuporem Grammatici Coisl. ὄχλον negantis ἐπὶ πλήθους dici. Sic etiam vs. 72. ἄθροος ὄχλος, 'conferta turba.' Harl.

60. ἐξ αὐλᾶς recte se habet. Lectio ἐξαυδᾷς (ex uno cod. enotatur ἐξάυδᾳς), quam Scholiastes memorat, qui tamen ipse genuinam sequitur, a Valckenario pro vitiosa genuinæ scriptione habetur. Deinde Brunck. ex cod. regio [cum quo consentiunt novem cdd. apud Gaisford. K.] pro vulgata, ὦ τέκνα. Γοργ. παρενθεῖν, novam exhibet lectionem, quam vulgata non deteriorem esse putat: Γρ. ἐγὼν τέκνα. Γοργ. εἶτα παρενθεῖν Εὐμαρές; Harl. De hoc εἶτα interrogativo ('eh bien? peut-on penetrer?') vid. ad Viger. p. 395. sq. H. Vossius hanc alteram lectionem præfert ob numeros suaviores. Nos eam restituimus; item scripsimus παρενθῆν.—Aristoph. Nub. 850. εἴσω παρελθὼν ἄρτι παρὰ τοὺς γηγενεῖς; Kiessl.

61. 62. ἐς Τρυίαν pro ἐς Τροίην ex cdd. Winterton, Valcken. Brunck.—ἦνθον iidem et Reiske item ex cdd. pro vulgato ἦλθον.—Mox παιδᾶν Brunck. ex duobus cdd. Medic. at invito Valcken. [Vide dicta ad Idyll. i. 22. et v. 148. K.]—καλλίστα est dualis; 'o vos puellarum pulcerrimæ!' πείρῃ pro πείρᾳ Valcken. cum Casaub. δὴ pro θὴν unus cd.—Herodot. Polym. p. 512. 20. Wess. ἔστω δ' ὦν μηδὲν ἀπείρητον. αὐτόματον γὰρ οὐδέν, ἀλλ' ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι φιλέει γίνεσθαι. Harl.

63. 64. 65. hi versus vulgo omnes Gorgoni tribuuntur. Brunckius tamen et Valcken. in altera edit. sequuti codd. duos vs. 64. tribuunt Praxinoæ.—ἀγάγεθ' Ἥραν pro ἠγάγεθ' Ἥρην ex cdd. Valck. Brunck.

Γορ. Θᾶσαι, Πραξινόα, περὶ τὰς θύρας ὅσσος ὅμιλος.
Πραξ. Θεσπέσιος. Γοργοῖ, δὸς τὰν χέρα μοι· λαβὲ καὶ τύ,
Εὐνόα, Εὐτυχίδος· πότεχ' αὐτᾷ, μὴ τὺ πλανηθῇς.
Πᾶσαι ἅμ' εἰσένθωμες· ἀπρὶξ ἔχευ, Εὐνόα, ἁμέων.
Ὤ μοι δειλαία, δίχα μευ τὸ θερίστριον ἤδη
Ἔσχισται, Γοργοῖ. ποτ τῶ Διός, αἴ τι γένοιο
Εὐδαίμων, ὤνθρωπε, φυλάσσεο τὠμπέχονόν μευ.
Ξεν. Οὐκ ἐπ' ἐμὶν μέν· ὅμως δὲ φυλάξομαι. Πραξ. Ἀθρόος ὄχλος·
Ὤθεῦνθ' ὥσπερ ὕες. Ξεν. Θάρσει, γύναι· ἐν καλῷ εἰμές.

alii. v. Dorvill. in Misc. Obss. iii. p. 373. Canterus in Nov. L. ii. c. xii. vere monuit, curiositatem hic mulierum a poeta notari, et videri posse Plautum Theocritea respexisse, quum scriberet in Trinummo i. 11. 171. "Sciunt quod Juno fabulata est cum Jove:" conjugium autem Junonis et Jovis etiam deos latuisse, ut vult Homerus Iliad. xiv. 295. sq. v. Heyn. ad Apollodor. i. 3. 1. p. 11. et ad Virgil. Æn. ii. Exc. i. (p. 284. ed. sec.) Boettiger in libello de Ilithyia p. 12. refert ad mysticas cæremonias. Locus classicus est Diodor. Sic. v. 72. p. 388. Conf. etiam Idyll. xvii. 131.—Vs. 65. *θᾶσαι*, imperativus Doricus, qui item superest in Epicharmi Siculi fragmento apud Athenæum l. iii. p. 86. A. in Sophronis apud eundem l. iii. p. 106. E. et Demetrium de Elocut. §. cxlvii. *θάεο* in Nossidis Epigram. et Anytæ, in Wolfii Fragm. Poetriarum p. 90. et 114. *θάμεθα* e Sophrone citat Apollonius Dyscol. de Pron. p. 359. A. 4. Bekk. Plura de hoc verbo vide apud Koenium ad Gregor. de Dial. p. 222. sqq.—*περὶ τὰς θύρας*, scil. regiæ Ptolemæi, aliis intrare, aliis exire luctantibus. Kiessl.

67. *πότεχ' αὐτᾷ*, perperam interpretantur 'halte dich fest an sie an;' immo 'attende ad eam,' 'gieb auf sie Acht.'—*μή τι* Brunck. in ed. secunda cum aliquot cdd. nec displicet Valckenario. Kiessl.

68. Olim sic distinguebatur: *εἰσένθωμες ἀπρίξ. ἔχευ.* At punctum post *εἰσένθωμες* ponendum et *ἀπρὶξ* cum *ἔχευ* jungendum est: 'firmiter adhæreto nobis;' ut jam in scholiis a Calliergo editis est factum. v. Bosii Animadverss. c. xiii. p. 59. Hemsterhus. in Lucian. i. p. 462. Toup. in Ep. ad Warton. p. 335. De locutione *ἀπρὶξ ἔχεσθαι* vid. Ruhnken. in Timæi Lex. p. 34. et Pierson. ad Mœrid. p. 84. Theocritus sumsit a Sophrone, cujus hic locus est servatus ab Apollon. Dysc. de Pron. p. 382. A. 5. Bekk. *ὑμέων γὰρ ἀπρὶξ ἔχονται.* Non multum a se invicem distant formæ loquendi *ἀπρὶξ ἔχεσθαι*, *ὀδὰξ ἔχεσθαι* et *ἀμὰξ ἐμφῦναι*. De voc. *ἀπρὶξ*, quo utitur Soph. Ajac. 308. add. Lobeck. ad Ajac. p. 384. Pro *ἁμῶν* dedimus *ἁμέων*, non nolente Valckenario. Kiessl.

69. 70. "*Χειμερινὸν ἱμάτιον Χείμαστρον* dicebatur, *τὸ θερινὸν Θέριστρον* et *Θερίστριον*. Sed hanc vocem suspicor ab Alexandrinis præsertim usurpatam." Valck. Vid. Suid. s. h. v. et Sturzium de Dialecto Macedon. p. 172. sq. Riemer in Lex. Gr. s. h. v. sequutus Winckelmannum interpretatur Schleier, Kopftuch. Huic tamen rationi hoc adversatur, quod Hieronymus in loco a Sturzio citato id vocat pallium, aliique *ἱμάτιον*. Hinc potius statuerim, esse h. l. idem quod *ἀμπέχονον* appellatur, sic ut *ἀμπέχονον* habeatur pro nomine generaliori, quod etiam alius generis pallia designaret, *θερίστριον* nomen specialius.—*ποτ τῶ*, recte Reiskius; v. Reiz. de Accent. Inclinat. p. 40.—*αἴ τι* Brunck. *αἰ τὺ*, vel potius Theocriteum *αἴθε* (iii. 12. v. 62.) malit Valcken. qui tamen in edit. secunda præfert *αἰ τὺ*, quod etiam Brunck. in sec. edit. prætulit; sicque nos cum Dahlio reposuimus. Kiessl.

71—73. *φυλάσσεο*, quod est Idyll. iii. 5. Winterton mutat in *φυλάσσευ*, quod non probat Valck. — Vers. 72. *φυλαξοῦμαι*, quod est in pluribus cdd. et antiquis edd., revocavit Reisk. ibidem etiam est *ὄχλος ἀθρόος*. Equidem nihil muto.—Mox *ὥσπερ ὕες* ex cdd. et princ. edd. pro vulgato *ὥστε ὕες* jam Valck. et Brunck. receperunt; idem placuisse videtur Reiskio atque

Πραξ. Κῆς ὥρας, κἤπειτα, φίλ᾽ ἀνδρῶν, ἐν καλῷ εἴης,
Ἄμμε περιστέλλων. χρηστῶ κ᾽ οἰκτίρμονος ἀνδρός.
Φλίβεται Εὐνόα ἄμμιν· ἄγ᾽, ὦ δειλά, τὺ βιάσδευ.
Κάλλιστ᾽· ἐνδοῖ πᾶσαι, ὁ τὰν νυὸν εἶπ᾽ ἀποκλάξας.
Γορ. Πραξινόα, πόταγ᾽ ὧδε· τὰ ποικίλα πρᾶτον ἄθρησον,
Λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα· θεῶν περονάματα φασεῖς.

Toupio. ὥστε ῥύες, h. e. ῥύακες, 'ut fluctus' (uti legitur in multis cdd. et edd. Med. et Ald.) elegantiorem imaginem efficere videtur Koehlero. [Videtur hæc esse genuinæ lectionis depravatio, quæ solis librariis debetur. K.] At proverbia non adeo subtiliter mihi quidem videntur esse examinanda. Harl. De locutione ἐν καλῷ vide viros doctos ad Lamb. Bos. Ellips. p. 484. sq. Kiessl.

74. εἰς ὥρας, quod Odyss. ix. 135. significat 'justo tempore,' hoc loco, ut apud Plutarch. Pericl. 13. est 'in annum proximum.' Sensus igitur est: 'et in sequentem annum et postea felix sis,' vel 'tibi bene sit, tibi bene eveniat.' Igitur: 'in æternum tibi bene sit.' Huic bene precandi formulæ contrariam formulam, μὴ ὥραισιν vel μὴ ἐς ὥρας ἵκοιο, copiose tractavit Casaubon. in Animadv. ad Athen. ii. c. xiv. p. 112. Heinsius p. 341. eam sumtam putat ab iis qui navigarent ὥραις, i. e. eo tempore quo mare est πλώϊμον. Eustath. in Odyss. ι. p. 342. 8. interpretatur πρὸ ὥρας ἐκθερισθείη: 'ante tempus moriatur.' Citat Valcken. Hemsterhus. ad Lucian. t. i. p. 219. et scholia ad Lucian. t. ii. p. 270.—φίλ᾽ ἀνδρῶν· hoc exemplo usus est Porsonus in Supplem. Præf. ad Hecub. p. lxii. ad tuendam emendationem in Aristoph. Vesp. 396. ὦ μιάρ᾽ ἀνδρῶν pro ὦ μιαρώτατε. Ran. 1081. ὦ σχέτλι᾽ ἀνδρῶν. Callimach. Fragm. cxxxi. πρηεῖα γυναικῶν. Add. Idyll. xxiv. 40.—Κῆς, Theocriteum, malit Valcken. in ed. sec. ut 147. Sic κῆτε, κῆπε. Recepimus. Kiessl.

75. De περιστέλλων vid. Toup. Em. in Suid. et Hesych. iii. p. 347. χρηστῶ Winterton. Valck. Brunck. χρηστοῦ reliqui. Rara est formula, omissa voce φεῦ (ut Xenoph. Cyrop. iii. 1. 39. φεῦ τοῦ ἀνδρός·), ὦ, aut simili. [Add. viros doctos ad Gregor. Cor. p. 138. K.] Harl.

76. φλίβεται, Æolice, ex Vaticano cd. et Eustathio rescripserunt Valcken. et Brunck. post Casaubonum. add. Valck. ad xx. 4. Eustathius ad Iliad. α. p. 76. 38 = 102. 2. occasione formæ Æolicæ φηρσί, τὸ μέντοι φλίψεται, inquit, τὸ ἐν Ὀδυσσείᾳ (p. 221.) καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ ἐν Ἀδωνιαζούσαις Αἰολικὸν καὶ αὐτό. Casaubonus arbitratur, Grammaticum etiam hic legisse φλίψεται· quod negat Valckenarius, quia tum potius scripsisset καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ. Mihi videtur apud Eustathium post verbum Ἀδωνιαζούσαις excidisse φλίβεται. conf. Etymol. M. p. 200. 42. Sturz. ad Maittair. p. 202.—Quod maluit Valcken. βιάσδευ pro βιάζευ, dedimus cum Brunckio et Dahlio. Kiessl.

77. Recte hæc Scholiastes accepit de sponso, qui suam puellam in thalamo dicitur ἀποκλάξας, ut Helenam Menelaus κατεκλάξατο in Idyll. xviii. 5. coll. vs. 15. Æque late patere usum vocabuli νυός, ac Latini 'nurus,' docet Hesychius, apud quem est, νυοί· νύμφαι, ubi vide Albert. Meleagr. Epigr. lxxx. καλὰ νυέ, 'pulcra puella.' Ita vs. 129. γαμβρὸς dc. 'sponsus.' Kiessl.

78. 79. Hesych. προσάγει· προσέρχεται.—ποικίλα, 'picta et arte textoria distincta.' Harl.—Vs. 79. Corrigebat olim Porsonus ὡς λέφθ᾽, ὡς χαρίεντα. Reisk. ὡς λεπτά, χ᾽ ὡς χαρίεντα. Kiessl. "Tantundem pæne est ac si dixisset, ὡς λεπτὰ καὶ χαρίεντα· nisi quod illud etiam est elegantius scriptum." Valck. Περονάματα et Reiskio et Valckenario vitiose scriptum esse videtur. Ille igitur acute conjicit θεῶν περ νάματα, 'dicas fere stamina deorum manibus esse ducta;' [Hæc mutatio valde arridet; nam περ multas turbas dedit. vide dicta ad Iamblich. de Vit. Pyth. p. 71. Quod autem Valckenarius dixit, περ hic nullum sensum admittere, hoc nego. Verte: 'dearum certe stamina dixeris.' nam θεῶν esse potest femininum. Favet etiam ille codex, in quo est περνεύματα. Ceterum Wartonus, antea sequutus Spanhemium ad Callim. H. Apoll. v. 32., in Corrigendis p. 35. negat 'vestes fibulatas' dici posse περονήματα. Sic tamen hoc verbum h. l. accipiunt etiam Riemer et Schneider. Kiessl.]—hic autem, qui νήματα, quod νᾶμα apud Theocritum notet 'undam' [Quod falsum est. K.], et φασεῖς retinenda esse contendit, περ autem rejicit, suspicatur: θεάων νήματα φασεῖς· et sic prostat in Brunckii ed. renovata. Ruhn-

Πραξ. Πότνι' Ἀθαναία· ποῖαί σφ' ἐπόνασαν ἔριθοι;
Ποῖοι ζωογράφοι τἀκριβέα γράμματ' ἔγραψαν;
Ὡς ἔτυμ' ἑστάκαντι, καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδινεῦντι.
Ἔμψυχ', οὐκ ἐνυφαντά. σοφόν τι χρῆμ' ὤνθρωπος.
Αὐτὸς δ' ὡς θαητὸς ἐπ' ἀργυρέω κατάκειται
Κλισμῶ, πρᾶτον ἴουλον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων,

kenius conjicit θεῶν γε πονάματα. [quod Graefius repudiat propter vitiosam cæsuram. K.] Wassenberg. denique, θεῶ γε πον. 'ipsius deæ Palladis.'—Theocrito hæc scribenti obversabatur locus Odyss. x. 222. Harl.

80. 81. Ἀθαναία pro Ἀθηναία Valck. et Brunck. Minervam [ἐργάνην, Horatio Od. iii. 12. 4. 'operosam' dictam], quæ horum operum studium istis textricibus indiderat, invocat Praxinoe. [σφε poetice h. l. pro αὐτά· cf. Matthiaei Gram. Gr. §. 147. 4. Idyll. iv. 3. est ψε Doricum. σφε πόνασαν unus cd. Kiessl.]—ἔριθος, 'lanifica;' hoc vocab. etiam prosaicis scriptoribus usitatum est (conf. Schol. ad Homer. Il. σ. 550. et Toup.), monente Valckenario, qui præterea ζωογράφος, 'pictor,' et γράφειν, 'pingere,' egregie illustrat; 'quales pictores accuratas istas pinxere picturas,' sive 'opera picta?' Adde Anacr. xxviii. ibique notam in Anthol. Gr. Poetica. Harl. [Etymol. M. p. 411. 51. Θεόκριτος, ποῖοι ζωογράφοι—ἔγραψαν; οὐχ ὅτι γράμματι χρῆται, ἀλλ' ὅτι τῇ γραφίδι προσκαταξύει. γράψαι γὰρ τὸ ξῦσαι. add. Wolfii Prolegomena ad Homer. p. xlv. Γράμματα h. l. non tam 'opera picta,' quam 'designationes,' 'picturæ lineares,' quas mulieres in texendo redderent. Kiessl.]

82. ἑστάκαντι pro ἑστήκαντι Valck. et Brunck. ex codd. (adde Gregor. de Dial. p. 324. sq.) Valcken. tamen malit formam Syracusanam ἑστάκοντι. Exquisitum est verbum pro εἰσίν.—ἔτυμα, 'ad vivum expressa,' dicuntur sive picta sive sculpta. —ἐνδινεῦντι Valckenario non in ἐνδινεῦνται [quod est in tribus cdd. et ab Hemsterhusio vulgato prælatum videtur. K.] mutandum videtur. Idem docet, verbum δινεῖν, uti multa similia verba, habere et vim activam ('aliud rotare'), et neutram ('semet ipsum rotare,' sive 'vagari,' 'currere,' 'versari;' conf. Homer. Iliad. iv. 541. xviii. 494. 605.), notamque Reiskii restringit, qui scripsit, δινεῖν et δινεύειν ætate Theocriti pro δινεῖσθαι et δινεύεσθαι usurpari. Scholiastes interpretatur ὡς ζῶντα ἀληθῶς συστρέφονται. Harl. [Non bene Scholiast. ἐνδινεῦντι cum sequenti vocab. ἔμψυχα conjungit. Facillime autem ἐνδινεῦντι et ἐνδινεῦνται, ut vs. 115. πονέοντι et πονέονται, xvi. 12. ἵκωντι et ἵκωνται, atque similia permulta inter se permutantur.—Cicero in Hortensio apud Nonium Marcell. v. Inanima: "cum omnis," ait, "solertia admiranda est, tum ea quæ efficit, ut, inanima quæ sint, vivere ac spirare videantur." Virgil. Æn. vi. 848. "æra spirantia." Propert. iii. vii. 9. "signa animosa." Græca ex Antholog. dat Valcken. Kiessl.]

83. χρῆμα, 'res,' inservit periphrasi; præter Valck. vide Viger. et Hoogev. de Idiotism. Ling. Gr. iii. sect. xiii. 1. sq. p. 156. sq. Harl. Ultima hujus versus verba citat Scholiast. Sophocl. ad Antigon. 355. Valckenarius male vulgari ἄνθρωπος sine articulo dicens consentientem habet Koenium ad Gregor. Cor. p. 325. Paulo aliter statuit ibidem Boissonadus. Gerhard. in Lection. Apollon. p. 151. legit σοφόν τοι. Archiloch. Fragm. xlvii. χρῆμά τοι γελοῖον.—Ut hic apud Theocritum χρῆμα, sic a Cicerone 'negotium' positum putat Muretus V. L. ii. c. v. p. 42. "Callisthenes quidem vulgare et notum negotium:" ad Q. Fratr. ii. 13. (t. ii. p. 180. Schütz.) "Teucris illa, lentum sane negotium:" ad Attic. i. 12. Valcken. censet aptius respondere Ovid. ex Ponto ii. Ep. vii. 37. "res timida est omnis miser." Martial. x. Epigr. 59. "res est imperiosa timor." Nos addimus ex Ovid. Fast. i. 103. "res sum prisca." sic Janus de se. Adde viros doctos ad Gregor. Cor. p. 325. sq. Valcken. ad Idyll. xviii. 4. et Cober. ad Chion. Epist. xvii. 4. p. 299. ed. Orell. Kiessl.

84. 85. αὐτός, 'dominus,' Adonis. v. Casaub. ad Theophr. Char. ii. p. 34. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 335. Hermann. de Pron. αὐτὸς in Act. Semin. Philol. vol. i. p. 43. sqq.—θαητός, Dorice, ut Call., non θηητός, quod est Ionicum. cf. i. 56. θάημα. xxii. 200. θαεῖτο, et ad xv. 65. —ἀργυρέῳ—κλισμῷ tuetur Valck. nos cum Calliergo, Reiskio, aliisque dedimus genitivum.—Herodian. de Commodo i. vii. §. 5. Ἴουλοί τε αὐτοῦ κατιόντες ταῖς παρειαῖς ἐπήνθουν. Add. notata ad Idyll. xx. 21. Kiessl.

Ὁ τριφίλατος Ἄδωνις, ὃ κὴν Ἀχέροντι φιλεῖται.
Ξεν. Παύσασθ', ὦ δύστανοι, ἀνάνυτα κωτίλλοισαι
Τρυγόνες· ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.
Γορ. Μᾶ, πόθεν ὤνθρωπος; τί δὲ τίν, εἰ κωτίλαι εἰμές;

86. τριφίλητος, quod in cdd. nonnullis et in duabus prim. edd. item in Gregor. §. cxli. est, Dorice, judice Valckenario, non dicebatur. Sic autem more usitato vocatur 'valde dilectus,' ut contra 'omnium odio dignus' τρισέχθιστος ἄνθρωπος. Archiloch. Fragm. lxxxviii. Θάσον δὲ τὴν τρισοϊζυρὴν πόλιν· ad quem locum conf. Liebel. p. 204. — De articulo ὁ vid. Reiz. de Accentus Inclin. p. 24. — Pro φιλεῖται malit Reisk. φιλητός· male. Kiessl.

87. 88. Veterem interpunctionem κωτίλλοισαι. Τρυγόνες ἐκκναισεῦντι πλ. ἅ. recte sustulerunt Reiske et Hemsterhus. (in Auctario Emend. in Hesych. t. ii. p. 974.) et distinxerunt post τρυγόνες. Hos sequuti sunt Valck. Brunck. alii. Dixit Menander in Plocio, τρυγόνος λαλίστερος. quæ vim adagii obtinuerunt, sic ut 'mulieres loquaculæ'· dicerentur 'turtures.' v. Zenobius Cent. vi. Prov. 8. Ælian. de N. A. xii. 10. Erasmi Adag. p. m. 276. Fischer. ad Anacreon. ix. 36. 37. λαλιστέραν μ' ἔθηκας, ἄνθρωπε, τῆς κορώνης. Eustath. ad Iliad. ι. p. 651. 7. ἔστι τρύζειν τὸ πολυλογεῖν ἢ πολυφωνεῖν· ἐξ οὗ καὶ Τρυγών· ἣν ἡ παροιμία ἐπὶ σκώμματι τῶν πολυλογούντων παραλαμβάνει, λαλιστέρους τρυγόνων τοὺς τοιούτους καλοῦσα. — Ἀνήνυτα, 'infinita, nullum exitum inventura, nullumque fructum habitura,' interprete Reiskio. Plura loca Platonis laudat Valck. ad h. l. adde Astium ad Platon. de Legib. p. 213. Et quis est, cui hic non in mentem veniat Thersites (Iliad. ii. 212.) ἀμετροεπής, ὃς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη. — Κωτίλλειν, 'garrire.' v. Wolf. ad Corin. carm. iii. poet. p. 45. Valcken. Toup. Em. in Suid. P. iii. p. 259. Etym. M. p. 813. 8. in χλωρὶς ἀηδών· et Fischer. ad Anacreon. xii. 2. — Ἐκκναισεῦντι· [ut in aliqnot codd., ast alii præbent ἐκναισεῦντι vel ἐκνεσεῦντι· unus ἐν σκῆν εὖντι, alius ἐν σκηναῖς εὖντι, alius denique ἐκκνεστεῦντι·] Gregor. Cor. de Dial. p. 153 = 328. ubi vide Koenium, reddit διαφθείρουσι (Schol. Theocriti διαφθεροῦσι· ad quem vide Warton. in Emendat. Schol.) καὶ φλυαροῦσιν. Warton, ἅπαντα conjungens cum πλατειάσδοισαι, derivat ab ἐκναισέω, 'graviter strideo.' Palmerius in Exercit. p. 806. legit ἐκναισεῦντι, quod habet pro futuro verbi, quod ipse finxit ἐκναίω, et vertit: 'necabunt.' In libro Is. Vossii hæc leguntur ut Salmasii: "legendum suspicor ἐκνυζεῦντι, 'gанniunt:' hanc veram lectionem arbitror." Valckenarius, præsens hic tempus requiri censens, suspicatur veram vocis scripturam esse, ἐκκνυσδοῦντι· a forma κνυζόω, 'rado;' tum 'fœdo,' 'corrumpo:' qua forma utitur Homer. Odyss. xiii. 401. Etymol. p. 522. 54. εἴρηται δὲ κνυζοῦν τὸ ξύειν παρὰ Δωριεῦσι καὶ τὸ ἀχρειοῦν. Locum nostrum sic interpretatur: 'ore suo patulo garrientes omnia deformant et corrumpunt.' Et ne prima quidem verbi potestas, judice Valcken., a poeta videbitur neglecta, quum ore Dorico Sicularum mulierum deformata delicatas hominis Alexandrini aures 'raderent.' Equidem sequi malim Schneiderum, qui in Lex. Gr. s. v. ἐκκναίω dicit, ἐκκναισεῦντι Dorice dictum esse pro ἐκκναίσουσι, 'enecabunt,' quod, ut ἀποκναίω, (v. Theophr. Char. viii.) usurpatum sit de molesta garrulitate, qua alii obtunduntur, enecantur. — πλατειάσδοισαι (quam veram scripturam pro vulgata πλατυάσδοισαι, a Toupio in Addendis in Theocr. Warton. t. ii. p. 399. in πλατυιάσδοισαι mutata, exhibent plures cdd. conf. de hoc verbo in primis Stephani Thes. Gr. L. iii. p. 354. A. B.) scribendum esse primus monuit H. Stephanus in Epistola ad Th. Redingerum, Appendici de D. A. præfixa. vid. Koen. ad Gregor. p. 329. De πλατειασμῷ Doriensium confer præter Stephani observata Heinsii Lect. Theocr. p. 367. a. Vavassor. de Ludicra Dictione, p. 131. Hemsterhus. Auctar. Emend. in Hesych. in πλατειάδδοντες, t. ii. p. 974. Demetrium de Elocutione c. 180. p. 107. edit. Oxon. 1676. (§. 177. ed. Schneid.) Hermogen. de Ideis, lib. i. c. vi. p. 283. — ἅπαντα, qui videtur Reiskio accus. singularis, potius est pluralis pro ἅπαντας, 'Hæ feminæ omnia, i. e. neminem non, enecabunt suo platyasmo.' Denique hoc commemoramus, Bothium ad Sophoclem t. ii. p. 394. versus 87. et 88. in dialectum Atticam translatos velle. Quod mihi mirum videtur. Kiessl.

89. Eustathius in Iliad. ε. p. 428. 52. ubi de verbo agit Homerico Παππάζειν, ἐκ τῆς λέξεως, ait, ταύτης καὶ ὁ πάππος καὶ πάππας, αὐτὸς ὁ πατὴρ Πᾶς λεγόμενος μονοσυλλάβως κατὰ βρέφους προσφώνησιν, καθὰ φασιν οἱ παλαιοὶ, ὥσπερ καὶ Μᾶ ἡ

Πασάμενος ἐπίτασσε· Συρακοσίαις ἐπιτάσσεις;
Ὡς δ' εἰδῇς καὶ τοῦτο, Κορίνθιαι εἰμὲς ἄνωθεν,
Ὡς καὶ ὁ Βελλεροφῶν· Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες·
Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσιν·
Πραξ. Μὴ φυῇ, Μελιτῶδες, ὃς ἁμέων καρτερὸς εἴη,

μήτηρ. vid. eundem in Iliad. λ. p. 855. 24 = 797. 3. Ruhnkenius in cod. Theocriti Paris. hoc scholion legit: Συρακούσιον τὸ Μᾶ ἐπὶ ἀγανακτήσεως λεγόμενον. Recte igitur indignantis Gorgonis Theocriteum Μᾶ (quale Atticorum Δάματερ interdum cum indignatione admirantis est) censeri poterit pro Μᾶτερ hic positum esse. Add. Sturz. ad Maittair. p. 324. Πᾶ; (quod vere legitur in uno cd.) 'ubi natus es?' suspicatur Toupius in Epist. p. 337. Sed recte negat Valckenarius, πῆ, vel πᾶ Theocriti, vel πεῖ Sophronis, unquam in talibus interrogationibus pro τίς poni potuisse; aut significare: 'ubi natus es?' — τί δὲ τίν; Bion. v. 3. ibique Schwebel. In sermone quotidiano sic loquebantur etiam Attici: τί τοῦτ' ἐμοί; τί σοι τοῦτ' ἐστίν; 'quid mea id refert? quid tua?' Aristoph. Eccles. 517. Thesm. 505. Lysistr. 514. Muretus, qui in V. L. ii. c. xx. p. 64. sqq. de loco hujus Idyllii 89 — 95. agit, versum 89. eleganter sic expressit: 'quæso, quid hoc tandem hominis est? quid vero tua refert, si garrulis esse nobis libet?' In editione Brunckii, ut in uno cd. Med., versus 89 — 95. omnes tribuuntur Praxinoæ. Kiessl.

90. In cdd. et antiquis edd. hæ prostant lectiones: πασάμενος· πασσάμενος· σπασάμενος· πανσάμενος. At πασάμενος recte legi monuit jam Muretus V. L. ii. c. xx. p. 65. docuitque Valckenarius tum ad h. l. tum in Animadv. ad Ammon. iii. 7. p. 187. sq. ex Etymologo M. p. 681. 54. ubi malit πασάμενος ποτίτασσε, quod in commentario improbat, probans contra Toupium, qui censet, eleganter idem verbum repeti. Add. Ernesti ad Callim. H. in Cerer. v. 128. Nimirum πάσασθαι, prima correpta, est γεύσασθαι· at πάσασθαι, prima producta, κτήσασθαι· unde πολυπάμμων. Locum ipsum Valckenar. sic explicat: 'quum nos sive emtione seu alio modo tibi acquisiveris.' Videtur tamen sententia latius patere et sic concipienda esse: 'si quas tibi acquisivisti seu emisti, his impera:' 'wo du Herr bist, da befiehl.' Apte comparant locum Plauti Pers. ii. iv. 2. "emere oportet, quem tibi obedire velis:" et Sophocl. Œd. Col. 839. μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς. — Pro ἐπιτάσσεις Hemsterhus. correxerat ἐπιταξεῖς, et ante Συρηκοσίαις· 'tune Syracosiis mulieribus imperabis?' Quum Etymolog. Leidens. Ms. præbeat, ἐπιτάσσειν· hinc Valckenarius conjecit scribendum esse: σ' ἐπιτάσσεν; 'tene in Syracosias imperium exercere?' atque Brunckius in alt. edit. Συρηκοσίαις σ' ἐπιτάσσεν dedit. Kiessl.

91. lectio vulgata est, ὡς εἰδῇς. ὡς δ' εἰδῇς, malit Valckenar. sicque unus cod. ideoque recepimus. — Notum est, Archia duce coloniam Corintho missam Syracusis dedisse originem; unde Idyll. xvi. 83. Syracusæ appellantur Ἐφυραῖον ἄστυ. conf. Thucyd. vi. c. 3. 77. Dorvill. ad Chariton. p. 569. Lips. Scaliger in Euseb. p. 76. Liebel. ad Archilochi Reliq. p. 233. Kiessl.

92. Πελοποννασιστὶ pro vulgato Πελοποννησιστὶ ex multis cdd. correxerunt cum Mureto et Dorvillio ad Chariton. p. 569. Reiskius, Valcken. Brunck. Valckenarius formam Doricam fuisse putat Πελοποννασικτί. In ed. Junt. et cdd. Gregorii Cor. p. 331. est Πελοποννασιστί, quam formam pro genuina habet D. Heinsius (L. Th. p. 367.), cui tamen ne tantillum quidem tribuendum est. v. Bast. ad Gregor. l. c. et in Appendice ad Epist. Crit. p. 20. Kiessl.

93. Sex cdd. δωριεῦσιν. Adscivimus ν paragogicum. Kiessl.

94. 95. Hermannus in N. Lpz. L. Z. 1807. n. 110. c. 1756. corrigit φυίη ab ἔφυν, quæ est forma rarior optativi; nam optativo hic opus est. Videtur posse scribi φύη. De qua optativi forma conf. Buttmanni Lexilog. p. 56. — Proserpinam Μελιτώδη, Mellitam, dictam esse, tradidit præter Scholiasten Porphyrius, cujus verba ex Antro Nympharum Muretus V. L. ii. c. xx. protulit. Adde Menagium ad Diogen. Laert. i. 94. — Salmasii conjectura μιλύττης quid sibi velit, Valckenarius se non assequi fatetur. — Pro ἁμῶν dedimus ἁμέων. — Καρτερὸν εἶναί τινος i. q. κύριον εἶναί τινος, 'imperium in aliquem exercere.' Præivit Homer. Odyss. xv. 533. sic Archiloch. Frag. lxxxix. Ἀσίης καρτερὸς μηλοτρόφου. ad quem loc. conf. notam Liebelii. — De vs. 95. sensu diversissime viri docti

Πλὰν ἑνός· οὐκ ἀλέγω· μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.
Γορ. Σίγα, Πραξινόα· μέλλει τὸν Ἄδωνιν ἀείδεν
Ἁ τᾶς Ἀργείας θυγάτηρ πολύϊδρις ἀοιδός,
Ἅ τις καὶ Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ἀρίστευσεν.

statuunt. Heinsius (Lect. Theocr. p. 367.) sic locum intelligit: "Non vereor, ne tu, qui mihi nihil admetiris, mensuram abstergas: non metuo, ne mihi noceas, qui nunquam prodesse potuisti." Ad κενεὰν intelligit χοίνικα. Cum Heinsio faciunt Salmasius de Modo Usur. p. 164. Duportus Præl. in Theophr. p. 395. Spanhem. in Callim. in Del. 14. p. 330. Sanctamandus apud Wartonum in Addendis t. ii. p. 356. Mureti explicatio hæc est: "Optat mulier a Persephone, quæ partubus præest, ne quis unquam nascatur, qui in ipsas imperium exerceat. Addit autem, 'præter unum:' quoniam alioqui male precari videretur reginæ et optare, ne quis unquam ex ipsa filius nasceretur.—Ego non dubito, quin pro κενεὰν legendum sit κονίαν: ut hoc mulier dicat: 'non vereor, ne in me pulverem abstergeas:' id est, ne me impune contemtam ac despicatam habeas. Esset enim extremi contemtus signum, si quis pulverem e calceis aut e veste sua, ludibrii causa, abstergere in alios vellet." Toupius legit et distinguit: Πλὰν ἑνὸς οὐκ ἀλέγω, μή μοι κονίαν ἀπομάξῃς. "De veste sua, ne quid detrimenti capiat scilicet, sollicita est, ut supra, Praxinoa. Quare ad hominem se convertit et dicit: 'unum tantum metuo, ne pulverem in me abstergas.'" Hæc recepit in priore edit. Brunck. cui in secunda placuit: μή μοι κενεὰν ἀπομάξεις. Gilbertum Cognatum, qui in Adagio 'Excutere pulverem' exhibet in Theocriteis κονίαν, tanquam vulgatam lectionem, refutat Valckenarius, addens etiam se vereri, ut 'pulverem in aliquem abstergere' dici possit κονίαν τινὶ ἀπομάξαι.—Scaliger, qui intelligit ad κενεὰν vocab. γνάθον et verba πλὴν ἑνὸς cum sequentibus conjungit, locum sic explicat: "At tu mihi imperare non potes, ut malas sufflem, quas tu alapis cædas: sed unum tantum vereor, ne vacuas malas cædas. Videtur hoc dictum in eos, quorum imperium contemnebant. Potes imperare servis tuis, ut malas inflent, quoties eos vis cædere: nobis liberis non potes hoc imperare: sed potes per injuriam imprudentibus malas vacuas depalmare." Erasmo in Adagiis p. 503. subaudiendum videtur γνάθον, χεῖρα, aut simile quiddam. Apparet, addit, esse comminantis aut timentis alapam aut colaphum. Nam locus nondum satis liquet. Tum uberius exponit Scholiastæ explicationem (μή μοι κενὸν τὸ μέτρον ἀποψήσῃς), qui χοίνικα subaudiri malle videtur. "Quod in mensura redundat, abstergetur terete baculo. Fallit igitur, qui nondum plenam absterget, ita simulans aliquid redundare. Sentit se non esse illi ancillam, ut ab eo debeat objurgari. Heri offensi defraudant servos suo demenso." Non multum hæc differunt ab Heinsianis. Conf. de ellipsi vocab. χοῖνιξ etiam Schaeferum ad Bos. Ellips. p. 533. Brodæus (Miscell. 2. 28.), subaudiens χεῖρα, vertit: "ne tu mihi colaphum infringas." Auratus subintellexit πληγήν· Reiskius τὴν κάρδοπον, in hanc sententiam: 'nil curo, num tu mihi vacuam mactram rutro deradas,' h. e. parum mea refert, operam frustraneam te insumere nobis imperitandi, quæ in tua potestate non sumus. Proverbialem locutionem, 'mactram vacuam rutro deradere,' de omnibus valere incassum laborantibus. Koehlerus totum locum sic intelligit: "Ne fac, quæso, dulcis Persephone, ut plures uno oriantur viri, qui nobis pro lubidine imperent: non enim vereor, ne mihi vacuam mulctram abstergeas ac seponas." Non metuo, ne ab omni viri imperio perpetuo me liberam sis relictura: sed hoc tantum te rogo, ne plures uno nobis imperent. Alias mulctra ἀπομεμαγμένη, quæ seponi potest, est prorsus repleta, ut nihil addi possit, sed hic est κενεὰν ἀπομάξῃς." Etiam Wartonus sequitur scholiasten. Graefius emendat: γενεάν· non sollicita sum, quasi tu nobis 'genus nostrum,' quo Dorienses sumus, eripere possis, et velut 'abstergere' in nobis 'patrium Doriensi colorem.' 'Du sollst mir meine Nationalität nicht vermischen wollen!' Certe ingeniose! Petro Fonteinio vox κενεὰν in κυνέαν, 'umbellam,' videtur mutanda. Scholiastæ rationem etiam interpretes vernaculi cum Ahlwardto sequuntur. — Videtur jam hic locus in desperatis esse habendus. Hoc tamen affirmari licet, πλὰν ἑνὸς pertinere ad regem Ptolemæum; tum verba, οὐκ ἀλέγω, absolute esse posita, ut Idyll. xxvi. 27., add. Homer. Iliad. xi. 389., neque cohærere cum ultimis, qualiscunque sententia his tenebris obruta lateat. Kiessl.

96—98. ἀείδεν — τᾶς (hoc etiam Wip-

Φθεγξεῖταί τι (σάφ' οἶδα) καλόν· διαθρύπτεται ἤδη.
Γυν.Αοιδ. Δέσποιν', ἃ Γολγώς τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας,

terton et Valcken.) — ἀρίστευσεν (in multis cdd. ἀρίστευσε, ut Brunck. dedit) pro vulgatis ἀείδεν — τῆς — ἠρίστευσε dedimus. Ἀοιδός, gen. fem. ut Sophocl. Œd. T. 36. vid. Passovii libellus: Ueb. Griech. Wört. Bch. p. 50. Kiessl. Versus 98. interpretes in diversas sententias traxit. Si Sperchis, Lacedæmonius, intelligendus est, qui cum Bulide in Asiam ad regem Xerxem profectus se Persæ pro patria interficiendum obtulit, at laudibus a rege ornatus atque dimissus domum rediit incolumis (v. Herodot. vii. c. 134. sqq. Lucian. Demosth. Enc. 32.), et ἴάλεμος est carmen lugubre in honorem Sperchidis: post Σπέρχιν supplendum est vocab. ἀείδουσα, locusque cum Toupio et Valckenario sic interpretandus: 'cantabit in honorem Adonidis eadem illa, quæ carmen lugubre in Sperchin canens victoriæ præmium reportavit,' sive, 'quæ in canendo Sperchide, quod carmen lugubre est, primas tulit:' quam interpretationem tanquam unice veram comprobat Schneider in Biblioth. Philol. tom. i. p. 134. At quum de duobus istis Spartiatis nil nisi læta dici potuerint, Valcken. suspicatur, τὸν ἰάλεμον alio hic sensu capiendum esse, quam hucusque fuit factum. Ἰάλεμος enim etiam dicebatur 'jejunum et frigidum carmen' (vid. Hesych. et Mœrin h. v.), qua interpretatione probata, verba τὸν ἰάλεμον commatibus distinguo, ut sit judicium mulieris de illo carmine; h. e. canticum in Sperchin, quod jejunum quidem fuit, Argia illa sonoræ vocis elegantia sic animavit, ut in hoc certamine primas tulerit. Potest etiam intelligi Sperchis aliquis, a Spartano diversus, versificator quidem frigidus, quem mulier ista cantu et gestu optime repræsentavit. Reiske pro Σπέρχιν legendum putat πέρυσιν [πέρυσι scribi solere, monuit Valck. Kiessl.], 'quæ etiam anno superiore palmam e certamine Ialemi canendi auferebat;' quæ suspicio haud omnino fuit necessaria. Harl. Mihi quoque ea explicatio, quam Schneiderus probavit, unice vera videtur. Quod dicit Valckenarius, se mirari illud canticum a Theocrito dictum 'lugubre,' quum nil nisi læta de duobus istis Spartiatis dici potuerint: tollitur hæc difficultas, si cum Jacobsio Sperchin accipimus de carmine lugubri, Sperchidi in Persiam proficiscenti, ubi periturus esse videbatur, a Spartanis decantato. Σπέρχις igitur est carmen in Sperchin, ut Τελαμών, Ἁρμόδιος dicuntur Scolia sive cantilenæ in Telamonem, Harmodium, eodemque modo hic intelligi potest locutio τὸν Ἄδωνιν ἀείδειν, carmen in Adonidem canere. Locutio autem Σπέρχιν ἀριστεύειν, quacum comparant Ὀλύμπια νικᾶν, significat 'carmen in Sperchin optime canere,' seu 'in cantando carmine in Sperchin præmium victoriæ reportare;' neque opus est, ut ἀείδουσα suppleatur. Similis structura est apud Sophocl. Electr. 122. τίν' ἀεὶ τάκεις — οἰμωγὰν, — τὸν Ἀγαμέμνονα· ubi vide interpretes, inprimis Musgravium. — Muretus, legendum esse credens τὸν Ἰαλέμου, videtur respexisse, quod habet Etymol. M. p. 463. 14. Ἰάλεμος, υἱὸς Καλλιόπης, ὁ κακοδαίμων καὶ οὐδενὸς ἄξιος· ὅθεν καὶ Ἰαλέμου ᾠδή, ψυχρὰ καὶ οὐδενὸς ἀξία. κ. τ. λ. Kiessl.

99. διαθρύπτεται dicitur cantrix Argiva, dum vel motu quodam petulanti, vel præludiis vocis ad canendum se componit et cantilenam Adonideam incipere parans quasi lascivit. v. Warton. et Reiske. [Vid. ad vi. 15. Motus petulans ab hoc loco prorsus est alienus; potius, mollibus motibus et præludiis se accingit ad Adonidem canendum. Kiessl.] Inter hunc et sequentem versum recte inserit Valcken. ΓΥΝΗ ΑΟΙΔΟΣ. Harl.

100. Vulgata ante Valcken. lectio erat Γολγόν: in pluribus cdd. est Γολγώ τε et in uno Γολγώς τε. Hoc recepit Valcken. et probavit Brunck. in notis. Cypri hæ urbes fuerunt: Idalium etiam mons et nemus, vel lucus, urbi vicinus, Veneri sacer, vid. Oberlin. ad Vibium Sequest. p. 269. sq. Catull. xxxvi. 12. 14. "quæ sanctum Idalium—colis, quæque Amathunta, quæque Golgos." lxiii. 96. "Sancte puer—quæque regis Golgos, quæque Idalium frondosum." Add. Horat. iii. 26. 9. 28. 13. — Versu seq. Winterton. dedit αἰπεινόν pro αἰπεινάν· idem dederunt Valckenar. in posteriore edit. et Brunckius. [Stephan. Byzant. Ἔρυξ· πόλις Σικελίας, ἀρσενικῶς. Adde de monte Eryce, in quo fuit templum celebre Veneris Erycinæ, Polybium lib. i. cap. 55. Apollon. iv. 914. Bocharti G. S. ii. l. i. c. 27. Cluver. Sicil. Ant. ii. p. 238. Oberlin. ad Vibium Sequest. p. 319. sq. Heyn. Excurs. ii. ad Æneid. lib. v. Kiessl.] — χρυσῷ (pro χρυσοῦ) παίζουσ' Call. et alii. (genitivus etiam Casaubono placuit, mirante Valcken.) χρυσῷ παίσδοισ' est ex cdd. hoc παίσδοισ' jam Dorvillius in Miscell. Obss. iii. p. 373. indicavit. Harl. Heinsio interprete dc. Venus χρυσῷ παίζουσα, quod ei aurum consec-

Αἰπεινόν τ' Ἔρυκα, χρυσῷ παίσδοισ' Ἀφροδίτα,
Οἷόν τοι τὸν Ἄδωνιν ἀπ' ἀενάω Ἀχέροντος
Μηνὶ δυωδεκάτῳ μαλακαὶ πόδας ἄγαγον Ὧραι,
Βάρδισται μακάρων, Ὧραι φίλαι· ἀλλὰ ποθειναὶ
Ἔρχονται, πάντεσσι βροτοῖς αἰεί τι φέροισαι·
Κύπρι Διωναία, τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς,
Ἀνθρώπων ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκαν,
Ἀμβροσίαν ἐς στῆθος ἀποστάξασα γυναικός·
Τὶν δὲ χαρισδομένα, πολυώνυμε καὶ πολύναε,
Ἁ Βερενικεία θυγάτηρ, Ἑλένα εἰκυῖα,

cratum erat; at potius est χρυσῷ χαίρουσα, s. auro ornata. Vid. Koeppen. ad Iliad. iii. 64. ad quem locum Eustathius p. 291. 2 = 384. ἡ Γραμματικὴ Ἰστιαίᾳ πεδίον εἶναί φησι Χρυσοῦν καλούμενον, ἐν ᾧ Χρυσῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν καὶ τιμή. Θεόκριτος δὲ μεταλαβὼν τὸ νόημα, — χρυσῷ παίζουσαν Ἀφροδίτην φησί. Hemsterhus. adscripsit πείθουσ', quod Scholiastes videri potest legisse, qui hæc habet: διὰ τούτου δηλοῖ, ὅτι οἱ ἐρῶντες χρυσῷ πείθουσι τοὺς ἐρωμένους. Scaligero placuit χρυσωπίζουσ', i. e. χρυσῶπις. Kiessl.

102. οἷον τὶν Brunck. — ἀενάω pro ἀενάου Winterton. Valck. Brunck. Recte. Harl.

103. μανὶ Brunck. — μαλακαὶ πόδας placebat Sanctamando, quia cdd. μαλακαὶ πόδες et μάλα καὶ πόδες habent; idque nec Valckenario in pr. edit. displicuit. Horæ autem secundum Scholiasten ita dicuntur, ἐπεὶ τὸ ἔαρ μαλακόν. Harl. Etiam Is. Vossius in ora libri sui posuerat μαλακαὶ πόδας· atque hæc lectio vere exstat in uno cd. Mediol. eoque optimo; hinc recepi; quanquam μαλακαίπους simile est composito μεσαιπόλιος, aliisque, paucis tamen. Kiessl.

104. 105. βάρδισται adnotatur a Gregor. de Dial. p. 337. ubi v. Koen. βαρδύτεροι est in carm. xxix. 30. — Pro ἔρχονται vs. proximo requirebatur participium, ut apud Pindar. Olym. i. 22. ἀγλαΐζεται pro ἀγλαϊζόμενος. Kiessl. — βροτοῖς ἀεί τι [sic quinque cdd. apud Gaisford. et duo Gregorii de Dial. p. 339. pro βροτοῖσιν ἀεί τι. K.] partim ex cdd. Valcken. revocavit, et φέροισαι cum Hemsterhusio, quod a φορεῖν φορεῦσαι, a φέρειν φέροισαι formatum scribitur. Brunckius tamen, qui in ceteris sequitur Valckenarium, retinet φορεῖσαι. — De Horis Solis comitibus vid. Ovid. Metam. ii. 25. sqq. [vs. 118. vocantur 'veloces.'] et Valcken. Sic Horæ, quæ omnibus rebus gratiam et venustatem parare dicuntur (v. Idyll. i. 150.), Jovi et Europæ apud Moschum ii. 160. parant lectum. Harl. [Ad αἰεί τι φέροισαι Reiskius intelligit νέον aut φίλον. Immo sic: νέον καὶ φίλον. Nam Horæ sunt ταμίαι ἀνδράσι πλούτου, apud Pindar. Olymp. xiii. 9. sq. ubi conf. Heyn. Kiessl.]

106 — 108. ἀπὸ θνατᾶς Ἀνθρώπω (pro vulgata, quam Reiske retinuit, ἀπὸ θνατῶν Ἀνθρώπων (ὡς μῦθος) ἐπ.), 'ex homine mortali Berenicen divam fecisti immortalem,' dederat Valcken. in priore edit. nam ἀπὸ θνατᾶς duo cdd. Florent. (et unus isque optimus Mediol.) habent; at ἀνθρώπων omnes libri. Atque Brunck non solum in textu scripsit ἀπὸ θνατᾶς, Ἀνθρώπων ὡς μῦθος, sed in notis quoque defendit et illustravit (loco Euripid. Iphig. Aul. 73.), n. "ex mortali (homine) fecisti immortalem, ut hominum fabula est;" hujusque sententiæ subscribo, subscripsit item Valcken. in altera editione. — vs. 107. Male edd. præter Juntinam et Winterton. ante Reisk. Βερονίκαν. cf. Idyll. xvii. 34. 46. 57. Harl. [Judice Reiskio circa idem tempus, quo idyllium hoc conscriptum est, etiam Callimachi Epigr. lv. prodiit. — vs. 108. de eadem Berenice conf. Idyll. xvii. 36. sq. et de vi ambrosiæ J. H. Vossium ad Virg. Georg. p. 872. sqq. Kiessl.]

109. conf. interpretes ad Callim. H. in Dian. 7. inprimis Spanhemium, eundemque ad H. in Apollon. 70. — χαρισδομένα pro χαριζομένα primitus scriptum fuisse judicat Valcken. idque rescripsimus. Deinde πολύαινε quatuor cdd. Kiessl.

110. Valcken. ad Callim. Fragm. p. 105. scribere malit Βερενικείας, atque sic vere duo cdd. Potest hoc probari; sic enim dicitur Περσεφόνη et Περσεφόνεια,

Ἀρσινόα πάντεσσι καλοῖς ἀτιτάλλει Ἄδωνιν.
Πὰρ μέν οἱ ὥρια κεῖται, ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι,
Πὰρ δ' ἁπαλοὶ κᾶποι, πεφυλαγμένοι ἐν ταλαρίσκοις
Ἀργυρέοις, Συρίω δὲ μύρω χρύσει' ἀλάβαστρα·
Εἴδατά θ', ὅσσα γυναῖκες ἐπὶ πλαθάνῳ πονέονται,

Πενελόπη et Πενελόπεια. Exquisitior tamen est Βερενικεία, quam lectionem plures cdd. tuentur. Sic Idyll. xxii. 5. κούρης Θεστιάδος, i. e. Ledæ, Thestii filiæ. Hom. Iliad. iv. 367. Καπανήϊος υἱός. Schaefer. citat Idyll. xxviii. 9. Νικίεας —ἀλόχω. Adde Brunck. ad Sophocl. Œd. R. 266. Kiessl.

111. De ἀτιτάλλειν vid. ad Idyll. xvii. 58. Kiessl.

112. "Δρυὸς ἄκρα. Sic etiam Eustathius (in Iliad ζ. p. 481. 7.) legit. Malim tamen δρύες ἄκρα: nam ἀκρόδρυον, quod nonnullis placet, de arbore dici, ego quidem pro certo non adfirmem." Schaef. — Possunt δρυὸς ἄκρα intelligi 'arborum rami;' sic δρυὸς pro plurali, poetice, ut xvi. 72. τροχὸν ἅρματος. xxi. 6. ἰχθύος ἀγρευτῆρες. Decem cdd. præbent φέρονται. quæ lectio et ipsa bonum sensum præbet: 'qui arborum fructus nascuntur.' conf. de voc. ἀκρόδρυα etiam Astium ad Theophr. Char. p. 120. add. Voss. ad Virgil. Georg, p. 50. Alia h. v. difficultas restat, quod μὲν ante οἱ corripitur. conf. Hermann. ad Orphic. p. 774. sqq. qui p. 781. hunc versum ita emendat: πὰρ μέν οἱ κεῖθ' ὥρι', ὅσα —, et Spitzner. de Versu Græcor. Heroico p. 36. Kiessl.

113. Warton pro κᾶποι legi jubet καρποί, Valckenario intercedente, qui post Toupium, Meursium (in Græcia Fer. in v. Ἀδώνια) et Wyttenbachium ad Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 79. hortos Adonidis docte illustrat. Schol. εἰώθασιν ἐν τοῖς Ἀδωνίοις πυροὺς καὶ κριθὰς σπείρειν ἔν τισι προαστείοις (Valck. corrigit τισιν ἀγγείοις) καὶ τοὺς φυτευθέντας κήπους Ἀδωνίους (Valck. Ἀδώνιδος) προσαγορεύειν. Harl. Boettiger in Dissertatione de Fructibus et Floribus Veterum Cereis, inserta operi quod inscripsit Sabinam (tom. i. p. 257. sqq.) intelligit 'fructus cereos;' nam sub hiemis finem, quo tempore Adonidos feriæ in Ægypto celebratæ fuerint, flores fructusque naturales vel sub Asiæ Græciæque mitiori cœlo rarissimos fuisse, quorum defectum compensaverint fructibus e cera effictis, sic ut hos cereos ad hortulos Adonidis construendos adhiberent. Vide tamen quæ contra monuit Bastius in Epist. Crit. p. 191. sqq. qui etiam vocabulum προαστείοις in Schol. genuinum esse censet (p. 194.). — Harles. etiam citat notata a se ad Juliani Cæsares p. 155. et Toup. Em. in Suid. et Hesych. iii. p. 347. Kiessl.

114. Hæc Theocritea adscripsit Anna Fabri ad Callim. in Lav. Pall. v. 15. — Μύρου χρύσεια ἀλάβαστρα non sunt, vasa unguentaria ex alabastrite lapide eaque auro ornata, sed simpliciter, vasa unguentaria ex auro facta. Conf. Schleusneri Lex. N. T. s. v. ἀλάβαστρον. — De unguento Syrio v. Athen. lib. xv. p. 689. et N. Heins. ad Ovid. Heroid. xv. 76. Kiessl.

115. εἴδατα sive πέμματα a mulieribus ἐπὶ πλαθάνῳ πλαττόμενα ἀπὸ γλυκερῶ μέλιτος καὶ ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ sunt, interprete Valck., 'in artopta sive testa elaborata ex melle et in oleo sive cocta sive fricta:' in plerisque placentis, certe in μελιτούτταις, farinæ mel admiscebatur, non nihil etiam adipis vel olei; sed et in oleo nonnullæ coquebantur, vel ἐτηγανίζοντο. Conf. Athenæus lib. xiv. p. 645. D. ubi veteribus memoratæ placentæ recensentur. — De panificiis in templo Serapidis Alexandriæ Vespasiano oblatis locus est insignis Suetonii in Vespas. c. 7. — πλαθάνῳ pro πλαθάνῃ Valck. cum multis cdd. add. Koen. ad Gregor. p. 339. πλαθάνω Brunck. πλαθάνᾳ Toup. et πλαθάνα duo cdd. Reiskius malit πλαθάνῃσι. — ποιεῦνται, lectionem cdd. quorund. et prisc. edd., revocavit Reiskius, quod non displicet Valckenario, qui tamen in utraque editione πονέονται, lectionem a Stephano ex cdd. profectam, retinuit. Contra πονέοντι legendum esse suspicati sunt Koenius ad Gregor. de Dial. p. 97 = 217. et Toupius in Epistola ad Warton. p. 340. recepitque Brunckius; recte, opinor; nam medium hic vix locum habet. Quum tamen cdd. et edd. priscæ etiam ποιεῦνται et ποιοῦνται offerant, atque verba πονεῖν et ποιεῖν facillime inter se permutentur (v. Wolf. ad Leptin. p. 305. et quæ nos monuimus ad Iamblich. Protrept. p. 111. et de Vita Pythag. p. 191.), etiam lectio ποιεῦντι habet, quo commendetur,

Ἄνθεα μίσγοισαι λευκῷ παντοῖ' ἅμ' ἀλεύρῳ·
Ὅσσα τ' ἀπὸ γλυκερῶ μέλιτος, τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ,
Πάντ' αὐτῷ πετεηνὰ καὶ ἑρπετὰ τᾷδε πάρεντι.
Χλωραὶ δὲ σκιάδες, μαλακῷ βρίθοισαι ἀνήθῳ,
Δέδμανθ'· οἱ δέ τε κῶροι ὑπερποτόωνται Ἔρωτες,
Οἷοι ἀηδονιδῆες ἐφεσδόμενοι ἐπὶ δένδρων
Πωτῶνται, πτερύγων πειρώμενοι, ὄσδον ἀπ' ὄσδω.
Ὦ ἔβενος, ὢ χρυσός, ὢ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος
Αἰετώ, οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διῒ παῖδα φέροντες.
Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω·

cui etiam favent substantiva ἀρτοποιός, σιτοποιός, et alia. Kiessl.

117—120. ἐνύγρω (una voce) ἐλαίω, ut esset genitivus, correxit Reiskius, Valckenario vehementer dissentiente locumque perite eleganterque illustrante, qui etiam sequentem versum a crisi Reiskii (suspicantis, ἑρπεστὰ δὲ) et Wartoni bene copioseque vindicat. Præter fructus nimirum aderant cujuscunque generis placentæ Adonidis imagini adpositæ, a pistricibus dulciariis sic artificiose effictæ, ut animalium quorumvis figuras exprimerent. ἑρπετὰ Dorice dicuntur quævis animantia, quæ pedibus incedunt, πάντα τὰ τετράποδα. — τᾷδε, 'hic,' ad Adonidis imaginem. Koehler, τᾷδε redundare arbitrans, conjicit πάντα. — πάρεντι Brunck. nolente Valckenario. — Pro βρίθουσαι cum Brunck. Valcken. in ed. sec. dedit βρίθοισαι (in multis cdd. βρίθοντες), et vs. 120. cum cdd. et edd. prim. ὑπερποτόωνται pro ὑπερπωτῶντες. Harl. Ἄνηθον est anethum graveolens, Till. Schreb. De forma ὑπερποτόωνται conf. dicta ad Idyll. i. 38. Kiessl.

121. 122. ἀηδονιδῆες (ab ἀηδονιδεύς, 'lusciniæ pullus:'), sic recte Valcken. pro vulgata ἀηδονιῆες per cdd. propagata. [De forma δεὺς velut patronymica in pullis animantium designandis v. Valck. ad h. l. et quos citavimus ad Idyll. v. 25. Kiessl.] — ἐφεσδόμενοι pro ἐφεζόμενοι conjecit Valck. et reposuit Brunck. Idem etiam, probante Valck., Toupii correctionem ὄσδον ἀπ' ὄσδω recepit in textum. [In formis Doricis restituendis secuti sumus Brunck. cum Dahlio. Kiessl.] Idem Brunck. in renovata edit. initio versus 121. οἷον (quod habent aliquot cdd.), in fine autem δενδρέων posuit. Harl. [οἷοι est in cd. Tolet. et ed. Junt. Koenius ad Gregor. p. 265. scribit δένδρῳ, reprehensus a Valckenario. Dativus tamen non omnino repudiandus. Ita Anacr. ix. 33. κοιμωμένη δ' ἐπ' αὐτῷ τῷ βαρβίτῳ καθεύδω. — Conf. Odyss. xix. 520. sqq. et Longi Pastoral. ii. p. 156. Boden. (p. 39. Schaef.) — Pro ἐφεζόμενοι in multis cdd. est ἀεξομένων. Kiessl.]

123. 124. De οἰνοχόοις veterum v. Walch. in Actis Societ. Lat. Jenens. vol. ii. inprimis p. 137. et 139. Ganymedem Jovis pocillatorem in tabula ænea expressum videbis in Gronovii Thes. Antiqq. Gr. vol. i. lit. v. adde Mollum ad Longi Pastoral. p. 448. ed. Boden. — Apud Homer. Iliad. δ. 2. 3. 'Hebe' νέκταρ ἐῳνοχόει. at Iliad. υ. 232. sqq. Ganymedes succedit in cœlum ad illud ministerium evectus. Quum secundum fabulas vulgares una tantum aquila Ganymedem in cœlum evexisse dicatur (v. Lucian. tom. i. p. 258. et p. 208.), Valckenarius amplectitur Eldickii emendationem αἰετῶ — φέροντος· idem conjicit, poetam antecedentia sic enuntiasse: ὢ (quæ h. l. est particula admirantis) ἐβένω, ὢ χρυσῶ etc. Utrumque receperunt Brunck. et Dahl. Harl. [Male. Nonne vel poetæ vel artifici liberum fuerit hanc fabulam sic mutare, ut pro una aquila duas, vel plures adhiberet? Etiam Scholiastes hic vel duas vel plures aquilas invenit, cujus hæc est nota: ὡς πεποικιλμένων ἀετῶν ἐλεφαντίνων, καὶ βασταζόντων τὸν Γανυμήδην· atque αἰετοὶ duo cdd. et αἰετὼ (οι supra) unus, sic ut adeo pluralis reponendus videatur. Verum etiamsi Eldickii mutatio probetur, tamen reliqua, quæ mutatum it Valcken., mutanda non sunt. Nam similis est locus huic Sophocleo Ajac. 993. ὦ δυσθέατον ὄμμα καὶ τόλμης πικρᾶς. ubi v. Lobeck. Kiessl.]

125. ἄνω] scil. τοῦ κλιντῆρος, supplet Reiske, probante Valckenario. Toupius

Ἁ Μίλατος ἐρεῖ, χ᾽ ὡ τὰν Σαμίαν καταβόσκων.
Ἔστρωται κλίνα τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα·
Τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ᾽ ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις,
Ὀκτωκαιδεκέτης ἢ ἐννεακαίδεχ᾽ ὁ γαμβρός.
Οὐ κεντεῖ τὸ φίλαμ᾽· ἔτι οἱ περὶ χείλεα πυῤῥά.

contra, incisione post *τάπητες* facta, *ἄνω* ad sequentia refert, ut tapetes, qua parte sunt villosi, dicantur *ἄνω μαλακώτεροι ὕπνου·* eumque in textu sequutus est Brunck. qui tamen in notis faciliorem atque expeditiorem Valckenarii emendationem, constructionem et interpunctionem amplexus est et in alteram editionem admisit: *Πορφυρέοις δὲ τάπησιν ἄνω (μαλακωτέρος ὕπνω Ἁ Μίλατος ἐρεῖ, χὠ τὰν Σαμίαν καταβόσκων) Ἔστρωται κλίνα· τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα· Τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ᾽ ὁῤ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις.* 'Supra purpureis tapetibus (quos molliores somno Milesius dixerit et Samius) stratus est lectus: alius Adonidi formoso. Illum quidem Venus tenet: hunc vero lectum roseus' (h. e. pulcher, formosus; v. ad Anthol. Græc. Poet. p. 28. et 56.) 'occupat Adonis.' Singula fuse explicat Valckenarius. — *μαλακωτέρος* Dorice pro *μαλακωτέρους.* Formam loquendi *μαλακ. ὕπνου* (conf. supra Idyll. v. 51.), quam illustrant Toup. et Valcken., mercatores, qui tum temporis frequentes Alexandriam confluxerant, usurpare potuerunt, ut lanam suarum ovium et tapetia sua emturientibus commendarent. Adde Warton. *Τάπητες* autem simpliciter dicti fuerunt, qui ab altera tantum parte hirsuti essent et villosi (qualibus et olim conclavium pavimenta tegebantur; etiam viæ in pompis sollemnibus; aut quibus regibus esset incedendum: vid. Perizon. ad Ælian. V. H. ix. cap. iii.); *ἀμφιτάπητες* autem, qui ab utraque parte villosi (quibus superne, *ἄνω*, lecti erant contecti). Compara Catull. in Epithalam. Thetidis et Pelei v. 47. ibique Vossium p. 196. Harl. "Distinguendum videtur: *πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω* (*Ἁ Μίλατος ἐρεῖ, χὠ τὰν Σαμίων καταβόσκων*) *ἔστρωται κλίνα, τ. Ἀ. τ. κ. ἄλλα.* Jungenda enim puto, *πορφύρεοι δὲ τάπητες ἔστρωται κλίνα.* Nam quum vellet dicere, *πορφύρεοι τάπητες ἔστρωνται,* post interjectam parenthesin aliud ponit substantivum, eique verbum accommodat." Hermann. Simili modo hunc locum expedivit Ahlwardt in libello, Zur Erklärung d. Idyllen Theokrits, p. 100. sq. qui tamen Valckenarii emendationem præfert, servans *μαλακώτεροι.* — *Στρώματα Μιλήσια* memorantur Aristoph. Ran. 549. ibique duo versus Theocriti affert Scholiast. add. ibi Spanhem. item Eustathium ad Iliad. *κ.* p. 785. 55 = 698. 23. et in Dionys. Perieg. v. 823. De lana Milesia Wetsten. ad Act. xx. 29. J. H. Voss. ad Virgilii Georg. p. 598. sq. — Etiam apud Samios ovis in magno erat honore, nec tamen ob quæstum e lana, sed ob aliam rationem, quam narrat Ælian. de N. A. xii. c. xl. — vs. 128. in edd. Mediol. et Ald. est: *τὰν δ᾽ ὡ ῥοδόπαχυς Ἄ.* quam lectionem Valcken. suspicatur fluxisse ex hac: *τὰν δ᾽ ὁῤ ῥοδόπαχ. Ἄ.* hanc enim in talibus antiquam arbitratur et genuinam, quia literæ liquidæ post vocales breves vix nisi duplicatæ poterant pronuntiari. Conf. Herman. Elem. Metric. p. 46. Spitzner de Versu Heroico p. 51. Kiessl.

129. Ex lectione multorum cdd. et edd. priscarum *ὀκτωκαιδεκάτης* refinxit Reiske *ὀκτωκαίδεκα τῆς,* i. e. *αὐτῆς* (Veneris puta) *ὁ γαμβρὸς ἔχει ἔτη ὀκτωκαίδεκα.* 'Sponsus Veneris habet annos octodecim aut novendecim.' Valckenarius in textu retinuit lectionem Stephanianam, quam nos quoque reddidimus; in Adnotationibus tamen malit vel *ὀκτωκαιδεκετής* (quia Grammatici, ut Ammonius in *Τρίετες·* Suidas in *Τριακονταετής·* Moeris in *Δεκαέτες* p. 123. Thomas in *Δεκετὲς παιδίον,* nomina in *ετης* exeuntia hominis ætatem designare, contra in *έτης,* tono in penultima, desinentia, de aliarum rerum duratione adhiberi decernunt;) vel lubentius etiam legere *ὀκτωκαίδεκ᾽ ἐτῶν* (aut *ἐτέων*) *ἢ ἐννεακαίδεκ᾽ ὁ γαμβρός.* P. Fonteinio versus videbatur spurius, quem contra Valckenarius, quum sæpius in Epigrammatis annus decimus octavus vel decimus nonus commendetur, ut flos juventutis, recte pro genuino habet. — Ex cd. Vaticano hoc scholion fuit prolatum: *τὸν ἄνδρα Γαμβρὸν λέγει, ὡς οἱ Αἰολεῖς.* quem usum attigit Is. Vossius ad Catull. p. 74. Harl.

130. *κεντῆ* cum uno cd. Brunck. (Conf. Martial. Epigr. xi. 40.) Idem, quum *πυῤῥὸς* is dicatur, cui jam increvit barba genis, Adonis autem præter naturam juvenum Asiaticorum hoc peculiare habuerit, ut juvenilis genarum flos nondum deesset, prox-

Νῦν μὲν Κύπρις ἔχοισα τὸν αὐτᾶς χαιρέτω ἄνδρα.
Ἀῶθεν δ' ἄμμες νιν ἁμᾶ δρόσῳ ἀθρόαι ἔξω
Οἰσεῦμες ποτὶ κύματ' ἐπ' αἰόνι πτύοντα·
Λύσασαι δὲ κόμαν, καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι,
Στήθεσι φαινομένοις, λιγυρᾶς ἀρξώμεθ' ἀοιδᾶς.
"Ἕρπεις, ὦ φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐνθάδε, κἠς Ἀχέροντα,
Ἁμιθέων (ὡς φαντὶ) μονώτατος· οὔτ' Ἀγαμέμνων
Τοῦτ' ἔπαθ', οὔτ' Αἴας ὁ μέγας, βαρυμάνιος ἥρως,
Οὔθ' Ἕκτωρ Ἑκάβας ὁ γεραίτερος εἴκατι παίδων,
Οὐ Πατροκλῆς, οὐ Πύρρος ἀπὸ Τροίας ἐπανενθών,

ima sic scribenda esse putat: ἐπεὶ οὔ οἱ χείλ. π. [At, Valckenario referente, anno demum ætatis XXI. desierunt esse imberbes; quamquam hac in re mihi quidem nihil certi videtur definiri posse. K.] Valckenarius contra putat scribendum esse vel ἔτι οἱ περὶ χείλη (in Adnotat. χείλε') ἴουλος, vel, si vocabulum περιχείλεα, quod edit. Salamandrina h. l. dat, in usu fuerit, legendum περιχείλεα (scil. μέρη) πυῤῥά· de voc. πυῤῥὸς vid. Schol. ad Idyll. vi. 3. In repetita edit. tamen nihil mutandum arbitratur. Reiske, mutato accentu, dedit πέρι, i. e. περίεστι, 'supersunt ei adhuc malæ rutilæ,' seu 'barba in malis rutila.' At Valck. monuit, primum πέρι pro περίεστι non fuisse in usu; deinde Adonidi, decem et octo annorum adolescenti, dici non potuisse 'barbam superesse in malis rutilam.' [Potest πέρι verti 'circumcirca.' Aliquot cdd. præbent παρά. An forte legendum πάρα i. q. πάρεστι, 'sunt ei adhuc labra flava?' Kiessl.] Adde Warton. qui nihil mutat et comparato loco Tibull. i. 8. 38. intelligit primum juventæ florem, pubescentem Adonida: nisi forte scribendum putes ἔτι ὢν—πυῤῥός, qui sit nominativus absolutus pro genitivo: 'quum inciperet labra cingere prima lanugo,' sive 'barba increscere genis;' sic maturitas ætatis et flos juventutis designabuntur. Conf. v. 85. Harl.

131. 132. Pro αὐτῆς dedimus αὐτᾶς post Winterton. cum Brunck. et Valcken. — Ut hic Adonis appellatur 'Veneris maritus,' sic etiam apud Julian. in Cæsarib. p. 329. Spanhem. (p. 155. ed. Harl.), quem locum, de hortis Adonidis classicum, citat Toup. ad vs. 113. — Plures cdd. νῦν μάν. Kiessl. — 132. Reiskii crisin, quam tamen probat Warton, versu 136. novum carmen, postridie cantandum, incipere, et a poeta inepte fingi, uno spiritu id ab illa Argiva cantrice recitatum esse, Valcken. p. 191. sq. copiose refutavit, suspicans, morem fuisse, ut sequentis diei summo mane signum Adonidis a 'primariis' duntaxat 'matronis' aut a viris, quos matronæ comitarentur, ad mare deportaretur abluendum, et profanos, mulieres etiam de plebe, ab hac deductione abfuisse. Ne igitur hæ mulieres de plebe prorsus arcani essent expertes, sequenti die celebrandi, Sicyonia cantrix breve canticum, cras repetendum a religiosis cultricibus, ipso solemnis pompæ die jam decantabat. Adde interpretes ad Callim. H. in Pallad. Lav. init. et Valck. ad nostr. locum p. 409. Harl. Pro ἅμα dedimus ἁμᾶ. Kiessl.

135. 136. Pro ἀρξώμεθ' requiritur futurum ἀρξούμεθ' s. ἀρξεύμεθ'. Vers. 136. dedimus κἠς pro κ' εἰς, ut v. 147. suadente Valcken. cum Brunckio. Kiessl.

137. 139. ἁμιθέων pro ἡμιθέων Winterton et Valck. probatque Brunck. — De superlativo μονώτατος (pro quo cdd. aliquot νεώτατος, male;) conf. Fischer. ad Weller. ii. p. 111. et Valcken. in Epistolis Ruhnken. ed. a Tittmanno p. 170. — vs. 139. γεραίτατος pro γεραίτερος e cdd. reposuit Valcken. conf. xvii. 4. xxv. 48. Nos retinuimus comparativum. conf. Hermann. ad Viger. p. 717. sq. Fischer. ad Weller. ii. p. 149. iii. a. p. 327. — Pro εἴκατι tres cdd. εἴκοτι. — In hoc Priamidarum ex Hecuba numero Simonidem sequitur Theocritus; Homerus enim ad xix. nullum ausus est adjicere. vid. Iliad. ω. 496. add. Davis. ad Ciceron. Tuscul. i. 35. Kiessl.

140. Eustath. in Iliad. π. p. 1052. 32. ὁ Πάτροκλος — διττὰς ἔχει εὐθείας — Πατροκλῆς, ὡς Ἡρακλῆς· — Πάτροκλος, ὡς Ἐτέοκλος. — Mox οὐ Πύῤῥος ex cdd. dederunt Reisk. Valck. et Brunck. pro

Οὔθ᾽ οἱ ἔτι πρότεροι Λαπίθαι καὶ Δευκαλίωνες,
Οὐ Πελοπηϊάδαι τε, καὶ Ἄργεος ἄκρα Πελασγοί.
Ἵλαθι νῦν, φίλ᾽ Ἄδωνι, καὶ ἐς νέωτ᾽ εὐθυμήσαις.
Καὶ νῦν ἦνθες, Ἄδωνι, καὶ ὅκκ᾽ ἀφίκῃ, φίλος ἥξεις."
Γορ. Πραξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον. ἁ θήλεια
Ὀλβία ὅσσα ἴσατι, πανολβία ὡς γλυκυφωνεῖ.
Ὥρα ὅμως κὴς οἶκον· ἀνάριστος Διοκλείδας.
Χ᾽ ὡ ᾽νὴρ ὄξος ἅπαν· πεινᾶντι δὲ μηδὲ ποτένθῃς.
Χαῖρε, Ἄδων᾽ ἀγαπατέ, καὶ ἐς χαίροντας ἀφικνεῦ.

vulgato ἡ Πύῤῥ. — Tum ἐπανενθὼν dedimus cum Brunckio, qui sequutus videtur virum doctum in Misc. Obss. iii. p. 373. invito Valckenario, qui aurium judicio ἐπανελθὼν defendit, versumque sequentem docte illustrat, et a Reiskii Heinsiique tentaminibus vindicat. — Πρότερον aliquot cdd. Valckenario judice nihil interest, πρότεροι probemus, an πρότερον. — Δευκαλίωνες esse possunt aut Deucalionis filii (Δευκαλιωνίδαι), Hellen et Amphictyon; nam heroum nomina propria sic adhibentur pro patronymicis (conf. Schol. Pind. ad Nem. iv. 32. Hemsterhus. in Aristoph. Plut. p. 207. Valcken. ad Schol. in Euripid. Phœn. 152. et in Herodot. p. 421.); aut ipse Deucalion. Hoc malim. Sic memorantur Πηλεῖς καὶ Ἀγχίσαι καὶ Ὠρίωνες καὶ Ἠμαθίωνες a Plutarcho de Fort. Rom. p. 321. cf. Gatack. Adv. Misc. ii. c. 15. Kiessl.

142. Πελοπηϊάδαι. Utitur hac forma etiam Pindar. Nem. viii. 21. conf. Dawes. Misc. Crit. p. 173. Matthiaei Gramm. Gr. §. 100. — Ἄργεος ἄκρα i. q. αὐτόχθονες. Diversi generis sunt loci a Valckenario citati Euripid. Phœn. 433. 1251. Suppl. 118. Kiessl.

143. Ἵλαθι (quæ vera est lectio: vitiosum est ἴλα in edd. priscis, Reiskio quidem probatum) νῦν —: 'sis mihi nunc, o Adoni, atque in posterum propitius.' Conf. Spanhem. ad Callim. H. in Cerer. 139. ἵλαθί μοι, τρίλλιστε. [Formulam εἰς νέωτα tractarunt vv. dd. ad Hesychium in v. εἰς νέωτα· et ad Thom. M. p. 371.] Harl.

145. Valckenarius, Heinsium sequutus, locum sic explicat: 'res est hæc elegantior,' quam ut verbis a me possit exprimi. Argiam equidem istam fortunatam judico, quæ tam sit perita, et vehementer cantum ejus mirata dulcissimum collaudo. Toupius sic legit et distinguit: τὸ χρῆμα σοφώτερον ἁ θήλεια. Ὀλβία, ὅσσα ἴσατι· πανολβία, ὡς γλυκ. H. Vossius scribit: τί χρῆμα σοφώτερον! Hoc probo: 'quid doctius est,' sc. hoc cantu? Kiessl.

146. γλυκυφωνεῖ pro vulgato γλυκύφωνος ex aliquot cdd. dedit Valcken. γλυκυφωνῇ Brunck. In ratione interpungendi variant dissentiuntque libri atque interpretes; ego secutus sum Valckenarium. Harl.

147. κὴς Call. et Brunck. pro κ᾽ εἰς, quod recepimus. κ᾽ est pro καί. Supplendum est ἰέναι. conf. Schaefer. ad L. Bos. Ell. p. 611. sq. — Idem significant ἀνάριστος et ἄγευστος, sive ἀνακράτιστος. Schol. ad Hom. Il. ω. v. 124. ἄριστον δὲ λέγει νῦν τὸ πρωϊνὸν ἔμβρωμα, ὃ ἡμεῖς λέγομεν ἀκράτισμα. Valcken. citat Leopardi Emend. xix. c. vii. qui docuit, quid ἄριστον esset prima producta, quid ἀνάριστος et ἀναρίστητος. Kiessl.

148. 149. ὄξος ἅπαν, 'maritus meus totus quantus merum est acetum,' ex cod. Vatic. et Bened. correxerunt Valcken. et Brunck, atque Warton in notis, quos vide. Conf. Idyll. iii. 19. et hujus carminis vers. 20. ὄξος ἄγαν, vulgo. ὀξὺς ἄγαν, quod jam ab Is. Vossio et Reiskio conjectum, et Toupio illustratum est, genuinum arbitratur Dahlius. [De forma πεινᾶντι conf. Maittair. de Dial. p. 279.] — Πεινᾶντι δὲ pro πεινᾶντί γε, 'sed esuriens vel in primis est evitandus,' ex quibusdam cdd. rescripsit Valck. — μηδὲ ποτένθῃς ediderunt Reisk. et Valck., uti Casaubon. Toup. Hemsterhus. et Warton pro vulgata μηδέποτ᾽ ἔνθῃς, quam Brunck. servavit, legendum esse suaserant. Vers. ult. Valck. Winterton. atque Brunck. ἀγαπατὲ pro ἀγαπητὲ recte ediderunt. Sic Idyll. xvi. 108. ἀγαπατόν. Harl. Hunc versum Hermann. sic emendat: χαῖρ᾽, ἀγαπάτ᾽ ὦ Ἄδωνι. Kiessl.

ΧΑΡΙΤΕΣ Η ΙΕΡΩΝ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ις'.

ARGUMENTUM.

Scriptum est hoc carmen in laudem Hieronis, Hieroclis filii, regis tum eximia temperantia et moderatione, tum bellica laude, in pugnis cum Carthaginiensibus parta, præclarissimi. Procedit poeta a querelis de turpi plurimorum principum avaritia, quæ et gloriæ et laudis studium restinguat, nec eos poetas, virtutis præcones, meritis præmiis afficere sinat, quum tamen nihil sit præclarius, nihil exoptatius quam posteritatis cum laude memoria, quæ nisi poetarum studio accedente comparari nequeat. — 59. Tum ad Hieronis virtutes celebrandas progreditur ita, ut eum ex sordidorum illorum numero eximens munificentiæ et liberalitatis laude exornet. — 82. Subjiciuntur vota pro futura urbis Syracusarum incolumitate (— 97.) et Hieronis, cui illæ invidendam suam felicitatem debeant, famam per omnem terrarum orbem illustrem fore auguratur. — 103. In poematis exitu Gratias invocat rogatque, ut carminibus suis gratiam inter homines concilient. — Scriptum est hoc carmen tempore belli Punici, postquam Hiero jam fœdus cum Romanis junxerat. — Est carmen epicum, encomii speciem referens. — Bene de eo meritus est Ahlwardtus in libro, Zur Erklärung der Idyllen Theokrits, p. 161. sqq.

Αἰεὶ τοῦτο Διὸς κώραις μέλει, αἰὲν ἀοιδοῖς
Ὑμνεῖν ἀθανάτους, ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν.
Μῶσαι μὲν θεαὶ ἐντί, θεοὺς θεαὶ ἀείδοντι·

Errant, qui carmen hoc elegantissimum, in quo Theocritus communem caussam poetarum agit, satiram esse putant in Hieronem, regem Syracusiorum, posteriorem. E contrario auctor primum conqueritur de animo regum principumque in Musas iniquo atque ingrato, ut impensius deinde Hieronis liberalitatem et magnificentiam laudet atque commendet: tum pro salute victoriaque Hieronis et pace vota concipit. Conf. Casauboni Comment. in Polybium p. 771. sqq. tom. i. edit. Ernesti. — In Analectis Brunckianis est Idyllium xvii. Harl.

1. 2. εἴ τοι τοῦτο — ἀοιδαῖς ex cdd. quibusdam et edd. Ald. Salamandr. Farr. revocavit Reiske. Vulgata, quam reddidit etiam Brunck., et Valckenarius servavit, est a Calliergo et Stephano. Valckenar. tamen κώραις, ut magis Doricum, dedit. — Vers. 2. ἀθανάτως Winterton. et Brunck. — κλέα ἀνδρῶν, 'gloriosa gesta virorum fortium,' est ex Hom. Il. ix. 189. 524. Odyss. viii. 73. Μοῦσ' ἄρ' ἀοιδὸν ἀνῆκεν ἀειδέμεναι κλέα ἀνδρῶν. Harl.

Ἄμμες δὲ βροτοὶ οἵδε, βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμες.
Τίς γὰρ τῶν ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ' ἀῶ,
Ἀμετέρας Χάριτας πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ
Ἀσπασίως, οὐδ' αὖθις ἀδωρήτως ἀποπέμψει;
Αἱ δὲ σκυζόμεναι γυμνοῖς ποσὶν οἴκαδ' ἴασιν,
Πολλά με τωθάσδοισαι, ὅτ' ἀλιθίαν ὁδὸν ἦνθον·
Ὀκνηραὶ δὲ πάλιν κενεᾶς ἐπὶ πυθμένι χηλῶ

4. 5. Reiske ex Ald. exemplo reddidit *βροτοί. οἱ δὲ βρ.* — *ἀείδοντι.* [Hoc *ἀείδοντι*, quod in plurimis cdd. et antiquis edd. extat, recepit etiam Schaefer. Kiessl.] Ego vero vel Koppiersii emendationem propositam in Observ. Philolog. p. 63. *ἀειδώντι*, quam reddidit Valckenarius, amplectendam [Solœce sic dici, monuit cum Porsono ad Euripid. Hecub. 431. Schaeferus. Kiessl.], vel in vulgata acquiescendum, atque, ut *γὰρ* in sequenti versu habeat, unde pendeat, quædam supplenda censeo: 'nos mortales celebremus mortales,' quamquam non remunerati: 'quis enim,' etc. Reiske versu quinto initium ipsius carminis et superiores versus quasi præfationem esse putat, *γὰρ* per se stare, ut Latinum ec in 'ecquis,' vel 'tandem:' 'quis tandem.' atque *γὰρ* orationis initio paulo vehementioris sæpius poni, nec aliquid habere, ad quod referatur, multis verbis probavit Klotz ad Tyrtæum p. 5. sqq. — *Τίς δ' ἄρα τῶν ὁπόσοι* —: 'celebremus homines. bene et recte illud quidem. sed quid refert? Pro carminis accepto beneficio quis hominum præmium debitum unquam rependet?' conjecit Warton, et Brunck ita rescripsit. [Nos vers. 4. primum restituimus lectionem et interpunctionem edit. Commelin., *οἵδε* pro *οἱ δὲ*, commate post *οἵδε* posito, quod *δεικτικῶς* est accipiendum; vid. Schaeferi Melet. Crit. p. 77. sq.; quam rationem et usui loquendi et rhythmi elegantiæ convenientissimam etiam H. Vossius commendavit (Gerhardus tamen in Lection. Apollon. p. 213. tuetur interpunctionem vulgarem); tum *ἀείδωμες*, quod etiam Scaliger in Emendatt. p. 234. maluerat, ex pluribus cdd. cum Gaisfordio rescripsimus. Versu 5. *γάρ*, licet oratio paulo sit abruptior, qualis quidem decet poetam indignantem, genuinum esse, docet vs. 13. sq. ubi oratio instituta velut post parenthesin resumitur. Conf. de *γὰρ* Hermann. ad Viger. p. 829. n. 300. Kiessl.] Brunck. dedit etiam *ναίοντι* pro *ναίουσιν*. Harl.

6. 7. *ἀμετέρας* — *ἀδωρήτως* pro *ἡμετέρας* — *ἀδωρήτους* dederunt Valck. et Brunck. ex cdd. Flor. anteaque probaverat Koppiers Obss. Phil. p. 63. Prius etiam Winterton habet. Harl. "*Χάριτας. τὰ οἰκεῖα ποιήματα.* Carminibus suis poeta tribuit, quæ Gratiis tribuenda erant. Similem habes *προσωποποιΐαν* ap. Horatium i. Epist. xx. ubi Epistolarum suarum volumen cum puella, in publicum prodire gestiente, comparat." Jac. *πετάσας*, ut *ἀνοίξας*, scil. *τὴν θύραν.* Tres cdd. præbent *κόλπῳ* pro *οἴκῳ.* unus *ἀποπεμψῇ.* Kiessl.

8. *σκυζόμεναι*, Stephan. vertit 'iratæ.' Schol. ita explicat: *λοιδοροῦσαι· τὸ σκύζειν κυρίως ἐπὶ λέοντος, ὅταν τὸ ἐπισκύνιον χαλάσῃ ὀργιζόμενος. λέγεται δὲ ἡ τῶν ὀφρύων κάθεσις ἐπισκύνιον. τοῦτο δὲ ποιεῖ ὁ λέων, ὅταν κυσὶ κυκλωθῇ καὶ μέλλῃ πολεμεῖν αὐτοῖς.* Harl. Conf. de hoc verbo Lexica Riemeri et Schneideri. Prorsus aberrat ab hujus loci sententia Reiskius, quem sic explicat: 'quo fiat, ut illæ necesse habeant domum reverti.' Imo poeta id significat, quod ipse hoc sæculo a Musis alieno jam antea expertus erat; nam *ὅτ'* non est *ὅτι*, sed *ὅτε*, 'indignantur, quando frustra viam confecerunt.' Kiessl.

9. 10. Reiske ex Aldino exemplari revocavit *ὅτ' ἀλητείην ἦνθον* (quod etiam in cod. Card. Ottoboni et nonnullis aliis reperitur), 'quod viam iverunt erraticam, speque sua exciderunt,' et supplet *ὁδόν*. Ego vero servavi lectionem vulgatam eamque molliorem, a Brubach. et H. Steph. editam et a Toupio vindicatam: *ὅτ' ἀλιθίην ὁδὸν ἦνθον*, 'quod iter fecerunt infructuosum.' Schol. reddit: *ματαίαν, ἀλλοτρίαν, πεπλανημένην, ἀπὸ τοῦ ἀλῶ, τὸ πλανῶ.* Brunck. et Valck. rectius forsan *ἀλιθίαν.* — Vs. 10. *χηλῷ* Brunck. Winterton atque Valcken. Harl. De *χηλὸς* Eustathius ad Iliad. π. p. 1072. 49. *χηλὸν κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὴν κιβωτόν φασιν οἱ Λάκωνες· Βουτεάδαι δὲ Λάρνακα· Μιτυληναῖοι δὲ Ἀντίπηγα.* v. Valcken. ad Adoniaz. p. 334. A. — Pro *ἐπὶ* dat ed. Junt. cum duobus cdd. *ἐν.* — Simonideum colorem habet hic locus, quod patet ex Plutarcho Moral. t. iii. p. 93. ὁ

Ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι,
Ἔνθ' αὔη σφίσιν ἕδρα, ἐπὰν ἄπρακτοι ἵκωνται.
Τίς τῶν νῦν τοιόσδε; τίς εὖ εἰπόντα φιλασεῖ;
Οὐκ οἶδ'· οὐ γὰρ ἔτ' ἄνδρες ἐπ' ἔργμασιν, ὡς πάρος, ἐσθλοῖς
Αἰνεῖσθαι σπεύδοντι· νενίκανται δ' ὑπὸ κερδέων.
Πᾶς δ', ὑπὸ κόλπω χεῖρας ἔχων, πόθεν αὔξεται, ἀθρεῖ
Ἄργυρον· οὐδέ κεν ἰὸν ἀποτρίψας τινὶ δοίη·
Ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται, ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμα·
Αὐτῷ μοι τι γένοιτο· θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδούς·

Σιμωνίδης ἔλεγε, τὰς κιβωτοὺς ἀνοίγων διὰ χρόνου, τὴν μὲν τῶν μισθῶν, ἀεὶ μεστήν, τὴν δὲ τῶν χαρίτων, εὑρίσκειν κενήν· quem locum citat Schaeferus. Kiessl.

11. Ad penuriæ et egestatis significationem facit epitheton ψυχρός. Aristoph. Plut. 263. ὁ δεσπότης γάρ φησιν, ὑμᾶς ἡδέως ἅπαντας ψυχροῦ βίου καὶ δυσκόλου ζήσειν ἀπαλλαγέντας. — De tristium positu, qui hic Gratiis tribuitur, conf. Boettigerum in Ilithyia, p. 44. sq. Kiessl.

12. σφιν edd. Ald. Call. cum multis codicibus. [Pro αὔη in quatuordecim cdd. est αὔαι, quæ lectio non est inepta. alii αὔην et αὔει. K.] — ἕδρα pro ἕδρη Brunck. et Valck. [plures cdd. ἕδραι, et tres ἄπρηκται.] — ἵκωντι Steph. e cdd. [in multis est ἵκοντι.] ἵκοντι edd. priscæ; ἵκωνται, rectius, Brunck et Valck. [cum quinque cdd.] jussitque Koppiers l. m. quem vide. [Conf. ad Idyll. xv. 82.] De vocab. αὖον [cum quo conferes Idyll. i. 51. ἐπὶ ξηροῖς καθίξειν· et Idyll. viii. 44. ξηρός. K.], quod sæpius dicitur 'exhaustum bonis et evolutum,' v. Kuster. ad Aristophan. Thesmoph. vers. 853. et Hemsterhus. ad Timon. sect. 8. tom. i. p. 115. ubi nostrum locum sic interpretatur: 'ibi Gratiis nostrum aridum est minimeque locupletatum domicilium, quum nudis pedibus nullisque muneribus auctæ domum redeunt, inque cistæ fundum tristes se recondunt.' Harl. ἐπὰν — ἵκωνται h. l. est, 'postquam redierunt' (ut antea, ὅτε ἦνθον), non, 'postquam redierint.' Sic Iliad. ii. 228. εὖτ' ἂν πτολίεθρον ἕλωμεν 'quando urbem cepimus.' Kiessl.

13. Pro τοιόσδε ὥστε φιλεῖν τὸν εὖ εἰπόντα. Sic plane Sophocl. Œd. T. 1478. ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς, Τίς οὗτος ἔσται; τίς παραῤῥίψει, τέκνα, Τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων; Jacobs.

14. 15. ἐπ' ἔργμασιν pro vulgata ἔργοις Brunck. cum Valckenario. Idem Brunck. ἐσλοῖς ex Ms. Flor. dedit; quam formam, ut jam supra (vii. 4.) vidimus, Valckenar. non tamquam Theocriteam agnoscit. [Corruptæ h. l. in cdd. prostant hæ lectiones: ἔργασιν· ἔργοισιν· εἴγασιν· ἔργοισι.] ἔργματα sunt 'res.' v. Koppiers. l. m. p. 64. — Quod vs. seq. Brunck. et Valck. dederunt νενίκανται pro νενίκηνται, est in duob. cdd., in uno νενίκαται. Harl.

16. 17. κόλπω pro κόλπου Winterton, Valck. et Brunck. cum quatuordecim cdd. et ed. Flor. Sensus: nemo aliquid largitur. vid. Koppiers. — αὔξεται — Ἄργυρος ex quinque cdd. (in aliis est αὔσεται·) et primis edd. cum Reiskio, Koppiersio, Brunckio et Valcken. revocavi pro vulgata οἴσεται — Ἄργυρον, quæ a Call. Junt. et Steph. in textum venit. Comp. Horat. iii. 16. 17. Warton in Add. laudat Valck. post Hippolyt. Diatr. cap. xvi. p. 169. Harl.

18. 19. κνάμα Winterton et Brunck. Vulgatum κνήμα, a Callierg. profectum [κνήμα etiam Junt., κνάμας quindecim cdd. apud Gaisford. K.] cum Valcken. retinui. Sententiam proverbii, 'quilibet sibi est proximus,' jam Scholiastes vidit. In alia omnia abiit Reiske, qui lectionem Aldinam, mutata tantum interpunctione, in textum recepit: μυθεῖται ἀποτέρω, ἢ γόνυ κνήμας, ut hæc sit sententia: si cui carmen laudibus ejus celebrandis factum offero, statim ille mihi dorsum obvertit, et loquitur mecum averso vultu, pari modo atque suræ a genu aversæ sunt. Cicero hoc proverbium lib. xvi. Ep. ad Divers. ep. xxiii. laudans, γόνυ κνήμης scripsit. [conf. ad locum Cicer. Manut. Plene apud Athenæum ix. 383. γόνυ κνήμης ἔγγιον.] — Vs. seq. ἀοιδῶς ed. Winterton. et τιμῶντι ἀοιδοὺς Brunck. Harl.

Τίς δέ κεν ἄλλου ἀκούσαι; ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος·
Οὗτος ἀοιδῶν λῷστος, ὃς ἐξ ἐμεῦ οἴσεται οὐδέν.
Δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μύριος ἔνδοθι χρυσὸς
Κείμενος; οὐχ ἅδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις·
Ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν·
Πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι παῶν, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλων
Ἀνθρώπων· αἰεὶ δὲ θεοῖς ἐπιβώμια ῥέζειν·
Μηδὲ ξεινοδόκον κακὸν ἔμμεναι, ἀλλὰ τραπέζᾳ
Μειλίξαντ' ἀποπέμψαι, ἐπὰν ἐθέλητι νέεσθαι·
Μουσάων δὲ μάλιστα τίειν ἱεροὺς ὑποφήτας·
Ὄφρα καὶ εἰν ἀΐδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς,
Μηδ' ἀκλεὴς μύρηαι ἐπὶ ψυχρῶ Ἀχέροντος,
Ὡσεί τις μακέλᾳ τετυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας
Ἀχὴν, ἐκ πατέρων πενίαν ἀκτήμονα κλαίων.

20. 21. Versum **20.** qualem dedimus, constituit Calliergus. Aldina et Flor. lectio, cui favere videtur Reiske, hæc est: *τίς δέ κεν αὖθις ἀκοῦσαι ἄλλου. πάντεσσιν Ὅμηρος.* Koehlerus sic emendat: *τίς δέ κεν ἄλλου ἀκούσαι αὖτις; πάντεσσιν Ὅμηρος.* — Vs. 21. Brunck. *ὁ δ' ἐξ ἐμεῦ.* Harl.

22. 23. De hoc particulæ *δὲ* usu post vocativum vid. Porson. ad Euripid. Orest. v. 614. Kiessl. vs. 23. *ὧδε* multi cdd. Ald. Reisk. Brunck. *ἅδε* Callierg. Steph. Warton. Valck. aliique. — *πλούτω* Winterton. Harl.

24. Ad infinitivos *δοῦναι, ἔρξαι,* etc. intellige *δεῖ.* Locutio *ψυχῇ δοῦναι* est Latin. 'genio dare.' (unde 'genio indulgere;' vid. Voss. ad Virgil. Georg. p. 145. sq.) Jacobsius, cui *ἀοιδῶν* ab hoc loco alienum videtur, malit *ἀέθλων*: probabile enim esse, poetam in hac enumeratione impensarum, regia dignarum munificentia, nec sumtus in certamina faciendos prætermisisse. Hac mutatione omnis hujus loci vis infringitur; nam ex vulgata vs. **29.** oratio ad sententiam hoc versu **24.** propositam sic redit, eam ut majori vi repetat. — Aliquot cdd. *ποῦ* pro *καί.* Kiessl.

25. *πολλὼς* bis Wintert. — Pro *παῶν* Valcken. malit *πηῶν* in Animadv. ad Ammon. p. 188. *πηὸς* est 'cognatus.' vide Schol. ad Homeri Odyss. viii. 581. adde Dammii Lexic. Gr. p. 1845. et Valck. ad Euripid. Phœniss. v. 431. p. 159. sq. Harl. Pro *ἔρξαι* Schottus (Obss. p. 98.) e cd. Tolet. attulit *ῥέξαι*· quod non deterius. Kiessl.

26. 27. *ῥέσδειν — τραπέσδᾳ* Brunck. *τραπέζᾳ* pro *τραπέζῃ* Valck. ex uno cod. Harl.

28. 29. *ἐθέλωντι* Stephan. ex Florentina, Winterton, placetque Valckenario. Vitiosum est *ἐθέλοντι,* quod habent edd. Brunckii, Stephani minor, Commel., Warton. *ἐθέλητι* (ad quod ex prægresso *ξεινοδόκος* subaudiendum *ὁ ξένος*) cod. Ottob. cum tribus aliis, edd. Ald. aliæque priscæ; unde revocarunt Reiske et Valcken. tanquam lectionem exquisitiorem: unde male conjicit Warton *ἐθέλῃ τι,* h. e. *διά τι.* Koppiers suadet *ἐθέλῃσι,* et fundum hujus loci indicat Homeri Odyss. xv. 68. sqq. — Mox Brunck. *Μωσάων.* Harl.

30. *ὄφρα κε κ' εἰν* Ald. Call. Reiske, Warton, alii. *ὄφρα καὶ εἰν* edd. Flor. Steph. Winterton. Valcken. Brunck. [cum multis cdd. Idem scribendum esse monuit etiam Toup. in Appendicula, citato loco Hom. Odyss. λ. 210. *ὄφρα καὶ εἰν Ἀΐδαο φίλας περὶ χεῖρε βαλ.* In uno cd. est *ὄφρα κήν.* Kiessl.] Atque Valck. maluit *καὶ εἰν* jam ad Euripid. Phœniss. v. 277. — *ἐσθλὰ* cum uno cd. Call. et Reiske; *ἐσθλὸς,* rectius, Ald. et reliquæ edd. [Theocrit. xxix. 21. *ἀγαθὸς — ἀκούσεαι.*] Valcken. ad Phœniss. l. c. multis veterum locis ostendit, *καί,* junctum participiis, poni sæpius pro 'quamvis,' 'tametsi.' Harl. Adde de hoc usu particulæ *καὶ* etiam Matthiaei Gram. Gr. §. 566. 3. Kiessl.

31 — 33. *ψυχρῶ* pro *ψυχροῦ* Winterton, Valck. Brunck. — *Δειν̀ὴν ἐκ πατ.* hæc est lectio omnium fere edd., quam tuetur

Πολλοὶ ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις καὶ ἄνακτος Ἀλεύα
Ἁρμαλιὰν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο Πενέσται·
Πολλοὶ δὲ Σκοπάδαισιν ἐλαυνόμενοι ποτὶ σακὸν
Μόσχοι σὺν κεραοῖσιν ἐμυκάσαντο βόεσσιν·
Μυρία δ' ἂμ πεδίον Κρανώνιον ἐνδιάασκον
Ποιμένες ἔκκριτα μᾶλα φιλοξείνοισι Κρεώνδαις·

ıp. nisi quod legendum putat δειλὴν ἐκ r. κάκτήμονα, 'duram pauperiem et antam.' δειλὰν scripsit Winterton. δειλὴν it Warton. Reiske vero, Valck. et inck receperunt Ἀχὴν, ἐκ πατ. 'pau-,' 'egenus aliquis, cui manuum palmæ o a ligone orto sunt plenæ.' Atque laudat et commendat hanc lectionem ppiers in Observ. Philol. p. 68. illam vocem rarissimam jam margo Stephani Florentina dat. Quin illud in codd. in ὴν depravatum esse, ait Brunck; glos- vero in Vaticano, μὴ ἔχων τι, veram astrare lectionem: ἀχὴν denique contum esse ex ἀεχὴν, unde prima sit ga. Idem Brunck scripsit πενίαν pro ἰην, quod Winterton jam reposuerat. RL. Dahlius retinuit vulgatam lectio- a δειλὴν, quam ei Ahlwardtus (p. 172.) ie videtur defendisse. At, ut mihi quin videtur, eam non sic defendit, ut prænda sit alteri lectioni ἀχὴν, quam sex L. apud Gaisford. liquido exhibent. Disguendum autem est cum Jacobsio post ὴν sic proxima continent uberiorem ionis ἀχὴν amplificationem. Hesychius: ·ἡν· ἄπορος. Ἀχῆνες· πένητες. Ἀχηνία· ɔρία. De locutione ἐκ πατέρων vid. ad ʒll. 17. 17. Kiessl.

34. Aleuas, rex Thessaliæ ex antiquisa, nobilissima et ditissima familia. le Casaub. ad h. l. in Lectt. Theocr. et rodot. lib. vii. 6. p. 507. sq. ibique not. lcken. Goens in Disput. de Simonide, ajecti ad Rhen. 1768. cap. iii. sect. x. p. . Harl. — πολλοὶ δ', quatuor cdd. essl.

35. ἁρμαλ. ἔμμ. h. e. 'demensum,' e portionem menstruam. Notum vero , antiquos per dispensatorem servis suis tiri solitos esse certum modum frumenti igulis mensibus. v. Pignor. de Servis cap. iii. A multitudine igitur servorum, qui um acceperunt, æstimat poeta veterum ɔrum Thessalorum opes atque magnifintiam. Adde Warton. — ἁρμαλιὰν pro μαλιὴν Winterton. Valcken. Brunck. ARL. — ἐμετρήσαντο i. e. μέτρημα ἔλαβον. c' Hesiod. Op. 349. εὖ μὲν μετρεῖσθαι ρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι. Conf. Toupium in Appendicula, qui de Penestis Thessalorum citat Schol. ad Aristoph. Vesp. 1263. Valcken. ad Ammon. p. 192. Adde Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 212. et Mori Indic. ad Xenophont. H. Gr. Kiessl.

36. 37. De Scopadarum nobili et fortunata familia Thessalica disserit Perizon. ad Ælian. H. V. xii. p. 717. ed. Gronov. sed compara Goensii Disp. de Simonide p. 95 —104. Quidam Scopas, Simonidis æqualis, nobilitatus est ruina domus suæ. v. Cicer. ii. de Orat. 86. et Quintil. Inst. Or. xi. 1. sect. 14. sqq. adde interpretes ad Callim. Fragm. 71. p. 443. Plutarch. in Vit. Cim. c. 10.—Σκοπάδεσσιν Ald. [et sic sex cdd. apud Gaisford. probatque Brunckius in notis hanc lectionem, quam Valcken. ex vitiosa pronunciatione natam, et Brunck. ipse ad Apollon. Rh. iii. 578. mendosam esse recte judicat. Vid. ad Idyll. xxi. 3. Kiessl.] quam lectionem haud spernendam esse putat Reiske, quum secundum Scholiast. ad Idyll. i. 95. Dores eos nominativos plurales, qui alias in αι exeant, et primæ sint declinationis, in ες forment exeuntes.—Quidam cdd. habent σακούς· inde Brunck, probante Valcken., fecit σακός.—Idem Brunck. cum Valckenario vers. sq. pro vulgato κεραοῖσιν ex multis cdd. Florent. κεραῇσιν. Harl. [Nos scripsimus κεραοῖσιν, quod maluit Reiskius, et ἐμυκάσαντο pro ἐμυκήσαντο cum Brunckio ex duobus cdd. quod etiam Koppiers. p. 67. suasit. Kiessl.]

Ζηνός που τόδε σᾶμα. Διὶ Κρονίωνι μέλοντι
Αἰδοῖοι βασιλῆες· ὁ δ' ἔξοχος, ὅν κε φιλάσῃ
Γεινόμενον ταπρῶτα· πολὺς δέ οἱ ὄλβος ὀπαδεῖ.
Πολλᾶς μὲν κρατέει γαίας, πολλᾶς δὲ θαλάσσας.
Μυρίαι ἄπειροί τε καὶ ἔθνεα μυρία φωτῶν

Meropis patrem, Coi regem hic intelligit etiam Spanhem. ad Callim. H. in Del. vs. 160. p. 492. ed. Ern. At Τρίοπτον multi cdd. et Ald. Τρίοπον Callierg. aliique et Reiske, qui τρίοπον vel τρίοπτον κολώναν intelligit montem trium quasi facierum, aut qui tribus a regionibus vel lateribus conspici potest: quam explicationem confirmari dicit Callim. H. in Cerer. versu 31. (Τριόπῳ δ' ὅσον, ὀκκόσον Ἕννᾳ·) ad quem vide interpretes, præcipue Spanhem. Idem Reiske laudavit Salmasii Commentar. ad Inscription. Herodis Attici p. 33. sqq. ed. Crenii, ubi multa de Triope ejusque cultu disputantur. Harl.

69. Ἡ τῶν Δωριέων πεντάπολις, Λίνδος, Ἄλυσος, Κάμειρος, Κῶς, Κνίδος. Ἄγεται δὲ κοινῇ ὑπὸ τῶν Δωριέων ἀγὼν ἐν Τριόπῳ, Νύμφαις, Ἀπόλλωνι, Ποσειδῶνι· καλεῖται δὲ Δώριος ὁ ἀγών, ὡς Ἀριστείδης φησί. Schol. Adde Siebelis. observation. in Hellenicis ab ipso editis p. 353. sq. Kiessl.

70. Ῥήναιαν. Thucyd. iii. 104. ἀπέχει ἡ Ῥήνεια τῆς Δήλου οὕτως ὀλίγον, ὥστε Πολυκράτης ὁ Σαμίων τύραννος, ἰσχύσας τινὰ χρόνον ναυτικῷ, καὶ τῶν τε ἄλλων νήσων ἄρξας, καὶ τὴν Ῥήνειαν ἑλὼν, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ, ἁλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον. vide interpretes ad h. l. Dictam esse insulam Ῥήνην, Ῥήναιαν et Ῥήνειαν, monuit Toupius, qui laudat Dorvill. in Miscell. Obss. vii. p. 108. Adde interpretes ad Pompon. Mel. ii. vii. 11. Kiessl. — Reiske ingeniose quidem, at contra metrum et parum necessario, conjicit Ἶσον Κυρηναίαν· nam, ut opinatur, Apollini caram fuisse Rhenæam non constare, Cyrenen contra, quæ et ipsa Ptolemæo parebat (unde opportunam adulandi occasionem arripuerit) inprimis huic deo consecratam fuisse notum esse. De insula Rhenæa v. Strabon. libr. x. p. 744. ed. Almel. At Rhenæam quoque sub imperio et tutela Apollinis fuisse commode docet Warton ex Hymno Homerico in Apollinem vs. 44. et Athen. iv. 173. Harl. Pro vulgato Ἶσον cum Valcken. aliisque ex cd. Paris. Ὅσσον recepimus. Kiessl.

72—75. Aquilam in nummis Ptolemæorum sæpius cerni, monuit Warton.—Ζανός—σᾶμα Brunck. [σᾶμα est in pluribus cdd. hinc reposuimus. vs. 72. pro ὑπαὶ Brunck. cum Reiskio scripsit ὑπέκ, quod, quum præcedat ὑψόθεν, certe non est necessarium. Reperitur tamen in duobus cdd. In Florent. est: νεφέων μέγας αἰετὸς αἴσιος ὄρνις· atque illud μέγας pro Διὸς multi præbent codices. K.]—Idem et Reiskius bene revocarunt lectionem Aldinam, codicum fide corroboratam, μέλοντι Αἰδοῖοι βασιλῆες, pro vulgata μέληται [μέλοντο tres cdd. Si scripseris Κρονίωνι μέλοντο βασιλῆες, locus convenit cum recentiorum ratione loquendi. vid. Huschk. de Orphei Argonaut. p. 26. At nostro loco unice vera est lectio μέλοντι, quam ex tredecim cdd., ex edd. Med. et Ald. enotavit Gaisford. Kiessl.] αἰδοίου βασιλῆες. Reges enim et imperatores, ab Homero διοτρεφέες dicti, in Jovis tutela fuisse constat. vid. Spanhem. ad Callim. H. in Jov. 79.—ἐξόχος, accentu in penultima posito, ut sit adverbium pro ἐξόχως, malit Reiske, qui vertit: 'cum omnes Jovi sint cari reges venerandi, tum vero inprimis ei carus est ille, quem,' etc. φιλάσῃ Brunck et Valck. pro vulgato φιλασεῖ. [In cdd. est φιλασῇ, φιλασσῇ, φιλήσῃ.]—et mox ὀπαδεῖ cum uno cod. pro ὀπηδεῖ Brunck atque Valcken.—Γεινόμενον ταπρῶτα, 'simul ac natus est' [Potius: 'gleich bei der Geburt;' ut εὐθὺς cum participio usurpatur. conf. Matthiaei Gram. Gr. §. 556. 6. Kiessl.], formula ducta est ex Homero Iliad. vi. 345. 489. sic etiam Callim. H. in Dian. 23. ubi vide Ernesti. Lav. Pall. 105. Harl.

76. γαίας—θαλάσσης pro γαίης—θαλάσσης Brunck cum uno cd. Initio versus πολλᾶς μὲν pro πολ. δὲ Valcken. ex edit. Flor. reposuit. Harl.

Λήϊον ἀλδήσκουσιν ὀφελλόμενον Διὸς ὄμβρῳ·
Ἀλλ' οὔτις τόσα φύει, ὅσα χθαμαλὸς Αἴγυπτος,
Νεῖλος ἀναβλύζων διερὰν ὅτε βώλακα θρύπτει.
Οὐδέ τις ἄστεα τόσσα βροτῶν ἔχει ἔργα δαέντων.
Τρεῖς μέν οἱ πολίων ἑκατοντάδες ἐνδέδμηνται,
Τρεῖς δ' ἄρα χιλιάδες τρισσαῖς ἐπὶ μυριάδεσσιν,
Δοιαὶ δὲ τριάδες, μετὰ δὲ σφίσιν ἐννεάδες τρεῖς·
Τῶν πάντων Πτολεμαῖος ἀγάνωρ ἐμβασιλεύει.
Καὶ μὴν Φοινίκας ἀποτέμνεται, Ἀρραβίας τε,
Καὶ Συρίας, Λιβύας τε, κελαινῶν τ' Αἰθιοπήων·
Παμφύλοισί τε πᾶσι καὶ αἰχμηταῖς Κιλίκεσσιν
Σαμαίνει, Λυκίοις τε, φιλοπτολέμοισί τε Καρσίν,
Καὶ νάσοις Κυκλάδεσσιν· ἐπεί οἱ νᾶες ἄρισται

78. Ἀλδήσκουσιν. Eratosthenes ii. v. 16. ἄμφω εὔκρητοί τε καὶ ὄμπνιον ἀλδήσκουσαι Καρπὸν Ἐλευσινίης Δημήτερος. Zonaras Lex. c. 135. Ἀλδήσκω· τὸ αὐξάνω. c. 137. Ἀλδήσκω· τὸ ποτίζω καὶ αὔξω. In Suida, quod jam Henr. Stephanus Thes. i. c. 312. A. maluit, scribendum t. i. p. 101. Ἀλδήσκω· τὸ αὐξάνω. Vulgatæ in hoc Lexicographo scripturæ, Ἀλδίσκω, Schneiderus, quod nollem, tantum tribuit, ut etiam in Theocrito ἀλδίσκουσιν legendum censeret Lex. Gr. v. ἀλδαίνω. Conf. Albert. ad Hesych. t. i. c. 220. Schaef. ἀλδίσκουσιν habent duo Theocriti cdd. ἀλδήσκοντι Brunck. Kiessl.

79. 80. φύῃ Brunck cum duobus cdd. Idem χθαμαλὰ cum octo cdd. (χθαμαλὴ Callierg.) Vulgatam et priscarum edd. lectionem, a Valckenario quoque probatam, in textu reddidi. Est pars Ægypti quæ Delta dicitur. Reiske tamen præter necessitatem ex ingenio rescripsit χθαμαλῆς Αἰγύπτου. Warton conjecit χθαμαλὰ (scil. γῆ) Αἰγύπτου, 'Ægypti pars depressior,' 'inferior.' Compara Tibull. i. 7. 23. sqq. Harl. Recte hic legi indicativum θρύπτει, ubi de re certa fierique solita sermo est, monuit Hermann. ad Viger. p. 917. Brunck. dedit ὄκα. Kiessl.

82. πόλις est nomen commune locis omnibus, ubi homines communione quadam civili inter se juncti vivunt; majora sint an minora illa loca, oppida an vici, perinde est. Reisk. Conf. Beckii Anleitung zur genauern Kenntniss der allgem. Welt- u. Völker-Gesch. vol. i. P. i. p 763. duo cdd. πτολίων. Kiessl.

84. ἐννεάδες. Sic cod. Flor. Vulgo ἐνδεκάδες. Sunt πόλεις 33333. Ita etiam Scholiastes legit, modo cum Casaubono restituas quod in Scholio numerale excidit: Ὁμοῦ γὰρ πᾶσαι αἱ πόλεις τρισμύριαι τρισχίλιαι [τριακόσιαι] τριάκοντα τρεῖς. Apparet, quid centenarium numerum eliserit. Schaefer. Etiam ex tribus cdd. ἐννεάδες Gaisford. enotavit. Ad Scholia notatur in cd. Florent. γγτλθ. facile θ et ϛ potuerunt confundi. Apud Tzetzen Chil. iii. 74. ἐννέα καὶ τρεῖς. Præpositio μετὰ cum dativo 'præter,' ut Idyll. i. 39. Kiessl.

85. τῶν πάντων. Neutrius est generis. Aristophanes Γεωργ. iv. συκᾶς φυτεύω, πάντα πλὴν Λακωνικῆς. Conf. Theocrit. Epigr. i. v. 3. 4. et vid. Dorvill. ad Chariton. p. 571=549. Schaef.

86. ἀποτέμνεσθαι, 'auferre,' tum 'ablatum possidere,' denique 'continere,' s. 'habere.' v. Siebelis. ad Hellenica p. 227. Duo cdd. ναὶ μὴν, unus Ἀραβίας· neque opus videtur, ut ρ duplex ponatur. Vid. Valcken. ad Adoniaz. v. 125. et Spitznerum de Versu Græcorum Heroico p. 51. K.

87—90. Συρίας, Λιβύας—σαμαίνει—φιλοπτολέμοισί τε Καρσὶ pro Συρίης, Λιβύης—σημαίνει—φιλοπτολέμοις τε Κάρεσσι Brunck et Valcken. atque ultima verba φιλ. Καρσὶ jam Barnes. ad Homeri Iliad. ix. 378. sic correxerat. [Ex cdd. sic legendum esse monuit etiam Dorvillius Obs. Misc. vii. p. 41.]—Schrader in libro Emendatt. præf. p. 20. corrigit Παμφύλοισι pro Παμφυλίοισι, quia syllaba φυ producitur; sicque postea correctum dedit Valcken.—νάσοις unus cd. v. Ernesti ad Callim. H. in Delum 66. sed νάσοις retinendum esse, ait Valckenarius. Harl. ἄριστοι octode-

Πόντω ἐπιπλώοντι· θάλασσα δὲ πᾶσα καὶ αἶα
Καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ.
Πολλοὶ δ' ἱππῆες, πολλοὶ δέ οἱ ἀσπιδιῶται
Χαλκῷ μαρμαίροντι σεσαγμένοι ἀσφαραγεῦντι.
Ὄλβῳ μὲν πάντας καταβεβρίθει βασιλῆας·
Τόσσον ἐπ' ἆμαρ ἕκαστον ἐς ἀφνεὸν ἔρχεται οἶκον
Πάντοθε. λαοὶ δ' ἔργα περιστέλλουσιν ἕκηλοι.
Οὐ γάρ τις δηΐων πολυκήτεα Νεῖλον ὑπερβὰς
Πεζὸς ἐν ἀλλοτρίαισι βοὰν ἐστάσατο κώμαις·
Οὐδέ τις αἰγιαλόνδε θοᾶς ἐξάλατο ναὸς
Θωρηχθεὶς ἐπὶ βουσὶν ἀνάρσιος Αἰγυπτίαισιν·
Τοῖος ἀνὴρ πλατέεσσιν ἐνίδρυται πεδίοισιν
Ξανθοκόμας Πτολεμαῖος, ἐπιστάμενος δόρυ πάλλειν·
Ὧι ἐπίπαγχυ μέλει πατρώϊα πάντα φυλάσσειν,
Οἷ' ἀγαθῷ βασιλῆϊ· τὰ δὲ κτεατίζεται αὐτός.
Οὐ μὰν ἀχρεῖός γε δόμῳ ἐνὶ πίονι χρυσός,

cim cdd. edd. Med. Ald. Junt. aliæ; ἄρισται Call. Steph. Kiessl.

92. κελάδοντες, 'resonantes.' v. ad Idyll. vii. 137. Aristophan. Nub. 284. sq. καὶ ποταμῶν ζαθέων κελαδήματα, καὶ πόντον κελάδοντα βαρύβρομον. Harl.

93. μιν pro οἱ est in tredecim cdd. et recepit Brunck. Kiessl.

94. σεσαγμένοι, quasi 'oppleti,' 'constipati,' 'instructi,' a σάττω, exquisita lectio, quæ etiam Valckenario judice male tentata est. Wartono tamen placet lectio cod. Ottoboni aliorumque, item edd. Med. Aldinæque, τεταγμένοι, quod Reiske mutare malit in τετευγμένοι, sive τετυγμένοι. [Hesychius: σεσάχθαι· ἐσκευάσθαι, καθοπλίζεσθαι. σάγη γὰρ ἡ καθόπλισις.] Pro ἀσφαραγεῦντι, quod est Theocrito peculiare et ingenio librariorum doctius vocabulum, ex cdd. dedit Brunckius ἀμφαγέρονται. Harl. [Mihi quoque lectio Brunckiana videtur præferenda. Kiessl.]

95. πάντας κε καταβρίθοι quatuor cdd., placet Valckenario et Schneidero Lex. Gr. s. v. καταβρίθω unice verum videtur. Plures cdd. præbent κε καταβρίθει, et quatuor γε καταβρίθει.—Vs. prox. Graefius malit ὅσσον, i. e. ὅτι τόσσον· ut Idyll. xv. 146. ὀλβία, ὅσσα ἴσατι. sic sæpe οἷον positum; ut Iliad. β. 239. ζ. 166. ρ. 173. Sophocl. Electr. 744. ed. Erf. Theocr. Idyll. ii. 9. xxv. 40. Ita simplex ὅ, Odyss. α. 382. coll. 389. Reiskius malit τόσσος, scil. ὄλβος. Kiessl.

97. 98. περιστέλλοντι Brunck. [περιστέλλονται unus cd.] εὖ περιστεῖλαι, 'bene,' 'recte curare,' plenius dixit Herodot. vi. p. 451. ubi vide Valcken. [Conjunge οὐ γάρ τις δηΐων πεζός, 'nullus hostilis exercitus.' Sic sæpius πεζός· conf. Fischer ad Weller. iii. 1. p. 261. sq. Reiskius citat Leopard. Emend. 7. 22. K.]—πολυκήτεα· intellige Nili crocodilos.—ὑπερβὰς Brunck. Harl. [Sic undecim cdd. hinc reposuimus. ὑπεμβὰς unus cd. lectio vulgata est ἐπεμβάς. Kiessl.]

101—103. Homer. Iliad. xxiv. 365. δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι. ad quem locum conf. interpretes.—vs. 102. ἐνίδρυται, 'sedem fixit.' v. Toup. ad Epigram. xvii. 5. p. 407.—πλατέα πεδία· similes locos citat Huschke ad Tibull. i. 1.70. p. 25.—vs. 103. quod Brunck. pro vulgato ξανθόκομος ex Reiskii conjectura dedit ξανθοκόμας, id confirmat optimus cd. Mediol., confirmat etiam alius cod. et edd. Ald. Call. Junt. in quibus est ξανθοκόμος: hinc recepimus. Sic ἀλεξανέμας. Conf. Valcken. ad Eurip. Phœniss. 120. ubi λευκολόφας. Kiessl.

104—106. ἐπίπαγχυ cdd. et edd. post Stephan. (qui tamen in minore edit. dedit cum Aldo aliisque ἔπι πάγχυ,) et probavit Reiske, qui in textu scripsit ἐπὶ πάγχυ. [unus cod. ὅγ, alius φυλάσσεν. vs. 105. τὰ

Μυρμάκων ἅτε πλοῦτος ἀεὶ κέχυται μογεόντων·
Ἀλλὰ πολὺν μὲν ἔχοντι θεῶν ἐρικυδέες οἶκοι,
Αἰὲν ἀπαρχομένοιο, σὺν ἄλλοισιν γεράεσσιν·
Πολλὸν δ' ἰφθίμοισι δεδώρηται βασιλεῦσιν,
Πολλὸν δὲ πτολίεσσι, πολὺν δ' ἀγαθοῖσιν ἑταίροις,
Οὐδὲ Διωνύσου τις ἀνὴρ ἱεροὺς κατ' ἀγῶνας
Ἵκετ' ἐπιστάμενος λιγυρὰν ἀναμέλψαι ἀοιδάν,
Ὧι οὐ δωτίναν ἀντάξιον ὤπασε τέχνας.
Μουσάων δ' ὑποφῆται ἀείδοντι Πτολεμαῖον
Ἀντ' εὐεργεσίας. Τί δὲ κάλλιον ἀνδρί κεν εἴη
Ὀλβίῳ, ἢ κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρέσθαι;
Τοῦτο καὶ Ἀτρείδαισι μένει· τὰ δὲ μυρία τῆνα,
Ὅσσα μέγαν Πριάμοιο δόμον κτεάτισσαν ἑλόντες,
Ἀέρι πα κέκρυπται, ὅθεν πάλιν οὐκέτι νόστος.
Μοῦνος ὅδε προτέρων τοκέων ἔτι θερμὰ κονίῃ,
Στειβόμενος καθύπερθε, ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη.

δέ, non præcedente μέν, est 'alia;' aliis locis 'aliquoties.' K.] κτεατίσδεται Brunck.—De vocab. ἀχρεῖος vs. 106. vid. Clarke ad Hom. Iliad. β. 269. Harl.

107. Valckenarius ad Adoniaz. v. 44. p. 354. cum locutione ἀεὶ μογέοντες μύρμηκες comparat Æschyli Prometh. 451. ἀείσυροι Μύρμηκες. Horat. Sat. i. 1. 33. "magni formica laboris Ore trahit quodcunque potest, atque addit acervo, Quem struit." Kiessl.

109. Αἰὲν, ut mollius, ex cod. Medic. (cui duo alii adsentiuntur) receperunt Reiske, Brunck et Valcken. αἰεὶ vulgo.—ἀπαρχομένοιο scil. τῶν ἱερείων, sive, ut Herodotus scribit, ἱρηΐων, 'quum sacra facit.' Proprie usurpatur illud verbum de primis libaminibus in quocunque sacrificio. Eurip. Electr. 811. Homer. Odyss. γ. 445. ibique Ernesti. Meurs. ad Lycophr. 1193. Valcken. ad Herodot. p. 309. Harl.

111. ἑταῖροι sunt hic loci milites una cum imperatoribus eorum et universi amici regum, vulgo officiales comitatenses. Reisk. Post versum 110. in multis codd. inseritur vs. 90. in uno cd. vs. 111. sic legitur: καὶ νάσοις Κυκλάδεσσι, πολὺν δ' ἀγαθοῖσιν ἑταίροις. Kiessl.

112. Quæ sint certamina sacra Bacchi, inquirit Warton: equidem intelligo fabulas dramaticas, vel Dionysia, in quibus poetæ dramatici illis certabant. Harl. De festo Bacchi a Philadelpho Alexandriæ instituto conf. Athen. v. 196. Alciphron. Epist. ii. 3. p. 271. ed. Bergler. (p. 314. Wagn.) Dahl.

115—120. "Musarum sacerdotes" poetæ etiam ab Horatio Od. iii. 1. 3. vocantur. (Ad Horat. loc. conf. Mitscherl.) 'Sanctos' Ennius appellat poetas apud Ciceron. pro Archia c. 8. Add. Propert. iii. 1. 3. Virgil. Georg. ii. 476. ibique de la Cerda et Aristotel. de A. P. cap. 21.—εὐεργεσίας pro εὐεργεσίης ex cd. Flor. Brunck. et Valck.—Vers. 120. πα Brunck. sine iota subscripto. [Vulgo πᾷ.]—ἀέρι πάντα κέκρυπται cum Toupio et Reiskio malit Valckenarius. Harl. Aliquot libri που pro πᾶ. Mutatio πάντα languida est. Vulgata lectio H. Vossio horroris aliquid videtur continere: 'alicubi in rerum universitate caligine obvoluta jacent, unde nemo narratum redit.' De vocab. ἀὴρ conf. Musgrav. ad Sophocl. Electr. v. 86. Kiessl.

121. 122. ἐκμάσσεται, 'expressit,' 'retulit.' Sensus horum versuum, quibus poeta regem mire adulatur, hic est: is solus parentum mores, vitam atque instituta expressit, retulit, adhuc puer juvenisque. In alia omnia transierunt Reiske et Warton, quorum interpretationes ac suspiciones fusius declaratas hic repetere, brevitatis et instituti nostri ratio non patitur. Memorabo tantum, quomodo Reiske et Brunck constituerint versum. Prior igitur —τοκέων, ὧν θερμὰ κονίῃ Στειβομένα etc.

Ματρὶ φίλᾳ καὶ πατρὶ θυώδεας εἵσατο ναώς·
Ἐν δ' αὐτὼς χρυσῷ περικαλλέας ἠδ' ἐλέφαντι
Ἵδρυσεν, πάντεσσιν ἐπιχθονίοισιν ἀρωγώς.
Πολλὰ δὲ πιανθέντα βοῶν ὅδε μηρία καίει
Μασὶ περιπλομένοισιν ἐρευθομένων ἐπὶ βωμῶν,
Αὐτός τ', ἰφθίμα τ' ἄλοχος· τᾶς οὔτις ἀρείων
Νυμφίον ἐν μεγάροισι γυνὰ περιβάλλετ' ἀγοστῷ·
Ἐκ θυμῶ στέργοισα κασίγνητόν τε πόσιν τε.

posterior autem — *τοκέων ἔτι θ. κονίῃ Στειβομένᾳ καθ.* etc. qui tamen in notis correctionem et sagacem et ad sensum, eundem fere quam qui supra a me expositus est, facilem protulit: *Μῶνος ὅδε πρότερα τοκέων, ἔτι θερμὰ κονίᾳ Στειβομένᾳ καθύπερθε, ποδῶν ἐκμάσσ. ἴχνη*: h. e. *μόνος ὅδε ἐκμάσσεται τὰ πρότερα ἴχνη τῶν ποδῶν τῶν τοκέων ἔτι θερμὰ ὄντα καθύπερθε ἐν τῇ στειβομένῃ κονίῃ.* Simplicius de eodem cecinit Callim. H. in Del. 170. prouti vulgata est lectio, *ὁ δ' εἴσεται ἤθεα πατρός*, 'ille imitabitur instituta patris.' Harl. Offendunt Brunckium verba *προτέρων τοκέων*, et recte quidem, si hæc duo nomina conjunguntur; at vel versus numeri ostendunt, cum Casaubono et Stephano ea esse disjungenda, quorum hic hunc locum rectissime sic interpretatus est: "Hic solus ex omnibus, quos superiora sæcula tulerunt, insistit vestigiis parentum recentibus atque adeo adhuc calidis. Id est: statim post obitum suorum parentum, illos sibi pro exemplari in omnibus suis factis proponit, et ad eorum laudes adspirat atque contendit. Jungo autem *προτέρων* cum *μοῦνος* potius, quam cum *τοκέων*, ut sit *ὅδε μοῦνος προτέρων*." Casauboni interpretatio hæc est: "Solus hic rex secus ac priores fecissent, parentum suorum vestigia ita expressit, ut videri adhuc queant calida, id est, recens impressa in pulvere calcato." Ceterum Stephanus sine causa scribit *κονίης*, ut conjungatur cum *καθύπερθε*· imo *κονίῃ* est *ἐν κονίῃ*, et oratio sic procedit: parentum adhuc calida in pulvere vestigia exprimit, super ea s. per ea decurrens. Sensus loci non mutatur, si cum Casaubono præfertur *στειβομένᾳ*, quæ lectio commendatur plurimis cdd. veteribusque edd. in quibus reperitur aut *στειβόμενα* aut *στειβομένα*· tres cdd. in quibus unus optimæ notæ, *στειβόμενος*. Atque sane *στείβεσθαι* plerumque accipitur passive, ut *στειβόμεναι ὁδοί*. Aliquot cdd. et Ald. *θερμᾷ κόνίῃ γε.* — *θερμὸς* h. l. ut in Ovid. Met. vii. 775. "pedum calidus vestigia pulvis habet." — Si *προτέρων* depravatum sit, ut Jacobsio videtur, possit legi: *μοῦνος ὅδ' ἀμφοτέρων τοκ.* — Graefii conamina silentio prætermitto. — Scholiastes lectionem vulgatam his verbis explicat: *οὗτος δὲ μόνος τῶν ἐκπάλαι θανόντων καὶ πρὸ μικροῦ τῇ μητρὶ καὶ τῷ πατρὶ ναοὺς ἔκτισεν.* Kiessl.

123. In hunc locum Valckenarius ad Adoniaz. p. 355. B. hoc scholion tum ineditum, at corruptum, proposuit: *Ὅτι πολλοὺς ναοὺς ἱδρύσατο. καὶ Λύκως δ' ἐν τῷ περὶ Νέστορος, ἐποίησεν ὁ Φιλάδελφος, φησί, οὕτως ᾠκοδόμησε δὲ καὶ τῶν γονέων ἀμφοτέρων παμμεγέθη ναὸν καὶ ταῖς ἀδελφαῖς Ἀρσινόῃ καὶ φωτῆρα.* Valckenario videtur auctor scripsisse *τῇ ἀδελφῇ Ἀρσινόῃ* nempe *ναὸν ᾠκοδόμησε*. in illius enim honorem Veneris Arsinoæ templum dedicavit Philadelphus: vid. epigramma Posidippi apud Athen. vii. p. 318. D. vid. ad vs. 16. — *ματρὶ* — *ναώς*, et vs. 124. *αὐτὼς* Brunck et Valcken. pro formis vulgaribus. duo cdd. *αὐτὸς*. Kiessl.

125. 126. *Ἵδρυσε* Brunck. *Ἵδρυται* multi cdd. — *ἀρωγὼς* pro *ἀρωγοὺς* Wintert. et Valcken. — vs. 126. *ὅδε* pro *ἐπὶ* Brunck. et Valcken. cum pluribus cdd. *ὅτε* alii: *ὅ γε* unus isque optimus. Kiessl.

128—130. *ἀρείων* Reiske ex conjectura, ut sit nominativus et cum *γυνὰ* cohæreat. Sententia enim vocabulum postulat uxori honorificum, non marito. Idem jam antea conjecerat Is. Vossius. Hanc conjecturam, quam tres cdd., in his duo optimi, confirmant, receperunt Brunck. Valcken. alii. *ἀρείονα* unus cd. et *ἀρίστη* alius. vulgo *ἀρείω*. — Vs. 129. *νύμφα* tres cdd. et ex his unus *ἐνὶ* pro *ἐν*. Nisi obstaret illud, quod Reiskius monuit, præferrem hanc lectionem: *τᾶς οὔ τις ἀρείω Νύμφα ἐνὶ μεγάροισι γυνὰ* —. Vocabulum *ἀγοστῷ* in cdd. corruptum est in *ἀώτοις* et *αὐτοῦ*. — Vs. 130, *ἐκ θυμῶ* pro *θυμοῦ* Winterton. et Valcken. Kiessl.

Ὧδε καὶ ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ἐξετελέσθη,
Οὓς τέκετο κρείοισα Ῥέα βασιλῆας Ὀλύμπου·
Ἓν δὲ λέχος στόρνυσιν ἰαύειν Ζηνὶ καὶ Ἥρᾳ,
Χεῖρας φοιβάσασα μύροις, ἔτι παρθένος Ἶρις.
Χαῖρ' ὦ ἄναξ Πτολεμαῖε· σέθεν δ' ἐγὼ ἶσα καὶ ἄλλων
Μνάσομαι ἁμιθέων· δοκέω δ', ἔπος οὐκ ἀπόβλητον 136
Φθέγξομαι ἐσσομένοις· ἀρετάν γε μὲν ἐκ Διὸς ἕξεις.

131. 132. *ἱερὸς γάμος·* conf. notata ad Idyll. xv. 64. K. — *οὓς τέκε* novem cdd. et Ald. unde Warton in notis correxit *ἔτεκε,* quod Brunck in textum recepit. — *Ὀλύμπω* Winterton cum pluribus cdd. Harl.

133. 134. Omnes libri *ἓν,* præter Brubach. edit. quæ habet *ἐν,* quod Reiske, Valck. et Brunck prætulerunt, ut *ἐν* cum *ἰαύειν* cohæreret: 'Iris sternit lectum, cui Jupiter et Juno incubent, indormiant.' [*Ἓν* scribendum esset, si vel omnes libri haberent *ἐν·* nam in eo hic omnia sunt posita, quod Ptolemæus Arsinoen sororem, ut Jupiter Junonem, etiam pro uxore habet. Monuit hoc etiam Graefius. Iris hic Gratiarum munere fungitur. Kiessl.] *Ἥρᾳ* pro *Ἥρῃ* Valcken. in textu dedit, cui etiam *Ζανὶ* videtur poeta scripsisse. — Vers. seq. Ernesti ad Callim. H. in Lavacr. Pallad. vs. 11. pro *φοιβήσασα* corrigit *φοιβάσασα.* Harl. [Verissime Ernesti a *φοιβάω* cujus emendationem, ab uno cd. firmatam, reposui. Kiessl.]

135 — 137. *χαῖρε ἄναξ* multi cdd. et ed. Med. v. 136. *ἁμιθέων* pro *ἡμιθέων* Winterton et Valcken. *δοκέω,* alibi interpositum, hic insolenter præponitur, monente Schaefero; cujus hæc est adnotatio ad vers. 137.: "Vulgo *ἕξοις.* Solœce, si verum est, ut opinor, præceptum Dawesii. [Miscell. Crit. p. 104. sq. Kiessl.] In citerioris tamen Græcitatis scriptoribus facile feram hunc usum futuri illius formæ. Charito p. 57. 9. *πλεύσοι δὲ καὶ οὗτος ἐπὶ τριήρους στρατηγικῆς.* Itaque in Juliani Ægyptii Epigr. ii. v. 3. revocandum, quod olim ediderunt habetque Vaticanus liber, *ἐς τρίχας ἥξοι.* Ceterum "quid impedit, quo minus is, qui preces fundit, se voti damnatum iri confidat, eamque confidentiam verbis significet?" Jacobsius ad Antholog. Græc. ii. 2. p. 147. Kiessl. — *ἀρετὰν* pro *ἀρετὴν* Wintert. et Valck. *αἰτεῦ* a Calliergo et Stephano in reliquas venit editiones. Aldus tamen et Med. ex fide multorum cdd. dedit et Brunck cum Valcken. restituit *ἕξοις.* [*ἕξεις,* quod nos cum Schaefero dedimus, est in tribus codd.] Kiessl.] Frigida est correctio Wartoni: *δοκέω — ἀρετὴν — αἰτῶν·* nam *δοκέω* est, 'ut opinor,' quod recte monuit Reiskius, neque voces *γε μὲν* commodum tum sensum præberent. Koehler suspicatur *ἀρετήν γε μὲν ἐκ Διὸς αὐτεῦ,* 'carmen, opinor, haud contemnendum posteris dicam, virtutem illam canendo, quam ex Jove ipso habes.' Harl. [Hanc emendationem recepit Dahlius. Ahlwardt. conjicit: *ἀρετήν γ' ἣν ἐκ Διὸς ἔχεις.* Jacobsius: *ἀρετὰν — ἀσκεῖς·* 'virtutem a Jove habes: gloriam virtutis tibi conciliabunt carmina.' Graefius sic de hoc loco: "Futurum *φθέγξομαι* ostendit, poetam adhuc aliquid novi dicturum esse; et id est illud *ἔπος οὐκ ἀπόβλητον,* non carmen præcedens, sed præceptum commune, quo claudit. Nimirum observatio tantæ in Ptolemæo virtutis, divinitus concessæ (conf. vv. 11. 12.), facit, ut unumquemque poeta hortetur, ut talem a Jove virtutem sibi ipse expetat. Lego itaque: *Ἀρετάν γε μὲν ἐκ Διὸς αἰτεῦ!* Si de lectione *αἰτεῦ* dubitatur, eodem sensu altera accommodari poterit, modo scribas, *ἕξεις.*" H. Vossius sic de hoc loco: "Postrema verba non ad regem sunt conversa, sed generalem continent sententiam. Carmen haud aspernandum se fecisse dicit poeta, non sine animi quadam elatione. Tum, invidiæ deprecandæ causa, subjungit, virtutem a Jove mortalibus venire. Hæc expressa per secundam personam, quæ (ut Brunck. monet ad Soph. Trach. 2.) pro tertia incerta et non definita eleganter ponitur in sententiis generalibus." Ceterum sponte patet, hæc ultima respicere initium carminis, *ἐς Δία λήγετε Μοῖσαι:* et Graefium recte locum explicuisse, prorsus mihi persuasi. Kiessl.

ΕΛΕΝΗΣ ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιή.

ARGUMENTUM.

Helena et Menelao in toro nuptiali collocatis, primariæ Spartanæ civitatis virgines, ante cubiculum stantes, Epithalamium cantant, procedentes a dicteriis, quæ in novos maritos effundi solebant.—15. Tum Menelai laudatur felicitas, cui præ tot aliis nobilissimis viris contigerit, ut pulcherrimam sibi virginem matrimonio jungeret (—21). quo via munitur ad pulchritudinem Helenæ ceterasque ejus virtutes prædicandas. —37. Mox ad ipsam Helenam conversus chorus, quantopere eam amet et revereatur, significat.—Pertinet hoc carmen ad lyricum genus, ut et argumentum et omnis ejus indoles declarant, estque in præstantissimis poeseos Græcæ reliquiis numerandum. Quum non uno nomine differat a reliquis Theocriti carminibus, fuerunt, qui, an huic auctori tribuendum esset, dubitarent. Quibus bene respondit Dahlius, poetis in diverso genere diverso stilo utendum esse, eundemque poetam in variis generibus posse excellere.—Num Theocritus a Stesichoro, antiquo Siculorum poeta, quæ est opinio veteris Grammatici in argumento Græco, nonnulla mutuatus sit, hoc nos, qui Stesichori Epithalamio caremus, jam dijudicare non possumus. Ceterum est ex illo Epithalamiorum genere, quod *κατακοιμητικὸν* dicebatur, quod idem spectant versus Pindari Pyth. iii. 28—33. ad quem locum confer versus ex Æschyli *Δαναΐσι* a Scholiasta ibi repetitos.—Diligentissima opera hoc carmen tractatum est in libello sic inscripto, Theocriti Epithalamium Helenæ; illustravit et disputationem de carminibus veterum nuptialibus præmisit Car. Guil. Siebdrat. Lipsiæ 1796. 8. quocum conferri possunt animadversiones in Ephemeridibus Liter. Gothanis anni 1797. n. 15.—Ex cod. Mediceo quarto nonnullisque aliis Dahlius hunc præfixit titulum; *Ἐπιθαλάμιος Ἑλένης καὶ Μενελάου.*

Ἔν ποκ' ἄρα Σπάρτᾳ, ξανθότριχι πὰρ Μενελάῳ,
Παρθενικαὶ θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι,

In Analectis Brunckianis est Idyllium xx. Theocritum in hoc Idyllio expressisse Salomonis Canticum canticorum, Schwebelius ad Bionis Idyll. viii. 1. et quidam interpretes carminis Salomon. arbitrantur, quod mihi persuadere non possum: quamquam, quod nuper quoque doctus quidam homo fecit, ad illustrandum sacrum illud carmen conducere aliquantum, haud diffiteor. Compara Longi Pastoral. iv. cap. 37. p. 510. sq. ibique Mollum. Koppiers quoque in Observ. Philologicis, L. B. 1771. cap. vi. illustravit atque sæpius emendavit hoc Idyllium. Harl.

1. *ἄρα* h. l. haud superfluum esse videtur, sed habere officium superioribus exa-

Πρόσθε νεογράπτω θαλάμω χορὸν ἐστάσαντο,
Δώδεκα ταὶ πρᾶται πόλιος, μέγα χρῆμα Λακαινᾶν,
Ἁνίκα Τυνδάρεω κατεκλάξατο τὰν ἀγαπατὰν

nectendi inferiora, ita ut vices gerat particularum *μὲν οὖν*, vel *μὲν δή*, eique respondeat *δὲ* vs. 7. Conf. Hoogeven. de Partic. Græcis p. 126. (p. 68. Epitom. Schütz.) Harl. At hic nihil præcedit, cui consequentia *ἄρα* possit connectere. Neque potest hic locus cum iis comparari, ubi poetæ animus velut post prægressam meditationem cum quadam commotione in verba erumpit, quæ tali particula, quales sunt *ἄρα*, 'igitur,' 'ergo,' conjunguntur cum iis quæ meditatus est: ut apud Ovidium Trist. iii. 2. "Ergo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris?" Ejusdem libri Eleg. 9. "Hic quoque sunt igitur Graiæ (quis crederet?) urbes?"—Denique mox vs. 7. *ἄρα* recurrit. Hinc non miror, Wartonum initium sic refingere voluisse: *ἦν ὅτ' ἄρ' ἐν Σπ.* Ut tamen *ἄρα* removeatur, malis *ἦν* s. *ἧς ὅκα ἐν Σπ.* Si quis contenderit, carminis initium, post quod recte, ut carm. xxii. 27., particula *ἄρα* inferatur, perditum esse, is justo audacius statuere videtur. Valckenarius, quæ vulgantur, optima esse censet. Kiessl.

2. Servavi cum Valckenario in priore collectione lectionem vulgatam, quam edd. Flor. Callierg. Steph. etc. propagarunt, intelligoque coronas ex hyacintho, qui flos nobis dicitur 'dunkelblaue Schwertlilie.' [Vide ad Idyll. x. 28.] Virgines enim hyacintho florente redimitæ choreas instituerunt. v. Paschal. de Coronis libr. iii. cap. 10. ubi etiam ex Homero, Longo, aliisque probatur, venustatem comæ cum illo flore fuisse comparatam. Sic Milton in Paradise Lost lib. iv. 301. "hyacinthine locks," 'comæ nigricantes.' Odyss. vi. 230. sq. *κὰδ δὲ κάρητος οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.* Reiske reduxit lectionem edd. Med. et Ald. [quam e sex cdd. enotavit Gaisford. *κόσμον* item ex sex aliis cdd., ex quinque *ὑακίνθινον.* In cd. Ott. legitur *θάλλονθ' ἀμίνθω κόσμον.* Kiessl.] *θάλλονθ' ὑακίνθω κόσμον ἔχοισαι*, quæ ut Valckenario in notis ad sec. edit. placet, ita a Brunckio recepta est, qui tamen *ὑακίνθῳ*, in dativo, scripsit. Adde Koppiers. Harl. Altera lectio a Reiskio prælata videtur mihi nata esse e verbis *ὑακίνθινον κόσμον*, pro interpretamento in libro aliquo adjectis. Siebdrat, negans *θάλλειν* de floribus usurpari, Brunckii lectionem adoptavit, quam sic explicat: 'ornatus capilli, hyacintho venuste distinctus et insignis;' h. e. capillus, hyacintho, i. e. sertis hyacinthinis, 'redimitus.' Kiessl.

3. *νεογράπτω*] Reiske intelligit recens pictum thalamum, h. e. obumbratum tapetibus ab acu Phrygionica recentibus.—Verbum *γράφειν*, 'pingere,' illustrant Warton ad h. l. et Valcken. ad Adoniaz. vs. 81. Harl. [Solebat fere in civitatibus Græcorum novus exstrui a marito ante nuptias thalamus. Cujus rei exempla congessit Feithius Antiquit. Hom. l. ii. c. 14. §. 2. quibus hæc addit Siebdrat. V. D. p. 99. in libello quo Epithalamium Helenæ illustrat: Apollon. Rhod. Argonaut. i. 775. Odyss. ψ. 178. coll. 190. sqq. et Iliad. ρ. 36. jam a Wartono citata. Adde Idyll. xxvii. 36. Idem tamen minus recte *νεόγραπτον θάλαμον* interpretatur *νεότευκτον* s. *νέον*· quamquam nemo dubitabit, quin Menelai regis thalamus *νεόγραπτος* etiam *νεότευκτος* fuerit. Kiessl.]

4. *μέγα χρῆμα Λακαινᾶν*, h. e. 'egregiæ Lacænæ;' quam venustissimam formulam præter Wartonum et Valckenarium ad h. l. [qui exquisitissima dedit. K.] illustrarunt Vigerus et Hoogeven. de Idiotismis Gr. Dict. cap. iii. sect. xiii. n. 2. et Valcken. ad Adoniaz. vs. 83. Harl. Adde Chionis Ep. xvii. 4. ibique Cober. p. 299. ed. Orell. Kiessl.

5. *κατεκλάξατο*] pro forma communi *κατεκλείσατο.* Servo hanc lectionem optimorum librorum ob ritum veterem, quem Schol. cod. Florent. a Salvinio ad Idyll. xv. 77. descriptum memorat: *παροιμία—εἴρηται ἀπό τινος νυμφίου, λαβόντος τινὰ νύμφην, καὶ εἰσελθόντος εἰς τὸν θάλαμον, καὶ κλείσαντος αὐτόν.* De forma et scriptura verbi vid. ad Idyll. xv. 33. *ἀγκάξατο* Eldickius conjecit. Harl. Pro *Τυνδάρεω*, quod præbuit Call., in multis cdd. et edd. Ald. Med. est *Τυνδαρίδα*· in duobus cdd.
αν
Τυνδαρίδαν· in aliis *Τυνδαρίδη*· *Τυνδαρίδα*·
λεξ
in ed. Junt. *Τυνδαρέαν.* *Κατεκλαγξατο*
λε
cod. Mediol. vetustus: *κατεξατο* alius: *κατελέξατο* septem cdd. cum edd. Ald. Med. Scholion Vatic. cd. *συνεκοιμᾶτο ἐκείνῃ* conveniret verbo *παρελέξατο.* *κατεκλάχετο, ἀντὶ τοῦ ἐκληρώθη*, invenit Casaubon. in cod. Genev. hinc, judice Valckenario, fluxit vitiosum illud in Vatic.

Μναστεύσας Ἑλέναν ὁ νεώτερος Ἀτρέος υἱός.
Ἄειδον δ' ἄρα πᾶσαι ἐς ἓν μέλος ἐγκροτέοισαι
Ποσσὶ περιπλέκτοις, περὶ δ' ἴαχε δῶμ' ὑμεναίῳ.
Οὕτω δὴ πρώϊζα κατέδραθες, ὦ φίλε γαμβρέ;
Ἦ ῥά τις ἐσσὶ λίαν βαρυγούνατος; ἦ ῥα φίλυπνος;

cd. et Florent. κατεκλάγετο. In nonnullis cdd., teste Dorvillio ad Chariton. p. 125 = 274., legitur κατεκλίνατο (quo pertinet scholion a Salvinio enotatum e cd. Flor. ἐπὶ τὴν κλίνην ἰδίαν ἐν ἐξουσίᾳ ἔλαβεν): in aliis κατεκλίνετο, κατελάγητο, κατεγλάγετο. Hesychius ex emendat. Valckenarii, κατεκλάξατο, κατέκλεισε, κατακεκλεισμένην εἶχε. Kiessl.

6. Μναστεύσας pro vulgato μναστήσας, quod est in edd. Med. Ald., præbent septem cdd. cum edd. Junt. Call. sicque scripserunt Valck. Brunck. alii. Kiessl. "Μνηστεύειν dicitur is, qui filiam sibi alicujus despondet, ejusque connubium petit, unde et μνηστήρ, et sponsa μνηστή vocantur. (vid. Pollux Onom. iii. 3. 34. p. 282.) Μνηστεύσας igitur est h. l. Menelaus, quum jam νυμφίος esset, atque Helena νύμφη· nam ἐπὶ τῶν γάμων, ὁ μὲν ἐπὶ τῇ κόρῃ, νυμφίος· ἡ δὲ ἐκείνῳ νύμφη (vid. Pollux ibid. §. 35. p. 283." Siebdrat.

7. Verba sic sunt jungenda: ἄειδον μέλος πᾶσαι εἰς ἕν. Kiessl.

8. περιπλίκτοις ex cod. Paris. quem adhibuit Hemsterhusius, rescripsit Valcken. (qui jam laudavit Koppiersii Observ. Philol. p. 61.) et Brunck. Verbum πλίσσεσθαι significat 'crura divaricare,' atque 'ita ingredi.' v. Homer. Odyss. ζ. 318. Comp. Longi Pastor. iv. 27. p. 514. ibique Mollum. Harl. De verbo πλίσσειν conf. Riemer. in Lex. Gr. s. v. Add. Koen. ad Gregor. p. 548. Hesychium in v. διαπέπλιχε· Ernesti ad Callim. H. in Dian. 243. Brunck. Lex Sophocl. s. v. ἀμφιπλίξ. — Lectionem vulgatam ποσσὶ περιπλέκτοις, si sana sit, Heinrich. in Obss. in Auctores Veteres, p. 64. sqq. sic intelligendam esse putat: 'connexis s. conjunctis pedibus' (mit verschlungenen Füssen): sic significari ipsas uno tenore conjunctas et quasi catenatas, tanquam in orbe saltantes. Nimirum tam arcte connexæ erant puellæ in saltatione (quæ ὅρμος apud Spartiatas appellabatur: v. Lucian. de Saltat. c. 12.), ut adeo pes pedem tangeret. Similiter fere Siebdrat.: 'pedibus inter se perplexis' et saltando impeditis. Dictum hoc est accommodate ad speciem, quæ spectatoribus chorearum præbetur, quibus utique pedes saltantium inter se perplexi et confusi pæne videntur, propter celeritatem (de qua conf. Iliad. xviii. 599. sqq.)." Enimvero lectio περιπλέκτοις, quæ unice vera est, non interpretanda est de pedibus omnium saltantium inter se perplexis, sed de suis cujusque saltantis pedibus, qui περίπλεκτοι apparent et dicuntur a motuum saltantium natura et celeritate. Rem conficit locutio Callimachi οὖλα ὀρχεῖσθαι, quam confert Riemer. in Lex. Gr. sub οὖλος, et Ernesti ad Callim. H. in Jov. 52. — Heinrichius, cui lectio vulgata displiceret, legi malebat χερσὶ περιπλ. 'manibus in chorea junctis;' quam lectionem etiam Casaubonus Theocrit. Lectt. c. xix. in Genevensi libro inventam probavit. Hom. H. in Apoll. 196. ὀρχεῦντ', ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχουσαι. Horat. Od. i. 4. 6. "Jam Cytherea choreas ducit Venus imminente Luna: Junctæque Nymphis Gratiæ decentes Alterno terram quatiunt pede." Ovidius Fast. vi. 329. "pars brachia nectit, Et viridem celeri ter pede pulsat humum." Lectionem genuinam, cui non adversantur illi loci Horatii et Ovidii, illustrant hi Euripidei; alter ex Troadib. init. ἔνθα Νηρῄδων χοροὶ κάλλιστον ἴχνος ἐξελίσσουσιν ποδός. alter ex Iph. Aul. 1043. εἱλισσόμεναι κύκλια πεντήκοντα κόραι Νηρῆος γάμους ἐχόρευσαν. Kiessl.

9. Πρώϊζα, i. e. πρὸ τοῦ δέοντος, interprete Scholiasta; Homerus hoc sensu dicit πρὶν ὥρη, Odyss. ο. 393. — Γαμβρός, 'sponsus,' ut in Fragm. Sapph. p. 64. ed. Volg. vid. ad xv. 129. Kiessl.

10. Vulgata hic lectio est λίαν, quam vocem Heinrichius adfirmat prorsus otiosam languorem molestum politissimi carminis versui inferre, quum contra ad orationem animandam pro λίαν interjectum φίλος, quod extat in cdd. Ottob. Goth. octoque aliis apud Gaisford. item in Edd. Med. Ald. Lov. aliis, vim habeat mirificam. At otiosum certe λίαν non putabit, qui contulerit Idyll. xxv. 83. λίην ζάκοτον, et v. 158. λίην ἀρίσημος. Potius φίλος otiosum est, quum versu superiore legatur φίλε. Ceterum φίλος et λίαν a librariis sæpius commutata esse, docet

Ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες, ὅτ' εἰς εὐνὰν κατεβάλλευ;
Εὕδειν μὲν χρήζοντα καθ' ὥραν αὐτὸν ἐχρῆν τυ,
Παῖδα δ' ἐᾷν σὺν παισὶ φιλοστόργῳ παρὰ ματρὶ
Παίσδειν ἐς βαθὺν ὄρθρον· ἐπεὶ καὶ ἔνας, καὶ ἐς ἀῶ,
Κἠς ἔτος ἐξ ἔτεος, Μενέλαε, τεὰ νυὸς ἅδε.
Ὄλβιε γάμβρ', ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
Ἐς Σπάρταν, ὅποι ὧλλοι ἀριστέες, ὡς ἀνύσαιο.

Mitscherlich. ad Hom. H. in Cerer. 362.—φίλος foret pro ὦ φίλε. v. Homer. Iliad. iv. 189. φίλος ὦ Μενέλαε. Theocrit. i. 149. Valck. ad Eurip. Phœn. 1332. Koen. ad Gregor. p. 117.—Aliquot etiam cdd. φίλε præbent pro illo ab Heinrichio probato φίλος. quod et ipsum metrum admitteret. Vid. Spitzner. de Versu Græcor. Heroico p. 86. sq. Friedemann. de Media Syllaba Pentam. p. 299. Kiessl.—βαρυγούνατος, 'tardigradus;' βαρύγουνος dicitur Callimacho H. in Del. 78. Harl.

11. πολύν τιν' scil. οἶνον. Sic Eurip. Cycl. 566. χαλεπὸν τόδ' εἶπας, ὅστις ἂν πίνῃ πολύν. Quem locum citat Heinrich. l. c. Add. Fischer. ad Weller. iii. a. p. 260. Lamb. Bos. de Ellips. p. 348. sq.—Brunck. pro ὅτ' scripsit ὅκ'· in notis tamen sententiam mutavit, monitus a Sanctamando, ὅτ' esse pro ὅτι positum. Kiessl.

12. Εὕδεν μὲν χρήσδοντα, Doricas has formas restituendas esse monuit Toup, etiam in Epistola ad Warton. t. ii. p. 332. easdem probavit Valcken. et Brunck. in textum recepit.—Lectionem αὐτὸν ἐχρῆν τυ, quæ a Calliergo in posteriores edd. venit, Valckenarius in prima edit. et servavit et prætulit lectioni Aldinæ, a Reiskio rescriptæ, χρῆν αὐτόν τυ· quam eandem in optimis cdd. repertam etiam Wartonus probavit. αὐτὸν cum Wintertono interpreteris, 'te solum oportuerat dormire;' vide Theocrit. ii. 89. iv. 15. xi. 12. Iliad. θ. 99. Euripid. Phœn. 496. et quæ de usu hujus pronominis scripsi ad Anthol. Gr. Poet. p. 84.—Brunck. in textum admisit Heinsii conjecturam, εὕδεν μὲν χρήσδοντα καθ' ὥραν εὕδεν ἐχρῆν τυ, quam Toupius quoque probavit. In notis tamen Brunckius confitetur, hanc lectionem a se forte non recipi oportuisse, quia lectio recepta, si nihil absurdi habeat, non facile mutanda sit; nihilo minus tamen verissimum esse, multo elegantiorem esse alteram lectionem. Valckenarius in altera edit. affirmat, nunc movere se pæne Brunckium, ut verius videatur εὕδεν repetitum. Sanctamandus in Wartoni Addendis p. 357. αὐτὸν necessarium esse censet. Vulgatam tuitus est etiam Hemsterhusius ad Lucian. t. i. p. 230.—Toupius in Addendis ἐχρῆν tuetur contra Reiskium. Harl. De usu imperfecti χρῆν, quæ forma certe usitatior est, quam altera, ut recte monuit Reiskius, quæque h. l. a sex cdd. offertur, conf. Matthiaei Gram. Gr. §. 510. Kiessl.

14. 15. Παίσδην Brunck. [παίσδεν unus cd.]—ἔνας ex Ald. et Florent. receperunt Reiske et Valcken. [Idem præbent tres cdd., ἔνανας alii cdd.] ἔναν vulgo. Brunck ex ingenio dedit ἔναρ. Hesychius: ἔναρ, εἰς τρίτην, Λάκωνες. conf. ad Hesych. Alberti. [Hesiod. O. et D. 408. ἔς τ' αὔριον, ἔς τ' ἔννηφιν.]—βαθύν. v. ad Anthol. Gr. Poet. p. 144.—Vers. seq. νυὸς ἅδε pro ἥδε Brunck ac Valcken. et initio κἠς pro κεἰς Valcken. in edit. secunda. Harl.

16. Ὄλβιε] Exquisitum est epitheton, nam ὄλβιος dicebatur eximie, non ὁ εὐτυχής, sed ὁ εὐδαίμων. Hinc ipsi dii vocabantur ὄλβιοι· vid. Valcken. ad Adoniaz. p. 322. Sappho apud Hephæstionem, 58. (p. 64. Volger.) ὄλβιε γαμβρέ, σοὶ μὲν δὴ γάμος, ὡς ἄραο, ἐκτετέλεστ', ἔχεις δὲ παρθένον, ἂν ἄραο.—Ἐπέπταρεν. vid. ad vii. 96. et Hemsterhus. apud Schraderum in libro Emendat. Leoward. 1776. p. 120. cui ἀγαθός τις est 'vir probus' et θεοφιλής, cujus ministerio dii non nolint alicui faustum indicare. 'Spartam venienti dextram aliquis tibi sternuit adprobationem.' Harl. Valckenario interprete ἀγαθὸς est ἐναίσιμος. Sophocl. Œd. Col. 1478. ἐναισίμῳ (ἐναισίῳ Schaef.) δὲ συντύχοιμι. Heinrichius interpretatur ἀγαθὸν, 'hominem boni ominis.' Sic ap. Callim. H. in Lav. Pall. 124. ἀγαθαὶ πτέρυγες· dictæ "felices pennæ" Propertio iii. 10. 11. Eodem sensu "bona verba" ap. Tibull. ii. 2. 1. et Ovid. Fast. i. 72. "nunc dicenda bono sunt bona verba die." i. 513. "este bonis avibus visi natoque mihique." Kiessl.

17. ἀνύσαιο] ut tu, aliis posthabitis, has nuptias 'consequerere,' ut Toupius interpretatur. Hæc enim est vis medii ἀνύσασθαι. Idyll. v. 144. ἀνυσάμαν τὸν ἀμνόν.

Μοῦνος ἐν ἁμιθέοις Κρονίδαν Δία πενθερὸν ἑξεῖς.
Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ᾤχετο χλαῖναν,
Οἵα Ἀχαιϊάδων γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα.
Ἦ μέγα τοί κε τέκοιτ', εἰ ματέρι τίκτεν ὁμοῖον.
Ἄμμες γὰρ πᾶσαι συνομάλικες, αἷς δρόμος ὡὑτὸς
Χρισαμέναις ἀνδριστὶ παρ' Εὐρώταο λοετροῖς,
Τετράκις ἑξήκοντα κόραι, θῆλυς νεολαία·
Τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος, ἐπεί χ' Ἑλένᾳ παρισωθῇ.
Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον,
Πότνια νὺξ ἅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος·

Conf. Aristoph. Plut. 196. ibique interpretes. Dawesii Miscell. p. 206.—Suidas, respiciens ad Polyb. ix. 4. *ἀνύσασθαί τι, παρὰ τοῖς ἄρχουσι διαπράξασθαι.* Kiessl. —Vers. seq. *μῶνος* Brunck. Harl.

19. *ὑπὸ τὰν μίαν χλαῖναν,* 'sub unam eandemque lænam,' pro antiqua simplicitate, qua vestes, quas gerebant, cubitum euntes pro stragulis adhibebant. v. infra Idyll. xxiv. 61. ubi est 'agnina læna;' Alstorph. de Lectis Veterum cap. viii. Bergler ad Alciphron. i. Ep. 38. p. 176. (p. 233. ed. Wagn. add. Miscell. Obss. v. p. 59.) Hymn. Hom. in Vener. 157. sqq. Scholia ad Homeri Odyss. xiv. 513. Ferrarium de Re Vestiar. P. ii. libr. i. cap. 10. Harl.—In septem cdd. et in Ed. Junt. pro *ᾤχετο* legitur *ἵκετο,* quod nescio an Valckenarius non satis recte pro genuini verbi interpretamento habeat. Unus cd. *ἥκετο,* et alius *ὑπὸ τῆς μίας.* Kiessl.

20—22. Reiske et Brunck lectionem edd. Mediol. et Ald. codicisque Paris. *οἷα γαῖαν Ἀχαιΐδα* [sic duo alii cdd. apud Gaisford.] *οὐδεμία πατεῖ ἄλλα* [pro *ἄλλη*] revocarunt. [*γαῖαν Ἀχαιΐδα οὐδεμία πατεῖ ἄλλη* in permultis legitur cdd. unde Graefius versum sic refingendum putat: *οἷα γαῖαν Ἀχαιϊάδ' οὐδεμία πατεῖ ἄλλα.* Hanc lectionem Vossius in interpretatione Germanica reddidit; et sane multo magis, quam altera, profecta illa a Call. Junt. Steph. et prælata a Valckenario ut jucundior ad sonum, mihi videtur esse poetica. Ceterum forma *Ἀχαιϊάδων* sæpius recurrit apud Homerum, ut Iliad. v. 422. 424. Odyss. ii. 101. iii. 261. et alibi: at Iliad. ii. 235. *Ἀχαιΐδες.* Kiessl.]—Vs. 21. *ματέρι* pro *μητέρι* Winterton. Valck. et Brunck. Idem in notis cum Vossio censet pro *τίκτεν* scribendum *τοι τίκτοι* [quod est in uno cd. Medic. *τίκτεν* Call. K.]; nam castigatam scribendi rationem requirere optativum. [Si indicativus præfertur, hoc poeta dicit: 'fieri non potest, ut partum matri pulcritudine similem edat.' Quod possit referri ad summam matris pulcritudinem, cui nulla unquam proles similis extitura sit. Præferam tamen ipse quoque *τίκτοι.* Kiessl.]—Vers. 22. *αἷς* pro *ᾗς* Brunck. [cum quinque cdd.] Harl.

23. 24. Eurotæ fluvio adjacebat Sparta. Conf. Coluth. v. 219. *παρ' Εὐρώταο ῥεέθροις·* Oberlin ad Vibium Sequestr. p. 108. sq. Ciceron. Tusc. Quæst. v. 34. Hic puellarum cursus sollemnis, quo Delphici oraculi jussu certabant, dicebatur *ἐνδριώνας.* v. Hesych. h. v. et Meursii Miscell. Lacon. lib. ii. cap. 13. in Thesauro Antiqq. Gr. Gronoviano tom. v. p. 2389. sqq. ed. Venet. [De Spartanis virginibus cursu certantibus Valckenar. ad Adoniaz. p. 275. B. excitat locum Aristophan. Lys. 1314. ubi de iis sic Spartani senes: *Ταὶ δὲ κόμαι σείοντ', ᾇπερ Βακχᾶν Θυρσαδδωᾶν, καὶ παδδωᾶν.* Adde Heyn. ad Virgil. Æn. i. 315. Kiessl.]—Pro *ἀνδριστὶ* h. v. Valcken. in alt. edit. opinatur poetam *ἀνδρικτὶ* dedisse. Harl.

26. 27. In constituendis corrigendisque his duobus versibus, in quibus libri Mss. nihil diversitatis offerunt, recentiores interpretes valde inter se dissentiunt. Primus Dan. Heinsius (Lectt. Theocr. cap. xxiii.) locum sic refingit: *τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος, ἐπεί χ' Ἑλένα παρισωθῇ πότνια· νύχθ' ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος· ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν πιείρη, μεγάλη.* Hanc medelam et aliis viris doctis et Heinsio ipsi posthac displicuisse, mirum non est.—Koehlerus ita: *πότνια νύξ, ἅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος, ἀὼς ἀντέλλοισα καλόν τοι ἔφαινε πρόσωπον, ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν.* 'Quemadmodum, veneranda Nox, vere

Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἁμῖν.
Πιείρᾳ μεγάλα ἅτ' ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ

ineunte, oriens Aurora pulcrum tibi ostendit vultum: sic et aurea Helena elucebat inter nos.' Hanc emendationem Brunckius tanquam elegantissimam et procul dubio verissimam in textum admisit. Eandem probarunt Harlesius, Siebdratius, J. H. et H. Vossii. At verissime Eichstadtius monuit in Quæst. Philol. Spec. p. 13., rationem nullam apparere, quare puellæ in comparatione simpliciter instituta, neque ullo animi repentino motu concitata, sed leniter fluente, et ad magnam non modo membrorum, sed singulorum quoque verborum concinnitatem comparata, confestim ad Noctem sese converterint, eamque per apostrophen quamdam appellarint. Dissimillima est apostrophe Idyll. xv. 80. quam summa animi commotio excitavit.—Toupius locum ita legendum et distinguendum censet: Πότνια νύχθ' ἅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος, ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον, ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν. Eldickius ita: Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν ἅτ' ἔφαινε πρόσωπον πότνια νύχθ', ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος. Non multum hinc discedit Bindemannus, qui scribi jubet πότνᾳ νύχθ'.—Heinrichius in Obss. p. 69. triplicem emendandi rationem proposuit, quarum prima hæc est: ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον πότνᾳ νύχθ' ἅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος—. "quemadmodum Aurora exoriens pulcram faciem ostendit nocti, vere ineunte; sic inter nos," etc.—Altera hæc: πότνια Νὺξ ἅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος, ἀώς τ' ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον. Sic Νὺξ pro 'Luna' accipienda: de quo loquendi usu videndus Burmannus ad Virgil. Æn. x. 162. Contra 'luna' pro 'nocte' apud Propert. iv. 4. 23.—Tertia denique oblata a cd. Vatic., cui lectioni ipse plurimum tribuit, hæc est: ὥς ἀνατέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον πότνια Νύξ, ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμ. ἀν. Quod in textu dedit Dahlius. Similiter emendat Ahlwardt. nisi quod scribit ἀντέλλοισα. 'Nox' item pro 'Luna' accipitur. "Quemadmodum alma Luna oriens os pulcrum effert, et quemadmodum ver nitidum, hieme soluta—." Jacobsius ita: ἀὼς ὥς γελάοισα καλὸν τὶν ἔφαινε πρόσωπον, πότνια νύξ, ἅτε—. Drexlius ita: νυκτὸς ἅτ' ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον πότνα ἀὼς ἢ λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος. Huschkius in Comment. de Orphei Argonaut. p. 32. ita: ἁ ὥς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον πότνια νύξ, ἅτε λευκὸν ἔαρ, χειμῶνος ἀνέντος. Sub examen vocat has virorum doctorum emendationes Eichstadtius in Quæstionum Philologicarum Specimine cap. ii. docetque falsissimum esse, Νύκτα Græcis pro Σελήνῃ, 'Noctem' Romanis pro 'Luna' dici.—Eichstadtius ipse, Eldickii nutum secutus, unius litteræ immutatione genuinam poetæ scripturam sic restitui arbitratur: Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν ἅτ' ἔφαινε πρόσωπον, πότνι' ἄναξ, ἅτε λευκὸν ἔαρ—. Ἄναξ affirmat cum Mitscherlichio in nota ad Hom. H. in Cerer. v. 58. esse in verbis iis, quæ antiqui poetæ de utroque genere adhibuerunt. Negaverat hoc Ilgenius ad Homer. Hym. p. 517. sqq. affirmat cum Eichstadtio Hermannus de Metris Pind. p. 303. ubi ipse Theocritei loci emendationem, quæ facilitate et probabilitate sua reliquas omnes longe superat, proponit hanc: ἀὼς ἀντέλλοισ' ἅτε καλὸν ἔφαινε πρόσωπον ποτ τὰν νύχθ', ἅτε λευκὸν ἔαρ etc. in hoc tamen a Viri summi sententia discedo, ut scribendum potius esse censeam ἀὼς ἀντέλλοισ' ἅτε καλὸν ἔφηνε πρόσωπον ποτ τὰν νύκτ', ἢ λευκ.— Verbum διαφαίνειν in vulgata lectione vers. prioris minime convenit; nam aurora non per noctem quasi pellucet et conspicua est, ut Helena inter æquales. Tum aoristum requirit et res ipsa et comparatio proxima. Denique particulam ἢ monstrat item locus proximus, neque ἅτε eleganter repetitur. Ἀνέντος positum est intransitive: 'quando solvitur hiems grata vice veris.' Comparat Heinrich. χείματος οἰχομένοιο Meleag. c. ii. 1. Idem recte explicat λευκὸν ἔαρ, 'ver nitidum,' quandoquidem omnia vere nitent, ut 'candida nox' pro serena ap. Propert. ii. 15. 1. Aliter Spanhem. ad Callim. H. in Cer. 123. Kiessl.

29. Etiam in hoc versu interpretes valde dissentiunt. Vulgo hic et superior versus, a Stephano potissimum constituti, sic junguntur: διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν, Πίειρα, (aut πιείρῃ) μεγάλα. ἅτ' ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρᾳ, ἢ κάπῳ κυπάρισσος etc. sed ὄγμος, 'sulcus' [de quo vocab. conf. Liebel. ad Archiloch. p. 208. K.] a Calliergo profectum [etiam in Junt. extat. K.] temere in sequentes edd. irrepsit. Κόσμος contra est in quam plurimis et optimis cdd. nonnullisque edd. priscis; jure itaque hoc vocabulum Sanctamandus, Reiskius, Valckenar. et Brunck. revocarunt; iidemque viri docti hunc versum a superiori separant, non tamen omnino consentientes. Sanctamandus enim apud Wartonum (qui in notis vulgatam lectionem sanam esse pronuntiat) in

Ἢ κάπῳ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θεσσαλὸς ἵππος·
Ὧδε καὶ ἁ ῥοδόχρως Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος.
Οὔτε τις ἐν ταλάρῳ πανίσδεται ἔργα τοιαῦτα,

Addendis p. 357. legit:—ἅτε λευκὸν ἔαρ, χειμ. ἀνέντος, Ὧδε καὶ—ἡμῖν. Πιερίῃ μεγάλῃ ἅτ' ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ, ἢ κάπῳ, κυπάρισσος·—'Sicut candidum ver, hieme remittente, sic et aurea Helena elucebat inter nos. Sicut magna cupressus sursum procurrit, ornamentum pingui arvo aut horto,' etc. Reiske, qui varias dedit lectiones, cujusque veram emendationem Valcken. in edit. sec. reposuit, retenta forma Dorica μεγάλα, ex Aldina lectione πίειρα, μεγάλη—κόσμος restituit πιείρᾳ μεγάλῃ—κόσμος. Musgrave legendum putat ὄχμος, 'seges:' at ὄχμον 'segetem' simpliciter dici, Valcken. jam in priore edit. addubitat. Toupii et Valckenarii emendationem Πιείρᾳ μεγάλᾳ τ' ἅτ' ἀνέδρ. κόσμος, etc. 'sicut cupressus pingui magnoque s. amplo arvo—decus est, ita quoque Helena Lacedæmoni decus est,' equidem amplecterer, nisi in ea lectione, quam dedit Reiske, a lectione edd. priscarum, excepto accentu, non multum discedentem, μεγάλη κυπάρισσος elegantius responderet locutioni ῥοδόχρως Ἑλένα. Idem sensit Brunckius, cujus notam conferes: is cum Stephano et Wintertono μεγάλα scribens, in reliquis Reiskianam emendationem retinet. Loci sensum secutus viam, quam Heynius in litteris ad me datis monstravit, hunc esse puto: sicut magna cupressus 'eminet' (ἀνέδραμε), quæ ornat pingue arvum aut hortum, aut sicut Thessalus equus 'eminet,' currum ornans: sic 'eminet' pulcra Helena, quæ est Spartæ decus. Alia comparatione, in qua est μεταπρέπει, 'excellit,' utitur Homer. Iliad. ii. 480. sqq. In Idyllio viii. versus est 79. τᾷ δρυῒ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίδι μᾶλα. Ælianus V. H. ii. c. xiii. Socratem dixit κόσμον ταῖς Ἀθήναις ὄντα. Harl. Calliergus pro lubitu dederat: πιείρᾳ μεγάλᾳ ἅτ' ἀνέδραμε ὄγμος ἀρούρᾳ. Huschkius in Epist. Crit. p. 19. locum sic corrigit: αἴγειρος μεγάλα ἅτ' ἀνέδραμε κόσμ. ἀρ. Eodem modo Goesius in Comm. in Æschyli Agam. p. 70. At αἴγειροι ὑδατοτρεφεῖς (Odyss. xvii. 208. x. 509. Virgil. Ecl. vii. 65.) minus recte ἀρούρᾳ tribuuntur.—Eichstadtio p. 31. corrigendum videtur: πιείρᾳ μέγα λαῖον ἅτ' ἔδραμε—. Hanc correctionem Heinrich. ad Scut. Hercul. p. 111. vocat omnibus numeris absolutam et palmariam, eandemque ita ambabus manibus arripit, ut, ni id faceret, dignum se censeat, qui ferreus dicatur et fere ἄμουσος. Antea enim in Obss. in Auctor. Vet. p. 74. sq. professus erat, vulgatam se scripturam pro integra ac genuina nunquam non esse habiturum. Verborum ibi juncturam unice vere, ut nobis quidem videtur, sic constituit: ἅτε κυπάρισσος μεγάλα ἀνέδραμε κόσμος ἢ ἀρούρᾳ πιείρᾳ, ἢ κάπῳ, ἢ (ἅτε) ἵππος Θέσσι ἅρματι (κόσμος ἐστὶ) ὧδε—. Jam πίειρα ἄρουρα dictum est ut apud Homerum aliosque πίονα ἔργα, et apud Latinos 'pinguia arva,' epitheto ornanti et nullo modo languenti. Verbum ἀνατρέχειν proprium est de arboribus. Iliad. xviii. 56. ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος. v. Küster ad Suid. s. v. ἀναδραμεῖν. Sic etiam ἀνέρχεσθαι. Odyss. vi. 163. φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα. Addemus Pindar. Nem. viii. 68. χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρον ἀναΐσσει. Commemorantur autem duo, ἄρουρα et κᾶπος, exemplo politissimorum poetarum. Virgil. Æn. x. 134. de Iulo: "Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum, Aut collo decus, aut capiti." Thessalici equi a veteribus magni æstimabantur, quorum etiam in certaminibus equestribus et curulibus usus fuit, ut patet vel ex Electra Sophocl. 703. Usitata item est virginis comparatio cum arbore succrescente; conf. locum Homeric. citat. et Catull. Epithal. Pel. 89. 90. de Ariadna: 'Qualis Eurotæ progignunt flumina myrtos Aurave distinctos educit verna colores.' Hæc attulit Heinrichius ad vulgatam lectionem defendendam. Jam si singula colligimus, Helena comparatur cum Aurora ob oris venustatem, cum vere ob omnem morum gratiam, cum cupresso ob corporis gracilitatem, cum equo Thessalo ob currendi celeritatem, qua æquales superabat ad Eurotæ ripas decurrens. Ita omnia sibi egregie respondent; λαῖον autem, quod Eichstadtii elegans sane conjectura infert, quo referri possit, plane non perspicio. Quæ quum ita sint, pæne adducor, ut credam, Heinrichium jam rediisse ad pristinam suam sententiam, quam pari doctrina et subtilitate stabilivit. Kiessl.

32. Πηνίον Iliad. xxiii. 762. Schol. interpretantur εἴλημα κρόκης, i. e. subtemen radio circumvolutum. Hinc πηνίζεσθαι, 'fila e colo deducere.' Quod si τάλαρος hoc loco est 'quasillus,' πηνίζεσθαι vi prægnanti accipiendum, totusque locus sic intelligendus est: nulla virgo fila tam tenuia e colo deducit, confectaque et glo-

Οὔτ' ἐνὶ δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἄτριον ἱστῷ
Κερκίδι συμπλέξασα μακρῶν ἔταμ' ἐκ κελεόντων.
Οὐ μὰν οὐ κιθάραν τὶς ἐπίσταται ὧδε κροτῆσαι,
Ἄρτεμιν ἀείδοισα καὶ εὐρύστερνον Ἀθάναν,
Ὡς Ἑλένα, τᾶς πάντες ἐπ' ὄμμασιν ἵμεροι ἐντί.
Ὦ καλά, ὦ χαρίεσσα κόρα, τὺ μὲν οἰκέτις ἤδη·
Ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι καὶ ἐς λειμώνια φύλλα
Ἑρψοῦμες, στεφάνως δρεψεύμεναι ἁδὺ πνέοντας,

merata fila in calatho reponit. Sed quum *τάλαρος* etiam ipsum 'pensum' significet, prætulerim fere alteram lectionem, quam duo cdd. hic offerunt: *ἐκ ταλάρω*. Sic sententia per se patet. KIESSL.

33. *ἄτριον* pro *ἤτριον*, Doricam formam, ex aliquot cdd. recte reduxerunt Valck. et Brunck, probavitque Warton, qui jam laudavit Valcken. ad Euripid. Phœn. 1726. p. 576. et Sallier. ac Pierson. ad Herodianum Grammat. post Mœrin Atticist. p. 464. Hesych. *ἄτριον, ὕφος λεπτόν· καὶ εὐάτριοι, εὐϋφεῖς.* HARL.

34. *ἐκ κελεόντων* ex cod. Genev., cui accedunt plures alii, jam Casaub. restituit pro vulgato *ἐκ καλεόντων*, et jure receperunt Reiske, Valcken. et Brunck. Dicti autem sunt *κελέοντες* 'pedes textorii mali, e quo stamina deducuntur.' conf. Berkel. ad Antonin. Liberal. p. 249. *Ἄτριον τέμνειν ἐκ τῶν κελεόντων*, 'textum pannum de pedibus ligni s. mali textorii secare.' Vid. Valcken. ad h. l. et ad Adoniaz. v. 35. p. 337. Vulgatum tamen tuetur atque copiose illustrat Portus in Diction. Dor. voc. *καλέοντες*, 'recta ligna quæ telas sustinent,' 'telæ juga.' HARL. Heinrich. hæc Grammaticor. loca citat. Eustath. ad Iliad. xi. *χρῆσις δὲ τῶν κελεόντων παρά τε ἄλλοις καὶ παρὰ Παυσανίᾳ, ὅς φησιν, ὅτι κελέοντες οἱ ἱστόποδες, καὶ τὰ λεπτὰ καὶ πηνοειδῆ τῶν ξύλων. λέγει δὲ καὶ Αἴλιος Διονύσιος, ὅτι κελέοντες οἱ ἱστόποδες καὶ πάντα τὰ μακρὰ ξύλα.* Pollux Onomast. vii. 10. s. 36. *ἱστόπους, ὡς Εὔβουλος λέγει, καὶ κελέοντες δὲ οἱ ἱστόποδες καλοῦνται.* Idem x. 28. s. 128. inter utensilia muliebria memorat *κελέοντας, τοὺς καὶ ἱστόποδας·* ubi recte vertunt 'telæ statumina.' Eadem fere traduntur ab aliis. vid. Harpocration s. v. Etymolog. M. Hesych. ibique interpp. adde vv. dd. ad Anton. Lib. c. x. p. 67. ed. Verheyk. Dahlius nostro loco retinuit *καλεόντων*, ut formam Doricam, idemque sentit Heinrich. cum Schotto ad priorem locum Pollucis.—Ceterum in rem suam convertit hos Theocriteos versus Claudianus ii. in Eutrop. 381. sqq. "doctissimus artis Quondam lanificæ, moderator pectinis unci. Non alius lanam purgatis sordibus æque Præbuerit calathis: similis nec pinguia quisquam Vellera per tenues ferri producere rimas." KIESSL.

35. *οὐδὲ λύραν* duo cdd. iidem cum tertio cd. *κροτᾶσαι*: denique quatuor alii *ἐπίστατο*.—*κιθάραν κροτεῖν*, 'citharam pulsare,' 'ferire,' plectro vel digito admoto. conf. Virgil. Æn. vi. 647. Citat Heinrich. Huschkii Epist. Crit. p. 12. Citharæ pulsatio conjuncta fuit cum cantu. KIESSL.

36. Abest hic versus a cdd. Gothano et quinque aliis, item ab edd. Ald. Med. hinc ejus fides, quum salvo sententiarum tenore abesse possit, quamvis locum non reddat languidum, hincque ab Heinrichio et Dahlio defendatur, valde imminuitur. Si tamen est genuinus, puellæ Laconicæ non potuerunt alias deas majori jure celebrare, quam Dianam, quæ tuetur venatrices, et Minervam, quæ textrices. conf. Ovid. Fast. iii. 817. sqq. Tibull. ii. 1. 65. KIESSL.

37. Duo cdd. *ὄμματι*.—Aristoph. Ran. 1077. *οὐ γὰρ ἐπῆν τῆς Ἀφροδίτης οὐδέν σοι.* Aristænet. i. 10. *τοῖς ὄμμασι Χάριτες οὐ τρεῖς—ἀλλὰ δεκάδων περιχορεύει δεκάς.* conf. Musæus Her. et Leand. 65. ibique Heinr. add. Anacr. li. 26. lxii. 2. KIESSL.

38. *κόρα*, quod reposuit pro *κόρη* Valcken. in sec. edit., est in tribus cdd. In duob. legitur *ἃ καλὰ ἃ χαρίεσσα.* KIESSL.

39. 40. *δρόμον* contra Reiskium conjicientem *δρυμόν* (quo metrum evertitur, nam priorem syllabam producit) tuetur Toupius, intelligitque 'gymnasium' vel 'stadium.' At Valcken. monet, non ad cursum se *ἦρι*, 'proximo mane,' sed ad flores legendos abituras cecinisse Spartanas puellas, probatque Koppiersii (qui comparat Claudian. ii. de Raptu Proserp. 118. sqq. et iii. 231. sqq.) in Observ. Phil. p. 62. conjecturam, *δρόσον*, ut 'prata rore maden-

Πολλὰ τεοῦς, Ἑλένα, μεμναμέναι, ὡς γαλαθηναὶ
Ἄρνες γειναμένας ὄϊος μαστὸν ποθέοισαι.
Πράτᾳ τοι στέφανον λωτῶ χαμαὶ αὐξομένοιο
Πλέξασαι, σκιερὰν καταθήσομεν ἐς πλατάνιστον·
Πράτᾳ δ', ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ
Λασδόμεναι, σταξεῦμες ὑπὸ σκιερὰν πλατάνιστον·
Γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται, ὡς παριών τις
Ἀννείμῃ, Δωριστί, ΣΕΒΕΥ Μ'· ΕΛΕΝΑΣ ΦΥΤΟΝ ΕΜΜΙ.

tia' per ἓν διὰ δυοῖν dixerit poeta δρόσον καὶ λειμώνια φύλλα. Acute sane! Forsitan tamen vulgata lectio ἐς δρόμον servari et locus ita exponi potest: 'cito abibimus ad flores colligendos.'—ἦρι denotare 'mane,' 'tempore matutino,' Toupius docet locis Idyll. xxiv. 91. Callim. H. in Jov. 85. et Arati Phænom. p. 34. ubi ἦρι et ἑσπέριαι conjunguntur. Harl. Haud dubie δρόμος hic est locus in quo curritur, 'stadium,' 'curriculum,' ut τρόχος in Eurip. Med. 46. et ἀγὼν in Scuto Herc. 312. Citat Heinrich. Graevii Lectt. Hesiod. c. xix. et Beckium ad Aristoph. Av. 13. Jacobsius locum sic interpretatur: "Mane ubi ad solitas in stadio exercitationes exierimus, inter eas et florum legendorum studium sæpe tui, quæ nos olim comitari solebas, meminerimus." Λειμώνια φύλλα (conf. ad Idyll. xi. 26.) innuunt stadium juxta Eurotam. Kiessl.

41—45. τεοῦς ex Apollonio Dyscolo et libb. Vatic. Toupius in Appendic. Notar. ad h. l. et ad Idyll. xi. 25. reducendum putat, sicque rescripsit Valckenarius etiam cum edit. Junt.—πολλὰ τεὰ 'Ελ. undecim cdd. nec non edd. Med. et Ald. (alii cdd. τέου et τεοῦ.)—Versu seq. dedit Brunck. γειναμένας pro γειναμένης ex edit. Winterton. et ita Valck. quoque dedit in sec. edit. [γεινομένας duo cdd. Brunck. item μαστὸν in μασδὸν mutavit.]—Vers. 43. et 46. πράτᾳ bene ex ed. Calliergi, ubi πράτα iota non subscripto legitur, rescripserunt Reiske, Valck. et Brunck pro vulgato πρᾶται. [Etiam Warton monuit πράτᾳ esse scribendum.] Ex loto, Nili flore, coronæ in Ægyptiis monumentis occurrunt: et loto coronatur Arsinoe Philadelphi et alter Ptolemæus apud Vaillant Ptol. p. 43. v. Warton. Adde Paschal. de Coronis lib. iii. cap. 13. et quæ scripsi ad Ovid. Trist. iv. El. i. vers. 81. Harl. [Adde de loto Vossium ad Virgil. Georg. p. 292. et de platano eundem ad Virgil. Georg. p. 287. et p. 786. atque Heinrichii Obss. p. 56. sq. Theocrit. xxii. 76. ὑπὸ σκιερὰς πλατανίστως. xxv. 20. πλατάνιστοι ἐπηεταναί. De ὑγρὸν ἄλειφαρ vid. ad Idyll. i. 55. Valcken. in Ruhnken. Epistolis edit. a Tittmanno p. 48. Kiessl.]

46. 47. Λασδόμεναι pro λαζόμεναι Winterton et Valcken. vid. ad xv. 21. λαζύμεναι ex ed. Florent. [et cd. Paris] recepit Brunck. Harl. De more, eorum, quos in deliciis habemus, nomina arborum corticibus inscribendi, citat Heinrich. Propert. i. El. 18. 22. "scribitur et vestris Cynthia corticibus." et Bentleium ad Callim. Fragm. ci. p. 466. ed. Ern. Adde Virgil. Ecl. x. 53. sqq. ibique Vossium p. 525. item notata ad Idyll. xxiii. 46. De vi temporis γεγράψεται disputat Hermann. de Emend. Rat. Gr. Gram. p. 249. Kiessl.

48. Ἀννείμῃ ex cod. Vatic. et ed. Florent. admiserunt in textum Valcken. et Brunck: verbique significationem (Hesychius enim, ad quem conferendus est Hemsterhus., ἀννέμειν explicat ἀναγινώσκειν. sic etiam Suidas. add. Scholia ad Pindar. Isthm. ii. 68. et Abresch. in Misc. Obss. vi. p. 406.) copiose vindicat et illustrat Toupius. Vulgata ἀγνοίῃ et lectio Aldina ταῦτ' εἰδῇ sunt mera interpretamenta. [In cdd. hæ lectiones extant: ἂν † νει· ἂν μείνῃ· ἂν νείμῃ· ἂν νοιμῃ· ἂν" εἴπῃ· ταῦτ' εἰδῇ· sic octo cdd. et Edd. Ald. Med. ἀγνοίῃ Call. Kiessl.]—σέβευ—ἐμμί, Doricas formas pro σέβου—εἰμί, recte, opinor, suasit Warton et restituit Brunck: σέβου jam Winterton dederat. Quod dicunt puellæ, inscriptionem Dorice exaratum iri, quoniam hac dialecto Theocritus vel ipse ut sibi propria usurus erat, Warton inde colligit, non Theocritum ipsum, sed aliquem Theocriti imitatorem fuisse hujus Idyllii auctorem: quod speciosius, quam verius dictum esse mihi quidem videtur. Harl.

Χαίροις, ὦ νύμφα, χαίροις, εὐπένθερε γαμβρέ.
Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ κουροτρόφος, ὔμμιν
Εὐτεκνίαν· Κύπρις δὲ, θεὰ Κύπρις, ἶσον ἔρασθαι
Ἀλλάλων· Ζεὺς δέ, Κρονίδας Ζεύς, ἄφθιτον ὄλβον,
Ὡς ἐξ εὐπατριδᾶν εἰς εὐπατρίδας πάλιν ἔνθῃ.
Εὕδετ' ἐς ἀλλάλων στέρνον φιλότητα πνέοντες
Καὶ πόθον· ἔγρεσθαι δὲ πρὸς ἀῶ μὴ 'πιλάθησθε.
Νεύμεθα κἄμμες ἐς ὄρθρον, ἐπεί κα πρᾶτος ἀοιδὸς
Ἐξ εὐνᾶς κελαδήσῃ ἀνασχὼν εὔτριχα δειράν.
Ὑμάν, ὦ Ὑμέναιε, γάμῳ ἐπὶ τῷδε χαρείης.

49. Conf. Valcken. ad Euripid. Phœniss. p. 159. Harl. Jacobs. citat Hephæst. Enchir. p. 12. χαίροις, ὦ Νύμφα, χαιρέτω δ' ὁ γαμβρός. Kiessl.

50. 51. κωροτρόφος—εὐτεκνίαν Brunck. et posterius etiam Valcken. in edit. 2. Secundum Homer. Iliad. iii. 175. et Odyss. iv. 12—14. et Coluthum Helena unam tantum filiam, Hermionen, habuit ex Menelao; Theocritus igitur alios secutus est auctores. Harl. Ad vers. 50. comparat Jacobs. Virgil. Æn. viii. 71. 'Nymphæ, Laurentes Nymphæ, genus amnibus unde est.'—Vs. 51. in margine Theocritei Codicis Medicei hoc Scholion invenit Salvinius: Μενελάου καὶ Ἑλένης ἀναγράφονται παῖδες Σωσιφάνης, Νικόστρατος καὶ Ἴαλμος· οἱ δὲ Θρόνιον, καὶ θυγατέρας Μελίτην καὶ Ἑρμιόνην. In καὶ Ἴαλμος Valckenario latere videtur καὶ Αἰθιόλας. conf. Schol. in Homer. Iliad. γ. 175. et Tzetz. ad Lycophr. Alexandr. v. 851. Ceterum verissime Dahlius, auctor, inquit, carminis nuptialis εὐτεκνίαν optaret necesse erat, quamvis haud ignoraret, conjuges votos excidisse. Kiessl.

52. Conf. Hom. Odyss. iv. 207. sq. vi. 188. Harl.

54. 55. φιλότατα Brunck.—ἔγρεσθαι—μὴ 'πιλάθησθε ex cdd. Vatic. et ed. Ald. receperunt Reiske et Valckenarius, Wartono calculum adjiciente. Vulgo ἔγρεσθε—ἀῶ· μή τι λάθησθε. Harl. Versum 54. Heinrichio expressisse videtur Claudianus in Nupt. Honor. et Mar. 16. 17. "Adspirate novam pectoribus fidem Mansuramque facem tradite sensibus." conf. etiam Catull. 61. 232—35.—Somnus, e quo rursus evigilamus, appellatur Idyll. xxiv. 7. ὕπνος ἐγέρσιμος. Kiessl.

56—58. ὁ πρᾶτος ἀοιδὸς opponitur secundo et tertio gallicinio, significatque τὴν πρώτην ἀλεκτοροφωνίαν, monente Heinsio.—δειρὰν pro δειρὴν cum duob. cdd. Brunck. et Valcken. Kiessl. Vs. 58. ἦ μὰν cdd. quidam, idque revocavit Reiske: alii et ed. Ald. ἡμὰν. Vulgatum Ὑμὰν antiquitati respondet. Compara Catull. carm. lx. Toupii Emend. in Suid. iii. p. 242. et 244. Harl.

ΚΗΡΙΟΚΛΕΠΤΗΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιθʹ.

ARGUMENTUM.

Parvum hoc poema, sive lusus potius epigrammaticus, ex Anacreontis carmine xl. expressus videri potest. Quod carmen Anacreonticum tum ab inventionis tum a tractationis laude huic facile præripit palmam. Wartonus, an illud scripserit Anacreon, an hoc Theocritus, æque dubitari posse judicavit. De hoc consentit Valckenarius, cui hi octo versus Bionis esse videntur, quos tamen ut Theocriteos exhibet Stobæus cap. 68.—In eodem argumento luserunt etiam alii, ut Meleager carm. cviii. (Antholog. Jacobs. t. i. p. 31.) Marcus Argentarius Ep. ii. (ibid. tom. ii. p. 242.) et Strato (ibid. tom. iii. p. 88.) Ep. lxxxviii.—Nostrum carmen figura æri incisa expressum esse a Bernhardio Rode, refert Ramlerus in notis ad versionem Carm. Anacreont. p. 127.

Τὸν κλέπταν ποτ' Ἔρωτα κακὰ κέντασε μέλισσα,
Κηρίον ἐκ σίμβλων συλεύμενον· ἄκρα δὲ χειρῶν
Δάκτυλα πάνθ' ὑπένυξεν· ὁ δ' ἄλγεε, καὶ χέρ' ἐφύση,
Καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἅλατο· τᾷ δ' Ἀφροδίτᾳ
Δεῖξεν τὰν ὀδύναν, καὶ μέμφετο, ὅττί γε τυτθὸν
Θηρίον ἐντὶ μέλισσα, καὶ ἁλίκα τραύματα ποιεῖ!

In Analectis Brunckianis est Idyll. xxx. Id tamen Bionis esse videtur Valckenario. Quæ in Antholog. Gr. Poet. p. 36. disserui, comparato hoc Idyllio cum Anacreontis carm. xl. ea hic repetere nolo. Harl.

1. ποκ' Brunck.—Idem vers. seq. χειρὸς, quod ad probabilitatem rei aptius esse videtur; at menti et adfectui Amoris cogitantis, utramque manum esse sauciatam, χειρῶν magis convenit. Harl. Henr. Vossius monuit, μέλισσα collective esse positum: nam plures apes omnes Amori digitos confixisse; hinc etiam τραύματα, 'vulnera,' doluisse. Idyll. xx. 33. ὡς καλὸς Διόνυσος ἐπ' ἄγκεσι πόρτιν ἐλαύνει. xxi. 6. ἰχθύος ἀγρευτῆρες. Quum φυσάω primam syllabam producat, ducibus aliquot codicibus scripsi ἐφύση pro ἐφύσση. Kiessl.

3. Pluralis δάκτυλα sæpe occurrit. Vid. Passov. de Lex. Gr. p. 71. Kiessl.

5. ἑὰν ὀδύναν, 'suum vulnus,' Brunck, ex ingenio, ut videtur. Harl.

Χ' ἁ μάτηρ γελάσασα, Τί δ'; οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις;
Χ' ὡ τυτθὸς μὲν ἔης, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς.

7. Harles. retinuerat lectionem Stephanianam, *τὺ δ'; οὐκ ἴσος* etc. Valckenarius recepit lectionem a Reiskio in edd. priscis repertam, *τὺ δ' οὐκ ἴσον.* atque hoc *ἴσον* habet etiam Stobæus. (Gesn. p. 391.) Sed quum ed. Flor., cui concinunt aliquot cdd. edd. Call. Ald. Stobæus, pro *τὺ* exhibeat *τί*, hoc si placeat, Valckenarius judicat scribi posse *τί δ'; οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσας*; idque nos cum Gaisfordio prætulimus.—Ut in Brunckii editione legitur, *τί δ'; οὐκ ἴσος ἐσσὶ μελίσσᾳ*; sic etiam Wartonus legendum conjiciebat.—*γελάξασα* duo cdd. et Ald. Kiessl.

8. *χὡς* Reiske, qui etiam conjicit *κοὐ·* vulgo *χὡ*. Valckenar. conjicit, *ὃς τυτθὸς μὲν ἐών*. Mihi inprimis arridet lectio Brunckii, *χὡς—ἐὼν*, 'etiamsi tu tam parvus sis:' *καὶ*, 'etiamsi;' supra ad Idyll. xv. 30. illustratum est. Koehlerus inter alia conjicit, *χ' ὡς τυτθὸν μὲν* (scil. *βέλος*) *ἵης, τὰ δὲ τρ.* etc. 'quam parvo telo vulnera quanta facis!' et comparat Moschi Idyll. i. 19. Harl. Lectio a Brunckio et Dahlio recepta est ex Koehleri conjecturis, quam non ut Harlesius, sed sic intelligunt: 'et o quam parvus tu quidem es!' Propter prægressum *τί δ'*; versu ultimo vulgatum *χὡ* ferri potest. Schaeferus conjiciebat, *ὡς τυτθὸς μὲν ἔης, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς.* Idem vir doctus monuit, *ἔης* h. l. habere vim præsentis. Idyll. v. 79. *ἦ στωμύλος ἦσθα, Κομάτα.* Anacr. 29. 40. *τὰ δ' ἦν ἀμείνω.* Add. Bion. xv. 4.—Porsonus *τὰ δὲ τραύματα ταλίκα ποιεῖς.*—Conf. etiam Valcken. ad Euripid. Hippolyt. p. 225. Kiessl.

oi.

ΒΟΥΚΟΛΙΣΚΟΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κ΄.

ARGUMENTUM.

Poeta pastorem inducit de contemtu et fastidio quo urbana puella blanditias suas rejecerat, graviter conquerentem. Causa illius fastidii suæque indignationis exposita (— 18.), quam immerito spretus sit, demonstrat, quum nec deformis sit, nec tam abjectæ conditionis homo, quippe quam Dii Deæque dignam habuerint, in qua amores quærerent.—Auctorem hujus carminis Theocriti Cyclopem ante oculos habuisse, et apertum est et monuit Manso, cui cum aliis Moschi id esse non improbabile videtur. Ad Moschum auctorem retulit jam D. Heinsius (Lectt. Theocrit. p. 294. a.), cujus judicium sequitur Valckenarius, qui tamen argumentum, quo hoc poemation Toupius in Append. Notar. in Idyll. vii. 19. ab Theocrito abjudicat, et quo etiam Heinsius L. Theocr. p. 340. a. jam usus fuerat, petitum illud ex verbis Scholiast. ad Idyll. vii. 19., imbecillum admodum esse jure existimat. Eichstadtius et hoc carmen et xxvii. ab ingeniosiore Theocriti imitatore compositum esse judicat.—Ceterum eos Grammaticos, qui Theocritum hoc carmine homines quosdam, qui Musam ipsius bucolicam ut male rusticam contemnerent, perstringere voluisse tradunt, vehementer errare, hoc cum Jacobsio, Mansone, aliisque confidenter dicimus.

Εὐνείκα μ' ἐγέλαξε θέλοντά μιν ἁδὺ φιλᾶσαι,
Καί μ' ἐπικερτομέοισα τάδ' ἔννεπεν, Ἔῤῥ' ἀπ' ἐμεῖο.

In Analectis Brunckii est Idyll. xxxi. qui cum Reiskio aliisque id Theocrito abjudicat. vid. etiam Valcken. Comparationes tamen et similitudines, quas conferes cum iis quæ in Idyll. xi. obviæ sunt, ingenio et personæ bucolici respondent. Harl.

1. Valckenario ad Adoniaz. vs. 41. p. 348. C. poeta hic videtur posuisse, *ἐγέλαξ' ἐθέλοντα*. Unus cod. *με γέλαξε*.—Nomen **Εὐνίκα**, pro quo h. l. unus cod. **Εὐνείκα** præbet, reperitur apud Hesiod. Theog. 247. et apud nostrum xiii. 45. ubi ex multis codd. cum Gaisfordio **Εὐνείκα** scripsimus; idemque etiam h. l. dedimus. Kiessl.—*ἁδυφιλᾶσαι* Brunck, uti suaserat etiam Warton, qui insuper *μ' ἐξεγέλαξε* correxerat: utrumque præter necessitatem et contra metrum correctum est. Conf. Valcken. Epist. ad Roever. p. lxi. Harl.

2. Etym. M. p. 90. 11. *ἔθος ἔχουσιν οἱ Αἰολεῖς τὸ ι τρέπειν πρὸς τὸ ἐπιφερόμενον σύμφωνον. οἷον εἴρω ἔῤῥω, φθείρω φθέῤῥω.* conf. Gregor. Cor. p. 587. sq. Maittair. de Dial. p. 197. adde locum Eustathii p.

Βωκόλος ὢν ἐθέλεις με κύσαι, τάλαν; οὐ μεμάθηκα
Ἀγροίκως φιλέειν, ἀλλ' ἀστυκὰ χείλεα θλίβειν.
Μή τύ γά μευ κύσσῃς τὸ καλὸν στόμα, μηδ' ἐν ὀνεί-
ροις.
Οἷα βλέπεις, ὀπποῖα λαλεῖς, ὡς ἄγρια παίσδεις·
Ὡς τρυφερὸν λαλέεις, ὡς κωτίλα ῥήματα φράσδεις·
Ὡς μαλακὸν τὸ γένειον ἔχεις, ὡς ἁδέα χαίταν.
Χείλεά τοι νοσέοντι, χέρες δέ τοι ἐντὶ μέλαιναι·
Καὶ κακὸν ἐξόσδεις. ἀπ' ἐμεῦ φύγε, μή με μολύνῃς.

756. l. 32. citatum apud Maittair. p. 283. —Iliad. viii. 164. ἔῤῥε, κακὴ γλήνη. ad quem locum conf. Koeppen. Iliad. xxii. 498. ἔῤῥ' οὕτως. Latine, 'abi in malam rem.' v. Callim. H. in Del. 130. ibique Th. Graev. Theocriti locum citat Ruhnken. in Epist. Crit. i. ad Homer. H. in Merc. 159. (p. 121. ed. nov.) Kiessl.

4. φιλέην—ἀστικὰ (quod in tribus cdd. legitur)—θλίβην Brunck. φλίβειν vel φλίβεν scripturum fuisse Theocritum, si hujus carminis auctor esset, opinatur Valckenarius. Longus ii. cap. 7. pag. 174. ed. Boden. (p. 44. Schaef.) θλίψιν τοῖς στόμασι (σώμασι correxit Wyttenbach.) παρέχουσαι, κατὰ τὴν τῶν χειρῶν περιβολήν. Locutio θλίβειν χείλεα significat 'labra suaviter premere,' h. e. suaviter osculari. Conf. Idyll. xii. 32. Harl.

5. μὴ τύ γά μευ κύσσῃς ex emendatione Toupii scripserunt Valck. et Brunck. pro vulgata, μὴ τύ γε — κύσῃς· nam κύσαι primam semper corripit. Odyss. xvi. 15. κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλά. Harl. Vid. notata ad Idyll. xxiii. 18. Kiessl.

6. 7. ὀπποῖα φιλεῖς Brunck; haud inepte quidem propter versum sequentem, ubi λαλέεις repetitur: quæ quidem repetitio in sermone et dialogo interrupto, præcipue animo commoto, haud infrequens est. v. Schrader ad Musæum p. 270. nisi in sequenti versu malis cum Eldickio apud Valcken. legere τρυφερὸν γελάεις· quod equidem præferrem, nisi drama quasi cogitarem, et bubulcum, postquam desiit Eunica in voc. παίσδεις, elegantius agentem et loquentem: quod et ipsum quum illa irrideret, ironice verss. 7. et 8. dixisse videtur; qua ratione probata repetitio illa haud adeo ingrata erit. Conf. ad Idyll. xxi. 18. et Alciphr. i. 38. p. 179. (p. 235. Wagn.) ibique Bergler. — ἄγρια παίσδεις tuetur Moschus i. 11. [ἄγρια παίσδει apud Moschum longe alium sensum habet, quam qui loco Theocriteo convenit. conf. Manson. ad illum locum. Kiessl.] Reiske ex Ald. edit. (cui concinit unus cd. et edit. Call.) ἀγρικὰ rescripsit. Harl. Bene Jacobsius in Specimine Emendat. p. 47. de hoc loco ita disputat: "Mirum est, puellam urbanam modo irridere pastori, modo manifesta convicia in eum jactare, et quidem ita, ut ab conviciis incipiat, tum ad irrisionem procedat, mox iterum ad convicia delabatur; quum contra animi naturæ multo aptius fuisset, puellam ab ironia progressam, animo deinde irridendo exasperato, ad mera convicia descendere." Graefius conjicit: ὀκκοῖα γελᾷς, ὡς ἄρτια παίσδεις, ut ἄρτια hic dictum fuerit, ut in ἀρτιεπής, ἀρτίφρων, ἀρτίνοος, et in Homerico ἄρτια ᾔδη, de lusu apto et concinno.—Vs. 7. pro λαλέεις mihi quidem non incommode videtur legi posse λαλαγεῖς. Sed totum versum etiam hoc suspectum reddit, quod in uno cod. omittitur. Kiessl.

8. Conf. de hoc versu Voss. ad Virgil. Ecl. viii. 34. p. 408.—Ceterum notandum ἁδέα χαίταν. Forma ἁδέα satis defenditur loco Hom. Il. vi. 291. εὐρέα πόντον. conf. Matthiaei Gr. Gr. §. 119. not. 2., eandemque etiam genere femin. usurpari posse, docet ἡδὺς ἀϋτμὴ in Odyss. xii. 369. conf. Matthiaei Gr. Gr. §. 119. not. 4. et Schaeferum in Addendis ad Choerili Reliquias edit. a Naekio, p. 267. Kiessl.

9. τὶν pro τοι, bis, Brunck.—μέλαινες edd. pr. ante Stephan. (etiam tres cdd.) v. Reiske ad Idyll. xvi. 36.—ἐντὶ pro εἰσὶ Brunck et Valcken. Harl.

10. "Vel tanquam rusticus, ut ille in Aristoph. Nub. 50. ὄζων τρυγός, τρασιᾶς, ἐρίων· vel etiam τοῦ στόματος ὄζων κακόν, ut loquitur Pherecrates apud Athen. iv. p. 159. F. Contra de poculo Theocr. Id. i. 149. θᾶσαι, φίλος, ὡς καλὸν ὄσδει." Valcken.

Τοιάδε μυθίσδοισα, τρὶς εἰς ἑὸν ἔπτυσε κόλπον,
Καί μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε συνεχὲς εἶδεν
Χείλεσι μυχθίσδοισα, καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα·
Καὶ πολὺ τᾷ μορφᾷ θηλύνετο, καί τι σεσαρὸς
Καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλαξεν. ἐμοὶ δ' ἄφαρ ἔζεσεν αἷμα,
Καὶ χρόα φοινίχθην ὑπὸ τὤλγεος, ὡς ῥόδον ἔρσα.
Χ' ἁ μὲν ἔβα με λιποῖσα· φέρω δ' ὑποκάρδιον ὀργάν,
Ὅττί με τὸν χαρίεντα κακὰ μωμήσατ' ἑταίρα.
Ποιμένες, εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον· οὐ καλὸς ἐμμί;

11. *μυθίσδοισα* pro *μυθίζοισα* Winterton, Valcken. Brunck. Harl. *τέον* quatuor cdd. et Ald. Conf. ad Idyll. ii. 62. Kiessl.

12. *κῆμ'—εἶδε* Brunck. prius etiam vs. 2. Harl. "Vulgo *συννεχές*. Sic Apollon. Rhod. i. v. 1271. *συνεχέως*. Brunckius ad h. l. "*συνεχέως, συνεχὲς*, primam producunt, quia liquida geminatur pronuntiando in prima syllaba. Perperam et contra meliorum librorum fidem *συννεχέως* edidit Stephanus, et ii. 738. *συννεχές*. Aratus Phæn. 20. *οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς αἰεί*. Vide Cl. Ernesti notam ad Il. *ο*. 31. et ad Callimach. H. in Apollin. 60." "Add. Heyn. ad Iliad. xii. v. 26." Schaef. Hujus versus sensus, ut Virgilii verbis utar, est: "a capite ad pedes me totum luminibus pererrat" s. lustrat. Aristoph. Plut. 650. *ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ*. Kiessl.

13. *μυχθίζοισα* Reiske, Toupius in Addendis, Hemsterhusius, quem consules, ad Lucian. i. p. 353. f. et, Dorica forma addita, *μυχθίσδοισα*, 'adducto naso,' vel etiam, 'excusso per nares spiritu irridens, mussitans, surdo murmure,' Valcken. et Brunck emendarunt. In veteribus libris est *μυθίζοισα*. [Hesychius: *μυχθίζουσι, μυκτηρίζουσι, χλευάζουσι*. Usus est hoc verbo Polybius xv. 26. quem locum citat et interpretatur Toupius, neglectus a Schweighäusero. Kiessl.]—*λοξοβλεποῖσα* ex edd. pr. (quæ accentum in antepenultima positum habent,) Reiske et Brunck in textu: hic tamen in notis veram lectionem *λοξὰ βλέποισα* (nam *λοξοβλέπω* et *λοξοβλεπέω* sunt verba Græcis incognita) cum Valckenario tuetur. Harl.

14. 15. *θηλύνετο*] Bion vii. 18. *καὶ γὰρ ἴσον τήναις θηλύνετο*· ubi Heskin, verbum illud, inquit, *θηλύνεσθαι* mores illos affectatos, quos amor proprius et placendi studium in feminis parit, feliciter exprimit.—De *σεσαρὸς* conf. Idyll. vii. 19. Foësii Œcon. Hippocrat. voc. *σεσηρός*, et Porti Diction. Dor. voc. *σεσαρώς*. Lucian. in Philopatr. 26. p. 615. tom. iii. *οἱ δὲ σεσηρὸς ὑπομειδιῶντες*, 'illi vero canino rictu subridentes:' ubi Gesner notat, de iratorum canum rictibus solitum adhiberi. Schol. ad Aristoph. Pac. 635. (621.) *σεσηρότας ἀπὸ τῶν κυνῶν ἡ μεταφορά· ὅταν γὰρ ὀργίζωνται, σεσήρασιν ἀλλήλοις*. Possis, ait idem, vertere, 'sarcastice subridentes;' *σαρκάζειν* enim et *σαρκασμὸς ἀπὸ τοῦ σαίρειν*, unde et *σέσηρα*. [Valckenar. ad nostrum locum monet, *σεσηρέναι*, 'ringi,' plerumque semper esse vel invidi, vel contemtoris, vel animum certe malignum ficto risu celantis. Adnotator Vimariensis adscripsit *κεχηνός* t. v. Similiter in Lycophron. Cass. v. 880. ad *προσσεσηρότας* Cod. Vit. 2. habet Schol. interlin. *κεχηνότας*. Kiessl.]—Vers. 15. *σοβαρὸν* est 'superbe.' v. Lucian. Amor. ii. 40. p. 441. tom. ii. et Charid. 8. p. 622. tom. iii. (adde Riemer. in Lex. Gr. s. h. v.) Valckenarius, quem vide, cum Hemsterhusio mallit legere *σοβαρόν γ' ἐγέλαξεν*.—*ἐμὶν* Brunck. Harl.

16—18. "Callim. Lav. Pall. 27. *τὸ δ' ἔρευθος ἀνέδραμε, πρώϊον οἵαν Ἢ ῥόδον ἢ σίβδας κόκκος ἔχει χροΐαν*. Apollon. Rh. iii. 725. *φοινίχθη δ' ἄμυδις καλὸν χρόα*." Jacobs.—*ἔρσας*—*λυποῖσα* dedit Reiske, prius ex ingenio, posterius ex edd. priscis ante Stephanum publicatis: indignantibus Toupio (qui ostendit, *λύπη* et *λυπεῖν* primam syllabam semper producere,) et Valckenario. Toupius comparat etiam Euripid. Phœniss. v. 210. [*ἔρσαι* unus cd. cum edd. Ald. et Call., alius cod. *ἔρσαις*. quod forsitan verum. Plurali utitur Pindar. Nem. viii. 68. *χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρεον ἀναΐσσει*. Kiessl.]—Vs. 18. *μωμάσατ'* Brunck. Harl.

19—21. *κρήγυον*, 'verum,' bonum, mihi quod conveniat. v. Foësii Œcon. Hippocr. h. v. Hesych. tom. ii. p. 344. ibique Alberti. Dammii Lex. Gr. p. 1003. Hom. Il.

Ἆρά τις ἐξαπίνας με θεὸς βροτὸν ἄλλον ἔτευξεν;
Καὶ γὰρ ἐμοὶ τοπάροιθεν ἐπάνθεεν ἁδύ τι κάλλος,
Ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκασδεν ὑπήναν·
Χαῖται δ', οἷα σέλινα, περὶ κροτάφοισι κέχυντο·
Καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις·
Ὄμματά μοι γλαυκᾶς χαροπώτερα πολλὸν Ἀθάνας·
Τὸ στόμα καὶ πακτᾶς γλυκερώτερον· ἐκ στομάτων δὲ

α. 106. ibique Schol. *τὸ κράγυον* malit Valcken. — *εἶπατ' ἐμίν*, et vs. 21. *ἐμὶν* Brunck. Harl. Vs. 20. Propert. i. 12. 11. 'non sum ego, qui fueram.' Vs. 21. Odyss. x. 318. sq.—*πρίν σφωϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους Ἀνθῆσαι, πυκάσαι τε γένυν εὐανθέϊ λάχνῃ.* Add. Virg. Æn. viii. 160. et notata ad Idyll. xv. 85. Kiessl.

22. Valckenario poeta videtur more Dorico scripsisse, *ἐμὰν δ' ἐπύκασδεν ὑπάναν.* [Nos cum Brunckio *ἐπύκασδεν* dedimus. Conf. Idyll. ii. 153. iii. 14. K.] Sensus est: sicut hedera stipitem amplexa quasi obumbrat; ita mentum meum coma densa obumbrabat. Harl. In ora libri correxerat Hemsterhusius *κισσῷ*. v. Toup. Ep. Crit. p. 165. Verba *ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον* Reiskium male retulisse ad sequentia, docet particula *δὲ* post *ἐμάν*· immo ad illa verba cum Mansone in altera edit. Bionis et Moschi p. 221. *ἐπανθεῖ* est supplendum. Graefius opinatur hunc locum sic scribendum esse: *καὶ γὰρ ἐμοὶ τοπάροιθεν ἐπάνθεεν ἁδύ τι κάλλος, χαῖται δ' οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισι κέχυντο, ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκασδον ὑπάναν.* Χαίτας *οἷα σέλινα* interpretatur *χαίτας οὐλοτάτας*, 'cincinnulos molliter crispatos.' Kiessl.

23. 24. *κροτάφοις ἐκέχυντο* Brunck. (*κέχυνται* veteres edd.) Warton in Addendis p. 358. et Valcken. in prima edit. hunc locum sic constituerunt: *καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον· ὑπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις ὄμματά μοι*— : quam suspicionem confirmat nostri imitator, Longus libr. iv. Pastor. c. 13. p. 446. Boden. (p. 123. Schaef.) *ὁρᾷς, ὡς ὑακίνθῳ μὲν τὴν κόμην ὁμοίαν ἔχει; λάμπουσι δὲ ὑπὸ ταῖς ὀφρύσιν οἱ ὀφθαλμοί, καθάπερ ἐν χρυσῇ σφενδόνῃ ψηφίς; καὶ τὸ μὲν πρόσωπον ἐρυθήματος μεστόν, τὸ δὲ στόμα λευκῶν ὀδόντων, ὥσπερ ἐλέφαντος;* Conf. Anacr. xxviii. 10. sqq. ibique notas in Anthol. Gr. Poet. Harl. Hanc mutationem jure improbat Dahl. Kiessl.

25. *ὄμματά μοι γλαυκᾶς* ex cd. Vaticano (cui concinunt duo alii:) atque editione Juntina cum Valcken. et Brunckio (qui more suo scripsit *ὄμματ' ἐμίν*,) rescripsi, concinnitate orationis exigente; idque probavit tam Brodaeus Miscell. vii. 11. quam Reiske. Vulgata lectio, *ὄμματά μοι δ' ἄρ' ἔην*, ex cdd. Brubach. et Steph. venit in sequentes. In primis editionibus legitur *ὄμματά μοι χαροπώτερα* etc. Harl.— Etymol. M. p. 807. 31. *Χαροπός, περιχαρής, εὐόφθαλμος.* Hesychius explicat *περιχαρής, γλαυκός, ξανθός, φοβερός.* Etiam J. H. Vossius in Jen. A. L. Z. 1805. 141. p. 520. sqq. derivans a *χαρὰ* contendit, primum significare 'oculos ob animi alacritatem micantes.' Sic Hom. Odyss. xi. 610. *χαροποὶ λέοντες* (hellblickende funkelnde Löwen;) H. in Merc. 194. *χαροποὶ κύνες.* Sophocl. Philoct. 1146. (1128. Erf.) *χαροπῶν ἔθνη θηρῶν.* (ubi Schol. *φοβερῶν*.) Aristoph. Pac. 1065. *ᾔσθην χαροποῖσι πιθήκοις.* Idem vir doctus et h. l. et Idyll. xii. 35. hoc epitheton refert 'ad oculorum alacritatem et fulgorem.' Contra Riemer in Lex. Gr. s. h. v. affirmat, factum esse vocabulum per literarum trajectionem ex *χρᾳώψ, χραοπός*, a *χραός*, 'ravus,' 'grau,' et significare ut plurimum certum quendam colorem, eundem fere, quem *γλαυκός*, 'cæsius.' Plutarch. Mar. 11. tribuit Germanis *χαροπότητα τῶν ὀμμάτων* et Tacitus Germ. iv. 'truces et cœruleos oculos.' Hanc rationem uti equidem alteri longe præferendam esse censeo, ita mihi persuasi, *γλαυκᾶς* esse expellendum et lectionem pristinam *ὄμματά μοι δ' ἄρ' ἔην* restituendam. Sic vera orationis concinnitas existit. Kiessl.

26. Confer Idyll. xi. 20. ubi est *λευκοτέρα*· atque quum in sequenti versu repetatur *γλυκερωτέρα*, repetitio ejusdem epitheti in duobus continuis versibus ingrata jure videtur Valckenario, qui acute conjicit, scriptum fuisse a poeta *πακτᾶς ἁπαλώτερον*, beneque comparat Ovid. Metam. xiii. 795. ubi Polyphemo Galatea dicitur fuisse 'Mollior et cygni plumis et lacte coacto:' hancque emendationem probat Brunck. Καὶ *στόμα* (uti habet edit. Ald., *καὶ στόμα δ' αὖ* duo cdd.) *δὲ πακτᾶς*, scil. *τροφαλίδος*, corrigendum putat Reiske.

Ἔῤῥεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μελικήρω.
Ἀδὺ δέ μοι τὸ μέλισμα, καὶ ἢν σύριγγι μελίσδω,
Κἢν αὐλῷ λαλέω, κἢν δώνακι, κἢν πλαγιαύλῳ.
Καὶ πᾶσαι καλόν με κατ᾽ ὤρεα φαντὶ γυναῖκες,
Καὶ πᾶσαί με φιλεῦνθ᾽· ἁ δ᾽ ἀστυκὰ οὐκ ἐφίλασεν,
Ἀλλ᾽, ὅτι βωκόλος ἐμμί, παρέδραμε· κ᾽ οὔποτ᾽ ἀκούει,
Ὡς καλὸς Διόνυσος ἐν ἄγκεσι πόρτιν ἔλαυνεν·

Harl. Valckenarii mutationem recepit et defendit Manso in Bionis et Moschi Idyll. p. 221. Graefius malit τρυφερώτερον, aut etiam γλαγερώτερον, non quidem de 'lacteo colore,' sed de 'lactea illa teneritate.'—Conf. Longi Pastoral. p. 16. Schaef. χείλη μὲν ῥόδων ἁπαλώτερα καὶ στόμα κηρίων γλυκύτερον. Kiessl.

27. ἔῤῥει ἐμὶν Brunck. (ἔῤῥει Call. cum duob. cdd. ἔῤῥε Ald. Junt.)—μελικήρω· hanc vulgatam lectionem cum Valckenario servavi; nam ἢ etiam post comparativum interdum πλεονάζει. vid. ad Idyll. xv. 37. et Koen. ad Gregor. de Dial. p. 89. [Valckenar. ad nostrum locum citat Thucydid. vii. 77. ἤδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε ἐσώθησαν· ubi a viris doctis loci Homerici, ex quibus hæc dicendi ratio promanavit, citantur. Kiessl.] ἢ μέλι κηρῷ Reiske et Brunck, quod jam Warton probaverat. [Idem probat Gracfius, ut dictum sit pro ἢ μέλι ῥεῖ ἐκ κηροῦ· nam hoc sic demum eleganter concinere cum præcedente ἐκ στομάτων ἔῤῥεε φωνά. Kiessl.] Cum mellis vero dulcedine orationis suavitatem et vim eloquentiæ sæpius comparatam fuisse, res est notissima. Fundus est Homer. Iliad. α. 249. ad quem locum Du Port in Gnomologia Homeri p. 6. et ad hunc Theocriti locum Warton plura collegerunt exempla; inprimis Klotz ad Tyrtæum p. 76. sq. Harl.

28. ἀδὺ δ᾽ ἐμὶν τὸ μέλιγμα Brunck. μέλισδμα edd. vett. apud Reiskium. Harl. μέλιδμα duo cdd. quod non spernendum videtur. Kiessl.

29. Graefius, cui insolens videtur λαλεῖν αὐλῷ, ne quid dicat de tribus parum eleganter sese excipientibus syllabis λω λαλε, legendum censet, κἢν αὐλῷ κελαδέω. Kiessl. Vocabulum πλαγιαύλῳ et libri et interpretes (v. Reiske et Warton, qui varias recensuerunt lectiones atque crises, suasque adleverunt suspiciones,) immerito, reor, sollicitarunt. Est autem πλαγίαυλος idem quod Longus Pastoral. i. cap. 2. p. 26. (ubi vide Mollum) dicit αὐλοὺς πλαγίους, et 'fistula obliqua,' tibiæ genus ex loto, Apollinis inventum, teste Bione iii. 7. Harl. [Conf. Mansonem ad locum Bionis p. 159. sq. Twining ad Aristotel. A. P. c. 1. Voss. ad Virgil. Ecl. p. 402. sq. Kiessl.]

30. πᾶσαί με καλὸν κατὰ τώρεα Brunckius, quam mutationem probat Graefius. Poterat etiam scribi πᾶσαί με καλὸν κὰτ τώρεα, si mutatione opus esset.—Γυναῖκες sunt 'puellæ:' nam γυνὴ significat feminam, solius sexus habito respectu. Iliad. α. 348. de Briseide, ἡ δ᾽ ἀέκουσ᾽ ἅμα τοῖσι γυνὴ κίεν· et vs. 336. Βρισηΐδος εἵνεκα κούρης. Kiessl.

31. Pro vulgata φιλεῦντι· τὰ δ᾽ ἀστυκά μ᾽ οὐκ ἐφίλ. rectius scripserunt Winterton et Valck. φιλεῦνθ᾽· ἁ δ᾽ ἀστυκὰ οὐκ ἐφίλασεν. Brunck cum duobus cdd. dedit ἀστικά, et cum Hemsterhusio atque Toupio οὔ μ᾽ ἐφίλασεν. [Hanc rationem probarunt etiam Manso et Graefius. Vulgatam minime suspectam habet Stephanus: putat enim, vel subaudiri χείλεα, vel τὰ ἀστυκὰ plurali numero et neutro genere per contemtum dici; ita tamen, ut subaudiri χείλεα malit. Kiessl.] Duriuscule corrigit Warton ἄστυ κατ᾽ οὐ μ᾽ ἐφίλ. Harl.

32. 33. παρέδραμε. κοὔποτ᾽ ἀκούει Ὡς καλὸς—Valckenarius cum Stephano. παρέδραμε, κοὔποτ᾽ ἀκούει. Χὠ καλὸς—: hanc veterum librorum et lectionem et interpunctionem revocarunt Reiske, Brunck, Dahl, Manso. Equidem malim cum Valckenario χ᾽ ὡς, pro καὶ ὡς aut ὡς καὶ positum. [Pro vulgato ἐπ᾽ ἄγκεσι cum Brunckio ex tribus cdd. ἐν ἀγκ. scripsimus. Graefius hunc versum sic legit: ὡς ὁ καλὸς Διόνυσος ἐπ᾽ ἄγκεσι πόρτιν ἔλαυνεν. Hoc imperfectum, quum præsens neque sequentibus conveniat, neque naturæ rei, adscivimus. K.] Compara Virgil. Ecl. x. 18. [Adde Vossium ad Virgil. Ecl. ii. 60. p. 84. Kiessl.] et Longi Pastoral. iv. 13. p. 447. sq. ed. Boden. (p. 124. Schaef.)

Οὐκ ἔγνω δ', ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βώτᾳ,
Καὶ Φρυγίοις ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν· αὐτὸν Ἄδωνιν
Ἐν δρυμοῖσι φίλασε, καὶ ἐν δρυμοῖσιν ἔκλαυσεν.
Ἐνδυμίων δὲ τίς ἦν; οὐ βωκόλος; ὅν γε Σελάνα
Βωκολέοντα φίλασεν· ἀπ' Οὐλύμπω δὲ μολοῖσα
Λάτμιον ἂν νάπος ἦνθε, καὶ εἰς ἕνα παιδὶ καθεῦδεν.

Warton comparat etiam Nonni Dionys. libr. xv. p. 428. ed. 1605. Παρθένε, μή με δίωκε, καὶ εἰ βόας εἰς νομὸν ἕλκω· Οὐρανίων λεχέων ἐπιβήτορές εἰσι νομῆες·— Harl.

34—36. βώτᾳ—Φρυγίοις [quod pro vulgato Φρυγίης ex tribus cdd. fuit enotatum, quare recepimus. Kiessl.]—ὤρεσι, καὶ τὸν Ἄδων.—δρυμοῖς ἐφίλασε—ἔκλαυσεν, pro vulgatis βούτᾳ—Φρυγίης—ὤρεσιν· αὐτὸν Ἄδων. δρυμοῖσι φίλασε—Brunck partim ex cod. Vat. partim ex conjectura Wassenbergii apud Valckenar. quem adi. Cum Brunckio Valckenarius βώτᾳ scripsit in ed. sec., in reliquis vulgatum retinuit. Reiske ex edd. antiquis dedit δρυμοῖσι φύλασσε· [hoc φύλασσε est in Ald. Call. aliis, φίλασσε in Junt. et uno cd. atque ita patet, unde illa lectio orta sit. Is. Vossius, οὐ τὸν Ἄδωνιν—per interrogationem.—Ovid. Trist. ii. 299. "In Venere Anchises, in Luna Latmius heros, In Cerere Iasion, qui referatur, erit." Hunc locum comparant Jacobs. ad h. l. et Valcken. in Fragm. Callim. p. 75. sq. Add. Theocr. Idyll. iii. 49. sq. Kiessl.] at tamen lectio, a Stephano introducta, φίλασε, veterum narrationi, a Bione potissimum in Idyllio i. exornatæ, melius respondet. Quod vero poeta Idam montem Phrygium vocat, in eo sequitur rationem jam ante ipsius ætatem receptam; eandem sequuntur seriores poetæ, etiam Virgilius: at tempore Homeri bellique Trojani Phrygiam et Trojam diversa fuisse regna, diversorum finium linguæque diversæ, clare ostendit Wood in libro, Versuch über das Originalgenie des Homers, p. 225. sqq. Harl. "Proba est Eustathii ad Iliad. β. p. 276. Bas. observatio: φασὶ δὲ οἱ παλαιοί, ὅτι Ὅμηρος μὲν διαστέλλει Φρύγας καὶ Τρῶας· Αἰσχύλος δὲ καὶ οἱ νεώτεροι (inprimis Tragici. v. Strab. xii. c. vi. §. 7. p. 573. Cas.) συγχέουσι. Idem fere habent Schol. Ven. ad Iliad. x. 431. Cujus rei causa videtur fuisse, quod Ilio everso Phryges agri Trojani partem occuparunt." Hæc Siebelis ad Hellen. ab ipso edita p. 315. Add. Strabon. xii. p. 389. (p. 565. Cas.) et interpretes ad Pompon. Mel. i. 19. 4. Kiessl.

37—39. ἧς—ὅν γε—Βωκολέοντ' ἐφίλασεν—'Ωλύμπω δὲ—ἦνθε pro vulgatis ἦν—ὅν τε—Βουκολέοντα φίλασεν—οὐλύμπω—ἦλθε Brunck. Idem in textu quidem ἂν νάπος dedit, in notis autem Hemsterhusii correctionem, a Valckenario in textum receptam, ἀννάπος, probavit. [Pro ἀνὰ νάπος rectius scribi ἂν νάπος, quam quod hic voluit Hemsterhusius ἀννάπος, docuit Reizius de Inclinat. Accent. p. 40. In Junt. est Λάτμιον αἶπος ἀνῆλθεν, in Ald. λάθριον ἀνάπος ἦλθε. Hoc λάθριον extat etiam in aliquot bonis codicibus. Vers. 37. ὅν γε, quod pro ὅν τε dederunt Brunck et Valcken. est in uno eoque optimo codice. Graefius optimam censet lectionem ὅν τε. Kiessl.] Reiske dedit οὐλύμπω τε· at δὲ servari posse putat, si lectio Aldina οὔτε Σελάνα mutetur in οὐχ ἕ, 'nonne eum?' Valcken. in edit. sec. ita mutavit: ὅν γε Σελ.—Βωκολέοντα φίλ.—ἀπ' 'Ωλύμπω δὲ μολ.—εἰς ἕνα ex Brubach. ed. receperunt Stephanus, et ii, qui illum sequuti sunt, atque in textu servavit Valckenaer; ac Warton, postquam varias recensuit lectiones variasque excogitavit emendationes, vulgatum illud defendi posse judicavit, subintellecto substantivo κοῖτον, χῶρον aut τόπον. Reiske contra ex eo, quod veteres libri et cdd. exhibent εἰς ἐμὰ [duo cdd. κεἰς ἐμᾶ', unus ἀμὰ, unus ἐὰ pro ἕνα. εἰς εὰ præbet etiam cd. Paris. collatus a Bastio, quem vide in præfat. ad Append. Epist. Crit. p. vii. Kiessl.], post varias lectiones atque suspiciones dijudicatas, correxit ac rescripsit εἰς ὁμά, i. e. τὰ αὐτά, scil. λέκτρα vel ἤθη, eumque sequutus est Brunck. Ego vero cum Valckenario probo Heinsii emendationem εἰς ἅμα, 'simul cum puero dormivit.' Ἅμα καθεύδειν est frequens formula loquendi, præcipue sensu amatorio: εἰς per pleonasmum et more Theocriteo addi, docet Valckenarius exemplis ex Idyll. ii. 43. xxv. 17. aliisque similibus adductis. Harl. Scaliger malebat εἰς ἓν scil. λέκτρον vel χωρίον, idque reperit Schottus in

Καὶ τύ, Ῥέα, κλαίεις τὸν βωκόλον· οὐχὶ δὲ καὶ τύ,
Ὦ Κρονίδα, διὰ παῖδα βοηνόμον ὄρνις ἐπλάγχθης;
Εὐνεῖκα δὲ μόνα τὸν βωκόλον οὐκ ἐφίλασεν,
Ἁ Κυβέλας κρείσσων καὶ Κύπριδος, ἅ τε Σελάνας.
Μηκέτι μηδὲ σύ, Κύπρι, τὸν ἀδέα μήτε κατ' ἄστυ,

cod. Toletano, quod versum enervat. Jacobsius ad Epigr. adesp. cccxcviii. v. 6. "Ἐs μίαν per se 'junctim,' 'simul,' significat, ut apud Homerum Il. β. 379. εἰ δέ ποτ' ἔs γε μίαν βουλεύσομεν. Ælian. Hist. An. v. 9. εἰs μίαν νοεῖν καὶ τὴν αὐτήν. Meleagr. Ep. cxxviii. 13. ἐπεὶ καὶ Μοῦσαν Ἔρωτι Καὶ Χάριτας Σοφίᾳ εἰs μίαν ἡρμόσαο. Cf. Abresch. in Auct. ad Thucyd. p. 368." [qui, addente Schaefero ad Lamb. Bos. Ellips. p. 66., excitavit Thucydideum v. c. 111. extr. μιᾶs πέρι καὶ εἰs μίαν βουλήν.] Eodem redeunt, quæ Huschkius disserit in Analect. Crit. p. 53. de formulis εἰs ἕνα et εἰs μίαν τινὶ v. c. ἁρμόττεσθαι, καθεύδειν, cum quo viro doctissimo vulgatam genuinam esse censeo, quod negant Bastius in Append. ad Epist. Crit. præf. p. vi. et Graefius ad Meleagr. p. 152. Nimirum locutiones εἰs ἕνα, εἰs μίαν, εἰs ἓν significant 'simul:' εἰs ἓν ubique dici potest; εἰs ἕνα vel ἐs μίαν ibi usurpantur per attractionem quandam, ubi referuntur ad substantivum sive additum sive ex orationis serie subintelligendum generis aut masculini aut feminini, neque tamen ita, ut hoc ipsum substantivum sit supplendum. Sic Theocritus dixit εἰs ἕνα propter additum παιδί, Meleager εἰs μίαν propter σοφίᾳ. Quæ dicendi ratio, cujus est fons admirabilis Græci sermonis flexibilitas, non magis mira videri debet, quam quod dicit Theocritus xvii. 66. ὄλβιε κῶρε γένοιο, et similia. Ceterum in Meleagri loco citato nondum probo lectionem Graefii, καὶ Χάριτας Σοφίαν τ' εἰs μίαν, in textum receptam a Jacobsio in Nov. Antholog. Palat. t. i. p. 432. et probatam a Fridemanno in dissertatione De Media Syllaba Pentametri p. 303. Nam quum Iota dativi sæpius ab oscitantibus librariis mutatum sit in ν accusativi, quam contra, leve videtur argumentum, quod pro illa mutatione petitur ex lectione Planud. σοφίαν, cum qua conspirat Cod. Vat. Præterea hæc mutatio concinnitatem orationis, quæ inest in lectione vulgata, plane evertit; et quis non hiatum paulo duriorem, quam orationem inconcinnam ferre malit? — "καθεῦδε. Vulgo κάθευδε. Vide Grammaticos ad Hom. Il. α. 611." Scharf. Unus isque optimus cod. κάθευδεν. Kiessl.

40. Bubulcus hic memoratus fuit Atys, de quo superstitio diversas sparsit fabulas. v. Bergsträsser in Realwörterbuch etc. vol. iv. p. 32. sqq. Harl. Adde Ovid. Fast. iv. 223 — 244. ibique Gierig. et interpretes ad Catulli Attin, quod carmen Germanice vertit Ahlwardt, V. D. Oldenburgi, 1808. Kiessl.

41. Loco pronominis αὐτὸs in cod. Vatic. (et in duobus aliis) legitur ὄρνις, quam lectionem, ut exquisitiorem, cum Valckenario, veram esse credo: 'annon tu etiam ob puerum pastorem' (Ganymedem; vid. Valck. ad Adoniaz. v. 124.) 'ales vagatus es?' Atque ὄρνις Valcken. in ed. sec. admisit, et jam antea Brunckius receperat. Harl. In Junt. est αἰτόs, et in uno cod. ἀετόs. Hinc conjicit Gaisford. in quodam exemplari scriptum ὄρνις cum gl. αἰετόs, quod postea a librariis in αὐτὸs vel αἰτὸs corruptum, veræ lectionis sedem tandem occupaverit. "Cum humanam deus assumsisset formam, qui paulo ante visus fuerat ales, apud Lucian. t. i. p. 208. ad ipsum ὁ βοηνόμος· — ἄνθρωπε, ait, οὐκ ἀετὸs ἄρτι ἦσθα, καὶ καταπτάμενος ἥρπασάs με; Ovidio teste Met. x. 157. "nulla tamen alite verti dignatur, nisi quæ possit sua fulmina ferre." Sed secundum plerosque veri nominis aquilam ministrum hac in re Jupiter fidelem fuit expertus." Valcken. Alcæi Messen. Ep. iii. (Anthol. Jacobs. t. i. p. 237.) μήτε μοι οἰνοχόον κυλίκων σέθεν αἰετὸs ἀρθεὶs Μάρψας. Propert. ii. Eleg. xxiii. 20. (iii. xxvi. 8. Lachm.) "denique ut ad Trojæ tecta volarit avis." Hunc Propertii versum de Theocriteo effictum comparat etiam Valcken. in Callimachi Fragm. p. 76. Kiessl.

42. 43. μόνον quatuor cdd. apud Gaisford. et edd. Ald. Junt. unde recepit Reiske, probante Wartono, improbante Valckenario. — Versu seq. ex lectione Ald. Junt. et duor. cdd. ἀδὲ Reiske effecit ἃ δὲ· in cd. Vat. est ἅδε· in ed. Brunck. ἡδὲ. Eldickio legendum videtur, καλυκώπιδοs ἅτε Σελάναs. Harl.

44. 45. τὺ, Κύπρι, — μώνα Brunck, qui defendit μώνα ex analogia contra Valcke-

Μήτ' ἐν ὄρει φιλέοις, μούνα δ' ἀνὰ νύκτα καθεύδοις.

narium, *μώνη* seu *μώνα*, tanquam Doriensibus inusitatum, damnantem. Valcken. in ed. sec. in contextu quidem dedit *μώνη*· at in notis, *μούνα*, inquit, scribendum, non *μώνα*. [Nos *μούνα* rescripsimus. Conf. Valcken. in Epistol. Ruhnkenii ad Ernesti edit. a Tittmanno, p. 54. K.] Sensum vero ultimorum verborum, in quo constituendo Brunckium mecum sentire postea vidi et lætatus sum, hunc esse puto: Dulcem tuum, scil. amasium, Adonida, tu, Venus, in posterum, neque in urbe, quando Adoniorum festa celebrantur, neque in montibus osculeris amplius, sed sola per noctem dormias: te enim non decebit bubulci amor, Eunica bubulci amorem temere superbeque contemnente. Hac igitur bella ironia poeta puellam urbanam delicatulam arrogantemque dimittit. Harl. "Qui versus mihi videntur duobus modis accipi posse: vel enim ipsi Veneri iratus amator iste rusticus malum imprecatur: qui fuit veterum contemtus suorum numinum: vel, quod potius putem, *Κύπρις* hic est Eunica. quasi diceret, tu quæ altera tibi Venus videris." Casaub. Mihi prior modus unice admitti posse videtur. Convenit enim indoli hujus rustici amatoris et mirifice sibi ipsi placentis, ut, quum præter opinionem osculi repulsam accepisset, ad desperationem denique adductus hoc incommodum ad Venerem tanquam auctorem referret, huicque simile incommodum imprecaretur. Modo ne *τὸν ἁδέα* referatur ad Adonidem; quo nomine potius quilibet amasius, quem Venus in deliciis habere possit, denotatur. De quo usu articuli, quo pro indefinito pronomine poni videtur, exposuerunt post Wolfium V. S. ad Reizii Libell. de Accent. Inclinat. p. 76. Buttmannus in Grammat. Gr. §. 110. 2. et Matthiae in Gram. Gr. §. 266. Atque sic hoc adjectivum h. l. intelligi posse, vidit jam Wartonus, cujus partim vestigia sequens totius loci sententiam aculeatam sic reddi posse censeo: 'Ne amplius et tu, o Venus, neque in urbe, neque ruri delicatulum amasium, quem osculeris, nanciscaris, sed sola dormias.' Addit *κατ' ἄστυ*, non ob Adoniorum festum, sed quia puella urbana ipsum osculari dedignata est.— Wartono non nemo hanc textus emendationem porrexit: *μηδὲ τὰ Κύπριδος ἁδέα —φορέοις*. Jacobsius in Animadvers. in Carm. Theocriti p. xxv. sqq. locum sic legendum censet: *μηκέτι μηδὲ σύ, Κυπρογενὲς νέα, οὔτε κατ' ἄστυ οὔτ' ἐν ὄρει φιλέοις*. coll. Vell. Paterc. ii. 82. ibique Ruhnk. p. 344. sqq. Cupero in App. Apoth. Homer. p. 285. Appulei. Metam. iv. p. 314. Meleagr. Epigr. viii. Musæo 68.— Plurima hic tentat Graefius, nihil felici, opinor, successu. Kiessl.

ΑΛΙΕΙΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κα'.

ARGUMENTUM.

Continet hoc Idyllium piscatorum duorum nocturnam confabulationem. Poeta Diophantum appellans nescio quem, pauca de paupertatis vi ad studia hominum excitanda præfatus (—5.) scenam describit, ubi illud colloquium habetur. Est illa in piscatorum tugurio, ad maris litus, curta suppellectili instructo. —28. Alter eorum quum somnium per quietem vidisset, amicum rogat, ut id sibi interpretetur. —62. Visus erat sibi aureum piscem cepisse, eoque capto a piscatu in posterum abstinere statuerat, idque consilium jurejurando firmaverat. Nunc quum aurea illa spes una cum somnio avolasset, jurisjurandi, quo se obstrinxerat, religionem timet. Bono eum animo socius esse jubet, et ut somnii speciem, ita jurisjurandi quoque, per somnium temere pronunciati, religionem vanam esse docet. — Est Idyllium piscatorium, atque unicum hujus generis ex antiquitate nobis servatum, in quo poetam Sophronis aut Θυννοθήραν aut Ἁλιέα imitando expressisse, admodum est probabile. Conf. Valckenar. ad Adoniaz. p. 325. et quos præterea laudat Eichstadtius in Adumbrat. de Carm. Theocr. Indole p. 23. Neque a vero abhorret, quod viri docti suspicati sunt, ipsum hoc carmen compositum in Ægypto fuisse (conf. Warton. t. ii. p. 235.), quamquam huic opinioni nemo facile multum tribuerit.

ΑΣΦΑΛΙΩΝ ΚΑΙ ΕΤΑΙΡΟΣ.

Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει·
Αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος· οὐδὲ γὰρ εὕδεν

In Analectis Brunckianis est Idyllium xiii. Brunckius hoc carmen Theocriteum esse judicat; Warton autem, cujus tamen rationes me non satis perspicere confiteor, aliter sentit. At si quod aliud Theocriteum carmen mendosum est et difficile explicatu, hoc sane Idyllium est: in quo emendando, corrigendo corrumpendoque viri doctissimi certatim elaborarunt; quorum suspiciones omnes copiosius recensere *longum est.* Nostra ætate, præter Theocriti interpretes, Strothius et Zeunius in hoc Idyllio explicando diligenter versati sunt. Ille enim anno 1776. scripsit disputationem philologicam, quæ exhibet illustrationem Idyllii Theocritei ἁλιεῖς dicti: hic primum disputationis Strothianæ summam in Ephemeridibus Litterariis Lipsiensibus, 1776. p. 219. sqq. enarrans super locis quibusdam sententiam dixit a Strothii rationibus interdum discrepantem; postea autem in peculiari prolusione,

'Ανδράσιν ἐργατίναισι κακαὶ παρέχοντι μέριμναι.
Κἂν ὀλίγον νυκτός τις ἐπιψαύσῃσι τὸν ὕπνον,
Αἰφνίδιον θορυβεῦσιν ἐφιστάμεναι μελεδῶναι.
'Ιχθύος ἀγρευτῆρες ὁμῶς δύο κεῖντο γέροντες,
Στρωσάμενοι βρύον αὖον ὑπὸ πλεκταῖς καλύβαισιν,
Κεκλιμένοι τοίχῳ τῷ φυλλίνῳ· ἐγγύθι δ' αὐτοῖν
Κεῖτο τὰ ταῖν χειροῖν ἀθλήματα, τοὶ καλαθίσκοι,

quam inscripsit Animadversiones ad Theocriti Idyll. xxi. edita Vitebergæ 1776. idem argumentum retractavit, ita ut vel mutaret, quod festinatio præcipitaverat, vel argumentis stabiliret, quod nude et breviter prolatum erat. Harl. Post illos duumviros insignem in hoc carmine illustrando operam collocavit Ahlwardtus in libello, Zur Erklärung der Idyllen Theokrits, edito Rostochii 1792. p. 18—75. Kiessl.

1. Vide, quam antiqua sit et a natura animis hominum indita vera illa opinio, paupertatem fuisse multarum artium inventricem: quod argumentum præter alios Flögel in libro Geschichte des Menschlichen Verstandes uberius explicuit atque ornavit. [Conf. locum Diodor. Sic. i. 8. quem repetiit et illustravit Siebelisius in Hellenicis ab ipso editis, p. 1. sq. not. p. 49. sqq. Kiessl.] Quid autem sit πενία, docebit te Aristophanes in Pluto act. ii. sc. 5. vs. 552. ubi vid. Schol. et interpretes: Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστὶ μηδὲν ἔχοντα· Τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον, καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα, Περιγίγνεσθαι δ' αὐτῷ μηδέν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν. Harl.

2. εὗδεν pro εὕδειν Brunckius, probante Valckenario: quod recepimus. Kiessl.

3. Formam ἐργατίνεσσιν, quam sola Ald. exhibet, ut Idyll. xvi. 36. Σκοπάδεσσιν. xx. 9. μέλαινες. xxiii. 63. αἶτες. Callim. in Cer. 32. Voss. Τριοπίδεσσιν, probavit Zeunius post Reiskium, qui ad Idyll. xvi. 36. temere nonnihil tribuit his verbis Schol. ad. Idyll. i. 93. ἐκεῖνοι (Dores) γὰρ τὰς παρ' ἡμῖν ἐκφερομένας εὐθείας τῶν πληθυντικῶν διὰ τῆς αι διφθόγγου διὰ τοῦ ες ἐκφέρουσιν. Kiessl.

4. 5. Quum sermo sit de brevitate somni, non autem, quæ est Reiskii opinio, de exigua noctis parte, quumque ἐπιψαύειν non solum genitivo, sed etiam accusativo jungatur, quod Strothius, qui Reiskii interpunctionem [quam etiam Juntina præbet,] cum Valckenario probat, et Zeunius locis Oppiani Halieut. iv. 512. (αἱ δ' ὅτε κῦμα Πρῶτον ἐπιψαύσωσι·) et Orphei de Lapid. 126. (πολλάκι δ' εἵματος ἄκρον ἐπιψαύεσκεν ἀκωκαῖς·) ostenderunt: comma a Reiskio post ἐπιψαύσῃσι positum delevi et cum reliquis editoribus in fine versus reposui. [Verborum structura hæc est: κἄν τις ἐπιψαύσῃσι τὸν ὕπνον νυκτὸς ὀλίγον· 'si quis delibaverit somnum nocte paululum.' Sic ὀλίγον adverbialiter usurpatur Idyll. xxiii. 32. ἀλλ' ὀλίγον ζῇ. Unus cod. ἐπιβάσῃσι. Kiessl.] θορυβεῦντι Brunck. —ἐπιστάμεναι, ab ἐπιστῆναι, 'derepente alicui supervenire, eumque opprimere nec opinantem,' [At medium non est usitatum. K.] cum duob. cdd. et edd. prisc. Reiske et Brunck. ἐφιστάμεναι edd. Flor. Steph. Heins. et recentiores. Sensus est: Quum quis per exiguum noctis tempus somno frui cœperit, subito superveniunt urguentque curæ et turbant, scil. somnum et dormientem. Ceterum Zeune bene comparat Homer. Odyss. xix. 515. sqq. tanquam fundum sententiæ Theocriteæ. Harl.

6. 7. ἰχθύος pro ἰχθύων. Conf. Idyll. xvi. 72. [Mosch. v. 10. καὶ πόνος ἐντὶ θάλασσα, καὶ ἰχθὺς ἁ πλάνος ἄγρα. K.] vs. 7. πλεκτὰς καλύβας Warton intelligit 'junceum tuguriolum.' [At tale tuguriolum non habet τοῖχον φύλλινον, monente etiam Ahlwardto, qui rectius explicat tugurium e sarmentis frondosis contextum. Glossarium Græco-latinum, quod laudat Gronovius in Observation. p. 403. καλύβη, 'casa,' 'tuguriolum,' 'pergula.' K.] Compara Epist. 24. in Guys Literarische Reise nach Griechenland, vol. ii. p. 42. sqq. ed. Lips. Digna illa est, quæ legatur. Harl.—βρύον hic intelligitur θαλάσσιον, muscus marinus, i. e. fucus. Conf. Bodæus ad Theophrast. p. 411. Schreber. Dioscorid. iv. 99. βρύον τριχῶδες θαλάσσιον, 'fucus aculeatus.' Sprengel. Hist. Rei Herb. tom. i. p. 193. Kiessl.

9. τὰ ταῖν χερ. ἀθλήματα, instrumenta, quibus manus cum contentione laborant, instrumenta s. arma piscatoria. Quæ sig-

Τοὶ κάλαμοι, τἄγκιστρα, τὰ φυκιόεντά τε λῆδα,

nificatio præter hunc locum non videtur reperiri. Similiter dicitur πόνος vs. 14. Conf. Ahlwardt. Kiessl. Instrumenta artis piscatoriæ recensent etiam Oppianus in Halieut. iii. 75. sqq. (quæ Schneiderus in versione Latina p. 291. distinctius explicuit,) et Artemidorus in Oneirocrit. ii. 14. a Schneidero p. 405. laudatus. Quos Theocritus vocat καλάμους, 'arundines' seu perticas piscatorias (Angelruthen von Rohr), δόνακες dicuntur ab Oppiano. Calamo illi adligabantur ὁρμειαὶ cum 'hamo,' ἀγκίστρῳ (Angelhaken). Plenius dicit Oppianus ὁρμιὴν ἱππείαν εὔπλοκον (eine aus Pferdeharen geflochtene Angelschnur). Adde Oppian. iii. 151. ubi hos funiculos appellat χαίτας ἱππείας· et v. 468. λεπτὴ δ' ὁρμιὴ κούφης τριχὸς ἅπλοκος· et Plutarch. de Solertia Anim. p. 976. τὴν ὁρμιὰν οὐ ποιοῦσι πολύπλοκον τοῖς ὄμμασι τῶν βρόχων, οὐδὲ τραχεῖαν· ἱππείαις δὲ θριξὶ χρῶνται, τὰς τῶν ἀῤῥένων λαμβάνοντες· αἱ γὰρ θήλειαι τῷ οὔρῳ τὴν τρίχα βεβρεγμένην ἀδρανῆ ποιοῦσι· a Strothio memoratos. A Polluce i. cap. 9. ubi item piscatoria instrumenta recenset, sect. 97. nominantur τρίχες ἵππειοι. Ibi etiam λίνον in instrumentis piscandi numeratur, quod Kühnius in nota scribit idem esse quod ὁρμιάν, 'funiculum,' ex quo pendet 'hamus,' interdum etiam 'rete' denotare; unde in Glossis λίνον κυναγετικόν, 'rete.' Eædem Glossæ, ὁρμιά, ἡ τοῦ ἀγκίστρου, 'linum,' 'hamus.' Harl. Καλαθίσκοι, calathi multiplici usui inservientes, ut gestandis piscibus, quos quis cepit. Kiessl.

10. "Notum est, τὸ λῆδον proprie fruticis genus esse, ex quo colligitur λήδανον, gummi quoddam, aut illi similis succus, de quo multa vide ap. Salmasium in Plin. Exercit. cap. xxvii. p. m. 257. sqq. cujus meminit etiam Plutarchus Tract. de iis qui sero a Numine Pun. P. M. 553. Illud λῆδον autem erat ποία s. βοτανώδης ὕλη, id est frutex, seu herba, cujus natura ad fruticum naturam proxime accedit, ut ex scriptoribus a Salmasio allatis apparet. Ejusmodi herba ad capiendos pisces usos esse veteres, Oppian. Ἁλιευτ. iii. v. 422. testis est. En verba ejus: ἐν δέ οἱ (scil. κύρτῳ) εἴσω φύκεσιν εἰλυμένους λᾶας βάλεν, ἀμφὶ δὲ ποίας εἰναλίας στομίοισιν ἐδήσατο, τῇσι γανῶνται σάλπαι τ', ἠδ' ὅσσοι βοτανηφάγοι ἰχθύες ἄλλοι. οἱ τότ' ἀγειρόμενοι ποίας φάγον, αὐτὰρ ἔπειτα ἐς μυχὸν ἠΐχθησαν, ὁ δ' αὐτίκα κύρτον ἀνέλκει. Luce igitur clarius est, λῆδον nihil aliud fuisse, nisi ποίας speciem, qua usi sunt piscatores tanquam δελέατι ad capiendos pisces, quodque propterea etiam Theocriteus ille piscator in tugurio suo ad illum usum servabat." Hæc Strothius in Excursu ad Theocriti locum in Chrestomath. Gr. p. 240. sq. Idem tamen hanc rationem non tenens magis probat correctionem λίνα, quam, præeunte Brodaeo, Reiskius protulit. Sed quum λίνον ubique priorem syllabam correptam habeat (conf. Toup. in Addend. ad h. l.), Ahlwardtus, illa corruptione explosa, lectionem λῆδα denuo idque gravissimis verbis ita tuitus est: "Plinius in der N. G. B. 12. K. 17. nennt die Pflanze lada und leda, und das Harz ladanum und ledanum. Dies λῆδον ist nichts anders als der cistus ladaniferus, Kretischer Cistus, eine Staude, die dem weissen Mohn ähnelnde und lanzenförmige Blätter hat. Das Gummi Ladan wird von einem gelinden Grad der Wärme bald weich und giebt am Lichte einen süssen balsamischen Geruch. Die Alten, wie Oppian vom Fischfang (iii. 421—) ausdrücklich sagt, köderten die Fische auch mit Pflanzen, Gras, Käse und Mehl. Sie warfen Steine in die Reussen, welche sie mit Moos und Seegras umwickelten—und mit diesen Steinen zugleich den Köder; oder vielmehr befestigten sie den Köder an diesem Moose. Die Steine wurden darum mit Moos umwickelt, damit der Köder, der an dem blossen Steine nicht befestiget werden konnte, haften könnte. Die φυκιόεντα λῆδα sind also nichts anders, als diese mit Seegras umwundenen Steine, woran der Köder befestiget war." Ahlwardtum secutus est Dahlius. Toupius, cujus judicio subscribit Valckenarius, contendens, vulgatam lectionem non esse sollicitandam, λῆδα φυκιόεντα explicat 'retia lacera et usu detrita.' Quæ nominis λῆδα vis pro arbitrio sumta est. Brunckio placuit λάδη, post virum doctum apud Reisk. cujus hæc est adnotatio: "Ἴσ. γρ. λάδη Δωρικῶς ἀντὶ τοῦ λήδη· λῆδος γάρ ἐστιν εὐτελὲς τριβώνιον ἢ χλαμύδιον παλαιόν. Alcman. λᾶδος εἱμένα καλόν. v. Eustathius ad Il. Σ." (p. 1147. 1=1199. 34.) Add. Pollud. vii. sect. 48. Suid. tom. ii. p. 438. Hesych. s. v. λήδιον et ληΐδιον, Stephan. Ind. ad Thes. L. Gr. col. 1370. Brunck. ad Aristoph. Av. 715. Hanc lectionem suam fecerunt Jo. Henr. et Henr. Vossii, quorum ille vertit, 'mit Tang geröthete Kittel;' hic, 'vestimenta fuco tincta.' Sed ab hoc loco, ubi τῶν χερῶν ἀθλήματα commemorantur, vestimentorum mentio prorsus est aliena. Valckenarius in Epist. ad Röver. p. xlii.

Ὁρμιαί, κύρτοι τε, καὶ ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι,
Μήρινθοι, κῶάς τε, γέρων τ' ἐπ' ἐρείσμασι λέμβος·
Νέρθεν τᾶς κεφαλᾶς φορμὸς βραχύς, εἵματα, πῖλοι.
Οὗτος τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς πόνος, οὗτος ὁ πλοῦτος.
Οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐκ ἴνα· πάντα περισσὰ

suspicabatur τὰ φυκιόεντ' ἀγρηνά· cui tamen suspicioni ipse non multum tribuit. Ex cdd. in hoc vexatissimo loco nihil proficias. λῆγα cum Aldo tres cdd. τελῆϐα (sic) unus cd.—A vero denique prope mihi abesse videtur Briggs, cujus in edit. Gaisford. p. 297. hæc emendatio extat: δελῆτα, pro τε λῆδα· 'escas alga circumvolutas.' Hesych. δελῆτι, δελέατι. Hanc lectionem interpretatione reddidi. Kiessl.

11. κύρτοι τε pro κύρτοι ex edit. Flor. cum Valckenario et Brunckio, aliisque dedimus. vid. Toup. in Addend. p. 400. et Warton. Κύρτοι (Reussen, Voss. vertit: Bungen) sunt nassæ majores ex viminibus s. fruticibus factæ, quarum structuram Oppian. iii. 341. sqq. sic describit: Κύρτον δὲ πλέξαιο περίδρομον ὅττι μέγιστον Τεύχων ἢ σπάρτοισιν ἰβηρίσιν, ἠὲ λύγοισιν Ῥάβδους ἀμφιβαλών, λευρὴ δέ οἱ εἴσοδος ἔστω. Γαστήρ τ' εὐρυχανής, δέλεαρ δέ οἱ ἔνδον ἐνείης. Mox λαβύρινθοι ἐκ σχοίνων, 'labyrinthi juncei,' h. e., Ahlwardto interprete, nassæ minores, ex juncis factæ, quæ, ut justa curvatura sinuarentur, aliis juncis intexebantur. De multiplici usu nominis λαβύρινθος vid. Creuzer in Meletemat. e Disciplina Antiquit. P. i. p. 85. Minus recte alii intelligunt retis viminei genus; Xylander τὰ ἀμφίβληστρα, quæ apud Oppianum iii. 80. Schneider vertit 'jacula.' Kiessl.

12. Μήρινθοι, 'funiculi' (Schnüre), quorum in piscatione usus varius fuit, et quibus interdum hami majores adligabantur. Strothius laudavit Oppian. iii. 532. iv. 585.—Pro vulgato κῶάς τε revocavit, indignante Valckenario, Reiske ex Aldina edit. (quacum conspirant tres cdd.) κωά τε, eumque secutus est Brunckius in textu; in notis tamen probavit conjecturam Strothii κῶπαί τε, 'et remi.' Vulgata lectio sane incommoda est; nam orationis series nomen requirit, quod ad instrumenta piscationis vers. 9. et ad λέμβον recte referatur, uti etiam Zeune docuit. Harl. Lectionem κῶας tuetur etiam Ahlwardt. p. 27. Sed quæ hic vir doctissimus dicit, tamen non omnino probabilia videntur. Nam in hac orationis serie poetæ non ea commemoranda erant, quæ aliquam utilitatem piscatoribus præstarent, (quæ multa sunt,) sed ea, quibus omnino non carere possent; ex quo genere sunt remi. Atque remus ita fuit monumentum ærumnosæ piscatorum vitæ, ut adeo in sepulcro piscatoris fuerit effictus. Nam apud Sappho p. 36. Volg. est: τῷ γριπεῖ Πελάγωνι πατὴρ ἀνέθηκε Μενίσκος κύρτον καὶ κώπαν, μνᾶμα κακοζωΐας. Quamobrem unice probo lectionem κῶπα τε, 'numero duali.' κῶας paupelli piscatores capiti, opinor, potius substraturi erant. Ceterum vetustam cymbam noctu in continentem subtraxerant, ne forte fluctibus agitata dissolveretur. Kiessl.

13. φορμός, quicquid textum est e junco, ulva palustri, sparto, omninoque viminibus, veluti quali, corbes, tegetes: singulatim ita dicitur 'teges,' vel 'stragulum scirpeum,' 'storea,' 'matta,' in qua dormire solebant homines tenues. Conf. Fischer et Spanhem. ad Aristophan. Plut. 542.—πῖλοι· fuisse pileum quendam piscatorum proprium, monuit Thom. Briggs ad h. l. Philippus Ep. 5. καὶ πῖλον ἀμφίκρηνον ὑδατοστέγη. Ad εἵματα, πῖλοι, subintelligendum est 'aderant.' Kiessl.

14. Schaeferus cum Brunckio probat Koehleri conjecturam, πόρος pro πόνος legentis; quæ voces passim commutatæ sunt, ut docuerunt Wesseling. ad Diodor. Sicul. xiii. c. 95. et Brunck. ad Apollon. Rhod. iv. v. 586. At nostro loco, quum sequatur vocab. πλοῦτος, quo tenuis piscatorum supellex significatur, πόρος plane otiosum esset. Quamobrem cum Ahlwardto et Dahlio tueor vulgatam lectionem πόνος, quod vocab. h. l. significat id quo labor fit, instrumenta, ut vs. 9. χεροῖν ἀθλήματα. Kiessl.

15. In ed. Ald. ut in cd. Vat. legitur οὐ χύθραν εἶχ' οὐκῖνα: in ed. Rom. οὐ χύτραν εἶχ' οὐχ ἴνα· præterea e cdd. hæ lectiones sunt enotatæ: κύτραν—λίνα· κύθραν—οὐκ λίνα· χύθραν οὐ κύνα· atque οὐ κύνα præbet etiam Junta, quæ lectio, a Stephano, Reiskio, Valckenario recepta, a Sanctamando vindicata et a Toupio (qui in Addendis in Theocrit. commendabat, οὐδεὶς δ' οὐ χύτρον εἶχ' οὐχ ἕνα, 'nemo vero ne unam quidem ollam habuit:') tandem in Appendicula propter locum Aristoph. Vesp. 897. pro-

Πάντ' ἐδόκει τήνας ἄγρας· πενία σφιν ἑταίρα.
Οὐδεὶς δ' ἐν μέσσῳ γείτων, παντᾶ δὲ παρ' αὐτὰν
Θλιβομέναν καλύβαν τρυφερὸν προσέναχε θάλασσα.

bata, Auratum habet auctorem. Brunckius, pessimam eam vocans, bonam appellat Scaligeri emendationem: οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐ χόα· 'ni pot ni marmite.' Ipsi etiam in mentem venit: οὐ χύτρον εἶχ', οὐ πόδα, quod facete dictum sit pro οὐ χυτρόποδα. Scaligeri χόα, 'poculum,' sive vas quo aqua hauriretur, arrisit etiam Zeunio. Koehlerus ex Odyss. γ. 349. hanc elicuit conjecturam; οὐδεὶς δ' οὐ χλανίδ' εἶχ', οὐ ῥήγεα. At his omnibus, quæ ab interpretibus tentata sunt, præstat lectio nonnullorum cdd. et ed. Ald. οὐκ ἴνα, quam post Brodæum (conf. Reisk. ad h. l.) Ahlwardtus egregie defendit et illustravit, quamque cum Dahlio in textum restituere non dubitavimus. Secundum Eustathium ad Iliad. χ. p. 1389. ἶν significat mensuram quandam, cujus dimidia pars dicitur ἡμίνα, quasi τὸ ἥμισυ τοῦ ἶν. Eustathius hoc ipse exemplum affert: ἔλαιον πλέον ὑπὲρ ἶν. G. J. Vossius tamen in Etymologico 'heminam' deducit ab ἡμι, 'semi:' ut 'na' sit vocis productio. J. H. Vossius lectionem a nobis receptam ita expressit in interpretatione Germanica: 'Auch nicht Topf noch Nössel besassen sie.' KIESSL.

16. Hic locus valde vexavit criticos et in diversas sententias traxit. Vulgata, quam retinuimus, Juntæ debita, a Stephano in sequentes editiones venit. Eam Koehlerus sic interpretatur: 'omnia supervacanea ipsis videbantur præ tali piscium captura. Paupertas ipsis erat amica.' At sic ἀντὶ abesse non potest. Aldinæ lectio hæc est: πάντα περισσὰ πάντ' ἐδόκει τήνας ἄγρα πενία. ἡ σφᾶς ἑταίρους. Eadem leguntur in edd. Lovan. aliisque, nisi quod ἡ omittunt et σφὰς exhibent. Reiskius inde hæc effinxit: πάντα περισσὰ πάντ' ἐδόκει τήνοις. ἁ γὰρ πενία σφιν ἑταίρα· quam mutationem adoptavit Bindemannus. Brunckius scripsit: πάντ' ἐδόκει τήνοις· ἄγρα πενίας ψιν ἑταίρα. Is. Vossius sic corrigebat: ἄγρα πενίας γὰρ ἑταῖρος. Valckenar. in Epist. ad Röver. p. xli. locum sic constituit: τἄλλ' ἐδόκει τήνοις. ἄγραν πενίας φὰν ἑταίραν. hanc rationem etiam in Edit. Theocr. probat. Wartonus conjicit: τἄλλ' vel πάντ' ἐδόκει πλὴν τᾶς ἄγρας· 'fidebant solummodo piscaturæ suæ: omnia reliqua præter eam supervacua reputabant et inutilia.' Magis a facilitate et probabilitate commendabilis est hæc Sanctamandi emendatio: πάντ' ἐδόκει τήνοις. ἄγρας πενία σφιν ἑταίρα. Ahlwardti hæc est: πάντα περισσὰ πάντ' ἐδόκει τήνοις ἄγρα· πενία σφιν ἑταίρα: quam Vossius ita reddit: 'alles, ja alles reichlich genug schien jenen der Fang.' Sed falsam prorsus sententiam hæc lectio in hunc locum infert, cui potius hæc mutatio convenientissima videtur: ταῦτα περισσὰ πάντ' ἐδόκει τήνοις· ἄγρας πενία σφιν ἑταίρα· 'hæc omnia superflua iis videbantur: piscaturæ eorum amica erat paupertas.' Non enim omnia iis superflua videbantur, sed ea sola, quæ non unice ad pisces capiendos necessaria essent; τήνοις nititur auctoritate optimorum codicum; σφιν recte conjungitur cum ἄγρας; πάντα denique facillime per errorem librarii bis scribi potuit. Quam enim insignem vim in vocabulo πάντα repetito quidam viri docti deprehendere sibi videntur, ea non est tanta, ut sententiæ totius inconcinnitatem compenset. Hoc unum addo: quum vocabulum ἶν neutrius generis esse: videatur, possit omnis locus etiam sic legi: οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐκ ἶν· ἅπαντα περισσὰ ταῦτ' ἐδόκει τήνοις. Zeunius, ab omnibus discedens, audacissime sic correxit: πάντ' ἐδόκει· τήνους ἄγρα περιάψασ' ἑταίρους. Agmen claudat novissima Graefii conjectatio: οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐ κνῦ· πάντα περισσά, πάντ' ἐδόκει τήνοις· ἄγρας πενία 'στὶν ἑταίρα. Hesychius, κνῦ, τὸ ἐλάχιστον. KIESSL.

17. 18. Verba οὐδεὶς δ' ἐν μέσσῳ γείτων describunt solitudinem et significant, 'non aderat vicinus,' ut bene docuit Zeune, comparato loco Hom. Odyss. ε. 489. ubi res eadem describitur.—παντᾶ Stephanus restituit ex Florentina, in qua est πάντη. Quæ correctio vera esse videtur: nam cogitari potest, tuguriolum piscatorum, in ripa maris, forsitan haud procul Syracusis, situm, fluctibus maris, etiam lenioribus, facile potuisse ab alterutra parte, saltem a pluribus partibus adlui, quod poetice fingitur undique cingi. Ante Stephanum pro vocabulo παντᾶ cum Aldina et aliquot codicibus legebantur πενία, quod ex præcedente versu in hunc delapsum esse facile patet. Brunckius tamen, Wartonum secutus, retentis literis antiquæ scripturæ, dedit πενίᾳ δὲ παρ' αὐτὰν (uti jam Portus in Diction. Dor. voc. παντᾶ correxerat) θλιβομέναν καλύβαν—'paupertate afflictam.' Reiske conjecit πολία (πολιὰ jam Is. Vossius scripserat:) δὲ παρ' etc., vel, quod

Οὔπω τὸν μέσατον δρόμον ἄνυεν ἅρμα Σελάνας,
Τοὺς δ' ἁλιεῖς ἤγειρε φίλος πόνος· ἐκ βλεφάρων δὲ
Ὕπνον ἀπωσάμενοι σφετέραις φρεσὶν ἤρεθον ᾠδάν.
Ασφ. Ψεύδοντο, φίλε, πάντες, ὅσοι τὰς νύκτας ἔφασκον
Τῶ θέρεος μινύθειν, ὅτε τἄματα μακρὰ φέρει Ζεύς.
Ἤδη μυρί' ἐσεῖδον ὀνείρατα, οὐδέπω ἀώς.
Μὴ λαθόμαν; τί τὸ χρῆμα; χρόνον δ' αἱ νύκτες ἔχοντι;
Ερ. Ἀσφαλίων, μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος; οὐ γὰρ ὁ καιρὸς

Valckenario non omnino displicet, *οὐδεὶς δ' ἐν μέσσῳ γείτων πέλεν· ἁ δὲ παρ' αὐτάν.* Tertio denique impetu contra omnes libros correxit *θλιβομένα·* 'mare sese ingerens, velut appressione et connixu quodam, allisum ad mapale, stridebat argutum.' At enim casa ipsa, quæ fluctibus marinis adluebatur, *θλίβεσθαι*, h. e. 'leniter premi' dici potest, quam verbi vim et potestatem Zeune loco Theocriti xx. 4. ubi *θλίβειν χείλεα* puella dicitur osculo, et loco Musæi 114. bene declarat. [Tam disparia inter se comparare, inurbanum est. Unice probandus est Toupius, qui in Appendicula *θλιβομένην καλύβην* interpretatur, 'casam angustam,' quo sensu dicitur *πόλις θλιβομένη*, de quo Pollux ix. 23. Eadem vi dicuntur *καλύβαι πνιγηραὶ* in loco Arriani de Exped. Alex. vi. 23. *οὗτος ἐπανελθὼν ἀπήγγειλεν ἁλιέας τινὰς καταλαβεῖν ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐν καλύβαις πνιγηραῖς.* Kiessl.] Neque est silentio prætermittenda hæc emendatio Koehleri: *πλεκτὰν δὲ παρ' αὐτ.* —'sed ad ipsum textile tugurium fluctibus ita pressum et agitatum suaviter adnatabat mare.' Atque *τρυφερὸν προσνήχειν* est 'leniter adnatare' s. 'adfluere,' ut supra xx. 7. *τρυφερὸν λαλεῖν*, 'molliter,' 'delicate loqui' sive 'pronunciare.' v. Zeune et Warton, qui potestatem voc. *τρυφερὸς* pulcre copioseque explanant. Musgrave tamen *τραφερὸν* malit. Harl. *Προσένηχε* pro medio, ut *νῆχε* apud Homer. Odyss. v. 399. 439. Pro *τρυφερὸν* Graefius emendat *κρυερόν*. Si mutatione opus sit, potius legendum esset *δνοφερόν*. Kiessl.

19. 20. *κοὔπω* duo cdd. *τὰ μέσα τὸν δρ.* Ald. et aliæ edd. cum aliquot cdd.—Vs. 20. *δὲ* in apodosi post *οὔπω*, ut solent Græci in apodosi post particulas temporales inferre. vid. Hermann. ad Hym. Homer. in Ven. p. 107. et ad Viger. p. 758. sic etiam post *αἰ* Idyll. i. 11. et xxix. 17. Kiessl.

21. *ἤρεθον ᾠδάν*, 'animum excitarunt ad canendum,' h. e. 'canere cœperunt,' de qua dicendi forma rariore v. Zeune, et, si vis, quæ ad Anacreontem xxii. 5. in Antholog. Gr. Poetica scripsi. Warton in Addendis laudat etiam Valcken. ad Eurip:d. Hippolyt. vs. 905. p. 260. Harl. Reiske citat Casaubon. ad Athenæum viii. vi. p. 590. add. eundem ad Fragm. Sapph. clxi. p. 137. ed. Wolf. J. H. Vossius pro *ᾠδὰν* malit *αὐδάν*. Graefius malit: *σφετέρας φρένας ἤρεθον ᾠδᾷ.* similiter in Moschi Fr. v. 2. *τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι.* Kiessl.

22. 23. *ψεύδοντο* propter sequens verbum *ἔφασκον* ex cod. Vatic. (quocum consentit cd. Mediol.) et Aldino exemplari cum Reiskio et Brunckio restitui. Vulgo *ψεύδονται* cum Juntina, quod, retentum a Valckenario, in sermone familiari tolerari potest. [Graefio et Briggsio judicibus ii, qui *ψεύδοντο* præferunt, scribere debent, *ψεύδοντ', ὦ φίλε·* recte tamen etiam præsens legi: 'pergunt mentiri,' qui hoc 'dixerunt,' quamdiu non refutantur. Kiessl.] Vers. 23. *ὅκα* pro *ὅτε* Brunck. Harl.

24. *ἐσεῖδον* sæpissime pro *εἶδον* ponitur; ne quid frustra tentes. Jacobs. Ita Idyll. v. 3. *ἐσορῆτε.* viii. 11. *ἐσιδεῖν.* xi. 28. *ἐσιδών.* Adde iv. 46. *ἐσακούεις.* xiii. 61. *ἐσακούσας.* vii. 88. *φωνᾶς εἰσαΐων.* Kiessl.

25. *λαθόμαν* pro vulgato *λαθόμην* Brunck et Valckenar.—Harlesius adscripsit in margine libri sui: "'an annum?' quo sensu occurrit apud sequiores scriptores Græcos." Strepsiades in Aristophan. Nub. 2. 3. *τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον ἀπέραντον. οὐδέποθ' ἡμέρα γενήσεται;* In fine versus reliqui ponunt signum interrogationis, quo caret editio Valckenar. Graefius scribit: *χρόνον ταὶ νύκτες ἔχοντι;* bene. Præcedentia ita: *μὴ λαθόμαν, τί τὸ χρῆμα;* verba enim *μὴ λαθόμαν*, si per se interrogationem faciant, nullum habere sensum. Germanice esset: 'hab' ich vergessen, was das ist?' Kiessl.

26. 28. *Ἀσφαλίων*] Hoc vocabulum mire

Αὐτομάτως παρέβα τὸν ἑὸν δρόμον· ἀλλὰ τὸν ὕπνον
Ἁ φροντὶς κόπτοισα μακρὰν τὰν νύκτα ποιεῖ τίν.
Ασφ. Ἆρ' ἔμαθες κρίνειν ποκ' ἐνύπνια; χρηστὰ γὰρ εἶδον.
Οὔ σε θέλω τὠμῶ φαντάσματος ἦμεν ἄμοιρον·
Ὡς καὶ τὰν ἄγραν, τὠνείρατα πάντα μερίζευ.
Οὐ γὰρ νικαξῇ κατὰ τὸν νόον. οὗτος ἄριστος
Ἐστὶν ὀνειροκρίτας, ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς.
Ἄλλως καὶ σχολά ἐντι· τί γὰρ ποιῆν ἂν ἔχοι τις
Κείμενος ἐν φύλλοις ποτὶ κύματι, μηδὲ καθεύδων

exercuit interpretes. Equidem nil muto, et cum Zeunio, præeunte Macrobio Saturnal. i. 17. et cum Wartono intelligo Neptunum, quem piscator indignabundus apte appellat. [Conf. de hoc Neptuni cognomine Creuzer. in Melet. e Discipl. Antiq. i. p. 32. K.] Reiske correxit Ἀσφάλιον (pro usitata forma comparativi ἀσφαλέστερος) et μέμφῃ in modo conjunctivo pro imperativo μέμφου accepit: 'tutius,' 'cautius in posterum vitupera bonam æstatem.' Sed jam Zeune et Stroth illam emendationem rejecerunt. Stroth malit ἀσχαλόων vel ἀφραδέων, demonstravitque, Heinsium, quem Valckenar. et Brunck. secuti sunt, male vocabulis Ἀσφαλίων et αὐτομάτως transpositis dedisse: αὐτομάτως μέμφῃ—καιρός, Ἀσφαλίων, παρέβα, etc. ita ut αὐτομάτως μέμφῃ esset 'temere accusas;' immo αὐτομάτως παρέβα est: 'sponte,' 'suo impulsu atque arbitrio transit.' Ἄπφα λίαν, etiam Ἀπφάριον proposuit Koehler. Mox suspicatur Warton: μέμφαι τὸ καλὸν θέρος; οὐκ ἆρ' ὁ καιρός—δρόμον; 'nonne tempus suo modo sponte progreditur?' [At παρέβα neque 'progreditur,' neque 'absolvit' significat: potius, 'tempus non sponte sua contra leges naturæ extra cursum suum evagatur.' Kiessl.] Interrogationem in priore versus parte probo, nec tamen μέμφῃ et γὰρ muto. Sensus est: 'adcusasne' s. 'culpasne pulcram æstatem?' male agis, non est quod incuses; 'nam' (sæpius ita γὰρ construi, ut nonnulla sint supplenda, satis constat:) 'tempus haud absolvit cursum suum suo arbitrio' sive 'contra leges naturæ.' Præstat tamen, exigua mutatione facta, correctio Toupii, qui copiose docuit, ut litteras liquidas, ita etiam primam syllabam verbi μέμφεσθαι modo brevem esse, modo longam. Is igitur scribit: τί μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος; 'cur adcusas bonam æstatem?' [Monentibus Stephano et annotatore Vimariensi quidam legunt: ὦ φίλε, μὴ μέμφου. Ἀσφαλίων, quo nomine Odyss. iv. 216. vocatur servus Menelai, hic est nomen alterius piscatoris, non Neptuni. Graefius locum probabiliter sic constituit: μή, 'σφαλίων, μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος; aut vetandi sensu: μή—μέμψῃ—. Idem verissime monet, αὐτομάτως suo loco tam egregie dici, ut illud minime sit transponendum. Kiessl.]—Vers. 28. ποιεῦντι vitiose legitur in cd. Vatic. et edd. Ald. ac Flor. ποιεῖ τίν, quod debetur Stephano, genuinum est. Harl.

31. 32. μερίζευ pro vulgato μερίζεν cum Brunckio e duobus cdd. recepimus. Briggs legit μερίζων. Ita post ἄμοιρον colon delendum. Kiessl. "Procul dubio legendum: ὃς γὰρ ἂν εἰκαξῇ κατὰ τὸν νόον, οὗτος ἄριστος ἔστιν ὀνειροκρίτας. ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς. Manifesto extulit proverbium Græcum, quod Cicero (de Divin. ii. 5.) ita vertit: 'qui bene conjiciet, vatem perhibebo optumum.' Idem vult eadem clausula, ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς. 'Optimus magister,' h. e. 'interpres est, qui mentem bonam gerit.' Alii conjungunt cum superioribus, non malo sensu: sed puto nostro meliore." Scaliger. Hæc ratio ob verba ὁ διδάσκαλος etc. nullo modo probari potest. Scaligeri vestigiis insistens Graefius, cui non ferendum videtur νικαξῇ, sensu passivo, scribendum censet: εὖ γὰρ ἂν εἰκάξῃς κατὰ τὸν νόον· οὗτος ἄριστος, etc. D. Heinsius probat εἰκάσῃ. Valckenarius, cui in Epist. ad Röver. p. lxi. Scaliger venustum dictum restituisse videbatur, sententiam mutavit; nec sane video, cur νικαξῇ sensu passivo accipi nequeat. In Ald. et duob. cdd. est νικάξη, in alio cod. νικαξή. Kiessl.

34. 35. σχολὰ ἐντί.—ποιῆν Brunck; ποιῆν etiam Valcken. [Recepimus etiam ἐντὶ, quod in Mss. vestigiis latet, monente Gaisfordio. Kiessl.]—Mox ἐν φύλλοις (quæ indicant στιβάδα conf. Schol. ad Idyll. xiii. 34. et Hesych. v. στιβάς) non

Ἄσμενος ἐν ῥάμνῳ; τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ·
Φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν. Ετ. Λέγε μοί
ποτε νυκτὸς

est cum Reiskio, desiderante epitheton pro κύμασι, sollicitandum.—κύμασι Brunckius, Reiskium sequutus. Harl.

36. 37. Hic locus est crux criticorum, quorum opiniones Stroth atque Zeune copiose exposuerunt. Ego retinui vulgatam, a Calliergo, Steph. Valcken. aliisque propagatam, ἄσμενος ἐν ῥάμνῳ· negat piscator, se posse ' suaviter, sine metu et periculo ' dormire ἐν ῥάμνῳ (numero singulari poetice pro plurali posito) h. e. in aspero sibique molesto et periculoso loco. (De vocabulo ῥάμνος conf. Idyll. iv. 57.) Quod Stroth post Palmerium (Exerc. p. 810.) proponit, ἐν θάμνῳ, aptum quidem est, at non necessarium. Ex Aldina lectione ἄλσενος ἐν ῥάμῳ (cum qua conspirant non-
o
nulli cdd. in quibus est, ἄλλον ἐν ῥάμῳ· ἄλλονος ἐν ῥα+ῳ· ἄλλονος ἐν ῥάμῳ·) ingeniose Reiske effinxit et in textu dedit Ἀΐονος [quod contra Theocriti aliorumque poetarum consuetudinem τρισύλλαβον facit,] ἐν ψάμμῳ, ' dormire nesciens in arena litoris,' eumque sequutus est Brunckius, qui, ut item Reiskius jam suasit, ᾀόνος scripsit. Harl. [Vulgata multis difficultatibus premitur; nam, ut piscator βρύον αἶον, quod substraverant, per contemtum ῥάμνον appellare potuerit, tamen ἄσμενος commode explicari nequit, quod satis docuit Ahlwardtus. Graefius unice probat Reiskii conjecturam. Mihi consideranti varietatem lectionis videtur non incommode legi: μηδὲ καθεύδων, ἄλλυχνος ἐν ῥάγμῳ pro ἐν ῥηγμῖνι. Ita deinceps prytanei lychnus non nimis abrupte commemoratur. Λύχνος primam corripit Idyll. xiv. 23. et xxiv. 51. Kiessl.]

Verba τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ — ἔχειν interpretes valde vexarunt. Equidem cum Valckenario aliisque locum ut sanum tueor, cujus sententiam hoc modo expediendam esse censeo: Piscator alter alteri dixerat: exponam tibi somnium meum, quia otium nobis est, neque piscari possumus: nam primum jacemus hic in cubili nostro ad fluctus marinos; dein propter substratos frutices asperos non possumus suavem somnum capere; denique ' nox est, nec in nostra paupertate habemus oleum,' cujus in prytaneo per largos et certos reditus semper copia suppetit; ' neque igitur habemus lucem ' aut ' lucernam,' cujus beneficio piscemur. In prytaneo Atheniensi super aram Vestæ inexstinctus alebatur ignis. Etiam Syracusis, et in aliis Græciæ urbibus fuerunt prytanea cum lucerna ardenti et igni Vestæ perpetuo. v. Meursii Athen. Attic. ii. cap. 8. p. 847. sq. in Thes. Gronov. vol. iv. ed. Ven. Casaub. ad Athen. xv. cap. 19. Spanhem. de Vesta et Prytanibus Græcor. p. 679. sqq. et 699. sqq. in Thes. Graeviano Antiqq. vol. v. ed. Venet. Etiam fingere possumus, aut piscatores haud procul abfuisse Syracusis et vidisse noctu prytanei lucernam ignemque ardentem; [At vix in prytaneis lucerna eo loco fuit collocata, ejus ut flamma phari instar e longinquo prospici posset. Nam non omnia prytanea habuerunt lychnum similem illi, quem Dionysius Minor in prytaneo Tarentino posuerat, memoratum apud Athen. xv. c. 19. in quo tot lampades ardebant, quod habet annus dies. K.] aut statuere, formulam illam in sermone familiari pro proverbio usurpatam fuisse. Nobis igitur pauperibus, ait, non suppetit oleum aut flamma lucis, qua noctu ad piscandum utamur; sed noctis obscuritas est, nec opportunitas piscandi. Nec mirum, ibi perpetuo lucere; nam illud prytaneum dicitur habere satis redituum, unde oleum coemat.—Piscator autem noster, qui pro vitæ suæ conditione fingitur pauperrimus, cujusque omnes reditus, et omnes divitiæ ex ἄγρᾳ, captura piscium, proveniunt, pro simplicitate sua apte morateque reditus prytanei ἄγραν adpellat, quod clare docuit Stroth. Sanctamandus contra et Merrick, item Zeune verba τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ intelligunt improprie de loco commodo et abundanti piscium præda; τόδ' elliptice capiunt, τόδε χωρίον, τόδε τὸ θαλάσσης μέρος. Brunck, Sanctamandi rationibus partim morem gerens, ita locum interpungit: τί δέ; λύχνιον ἐν πρυτανείῳ, φαντί γε· καὶ ἐν ἄγραν τόδ' ἔχει. quæ in notis sic interpretatur: ' quid vero?' i. e. quid nobis deterius fiet, si tempus colloquiis triverimus? ' Oleum, ut aiunt, in prytaneo.' i. e. ut oleum nunquam in prytaneo deficit, sic ' nunquam locus iste sine piscibus est,' quos, quando libuerit, capiemus.—Versum 37. Reiske ingeniosissime, modo etiam verissime, sic mutavit: φαντὶ γὰρ ἀγρυπνίαν τόδ' ἔχειν· ' nam aiunt, illam' lucernam in prytaneo ' insomnium agere ' pro salute civium. Musgrave p. 411. post

Ὄψιν, πάντα τεῷ δὲ λέγων μάνυσον ἑταίρῳ.
Ασφ. Δειλινὸν ὡς κατέδαρθον ἐν εἰναλίοισι πόνοισιν

Toupii Addend. putat, piscatorem his verbis dixisse: lampadem sibi cum supellectili in prytaneum migrasse (nempe, a creditore ablatam); ibi enim, quod aiunt, prædam nunquam deficere. Harl. De prytaneis adde scholia ad Pindar. Nem. xi. 4.—Casauboni hujus loci explicatio in Animadv. ad Athen. lib. xv. c. 19. p. 628. proposita hæc est: "Quoniam maxima cum religione solitum caveri, ne olei defectu lucerna in Prytaneo exstingueretur, natum ex ea re proverbium est, τὸ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ, quo utebantur, quando perpetuam et nunquam deficientem alicujus rei copiam volebant significare. Sane quidem eo sic usus est Theocritus Idyll. xxi. cujus locus doctissimos viros mire habuit exercitos. Asphalion piscator interpretationem somnii a sodali petit, ac ne forte hoc ipsi denegaret socius, rationes duas affert, cur æquum sit, hoc sibi concedi. Prior est: quod suppetat otium ad tales cogitationes: quando neque aliquid agere eorum quæ postulat usus, queant propter noctem: neque diutius dormire propter strati insuavitatem. Sequitur altera ratio: τὸ δὲ λύχν. κ. τ. λ. quæ ita interpretamur: Jam vero cur de victu simus solliciti, causa non est: certam enim habemus spem, nos, cum mane surgemus, aliquid omnino capturos: neque magis defuturam nobis ἄγραν, quam lucernæ, quæ in prytaneo semper ardet, deficit unquam oleum. Securitatis hujus causam reddit, quod ea pars maris, ubi piscaturi erant, piscosa admodum esse vulgo credebatur. Existimamus obscurissimi loci hanc esse mentem. Minus probamus magnorum virorum interpretationem, qui referunt ad genus piscationis, quæ fit nocte ad ignes. Sed quod aiunt, non convenire piscatoribus Siculis, qui tantum loca vicina piscationibus suis norant, ut de Atheniensium prytaneo loquantur: respondemus, non de illo prytaneo ipsos sentire, quod Athenis fuit: verum de eo, quod in ipsorum urbe Syracusis. Nulla siquidem urbs in tota Græcia olim fuit, quæ suum prytaneum non haberet." Hæc Casaubonus. Villoisonus quam hujus loci interpretationem cum Strothio communicaverat, repetitam illam ex Strothii præfatione in novissima editione Gothana, hic commemorare nolumus; potius ipsius Strothii explicationem, quam reliquis præferimus, hic subjicimus: "'Explices quæso somnium, quoniam otium habemus: nam *neque* dormire amplius possumus ob strati insuavitatem, neque jam aliquid peragere ob noctis tenebras; neque nos pauperes tenebras illas pellere possumus, quum λύχνιον non habeamus, neque ἄγρα nostra tam frequens et ampla est, ut ad illud comparandum sufficiat; λύχνιον enim incendere divitum et præsertim prytanei est, cui, ut aiunt, semper facultates magnæ redeunt, ita ut sumtus in λύχνιον facile facere possit.' Notum est illud loquendi genus, ut id, quod deesse alicui significare volumus, alteri tribuamus; ut, si pauper quis dicat, 'vinum bibere divitis est,' id idem foret ac si diceret, 'meum non est:' pertinet huc illud effatum Christi Matth. xi. 8. ἰδοὺ οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν: pro οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Eodem modo τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ idem est ac τὸ δὲ λύχνιον ἡμῖν οὐκ ἐστίν. Alterum illud φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν tanquam piscator dicit; piscatori enim ἄγρα et πλοῦτος seu potius reditus idem est: αἰὲν ἄγραν ἔχειν igitur ex ore piscatoris valet ὑπερπλουτεῖν, aut, quod nos dicimus, 'beständige Einnahme haben.' τόδ' denique ad πρυτανεῖον refero, non ad λύχνιον." Hæc Strothius. Kiessl.

38. Vulgatam, quam præbet Junt., dedit quidem Valckenarius, at non sanam eam esse in notis profitetur. Corrupte dedit Aldus: τά τις ἔσσεο δὲ λέγει μάνυαν ἑταίρῳ. Eadem habet cod. Vat. nisi quod præbet μάνυεν, unde Valck. scripsit μάνυσον. [Sic revera unus cd. apud Gaisford in reliquis conspirans cum cd. Vat. K.] Ex Aldina lectione Eldick. apud Valckenar. hæc efformavit: ἄγε δή ποκα νυκτὸς Ὄψιν, τὰν τὺ ἐσεῖδες, ἐμὶν μάνυσον ἑταίρῳ. [Hanc mutationem sequutus est J. H. Vossius in carminum Theocriti interpretatione vernacula. Mihi tamen lectio Aldina orta esse videtur ex lectione vulgata, ita quidem, ut, quum in codice scriptum esset σεῷ, hoc nescio quis corrigeret τεῷ, tumque ex τεῷ et εσῷ illa corruptio conflaretur. Kiessl.] Brunck hanc effinxit lectionem: πόκα νυκτὸς Ὄψιν, καὶ τί σοι ἐσθλὸν ἄγει, μάνυσον ἑταίρῳ. Nec tamen satis idoneam causam reperio, quamobrem verba λέγων μάνυσον corrupta sint censenda, quum tales repetitiones neque otiosæ sint, neque infrequentes; vid. Schrader ad Musæum p. 270. sq. Harl. Etiam Dahlius tuetur vulgatam, et recte, si quid video; nam talis orationis latitudo et abundantia ingenio hujus piscatoris summam alteri in narrando diligentiam inculcantis

(Οὐκ ἦν μὰν πολύσιτος· ἐπεὶ δειπνεῦντες ἐν ὥρᾳ,
Εἰ μέμνῃ, τᾶς γαστρὸς ἐφειδόμεθ'·) εἶδον ἐμαυτὸν
Ἐν πέτρᾳ μεμαῶτα· καθεσδόμενος δ' ἐδόκευον
Ἰχθύας, ἐκ καλάμων δὲ πλάνον κατέσειον ἐδωδάν.
Καί τις τῶν τραφερῶν ὠρέξατο· (καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις
Πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται, ἰχθύα κἠγών·)
Χ' ὡ μὲν τὠγκίστρῳ ποτεφύετο, καὶ ῥέεν αἷμα·
Τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τῶ κινήματος ἀγκύλον εἶχον.
Τὼ χέρε τεινόμενος, περὶ κνώδαλον εὗρον ἀγῶνα,
Πῶς κεν ἕλω μέγαν ἰχθὺν ἀφαυροτέροισι σιδάροις.
Εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τρώματος, ἆρ' ἐμὲ νύξεις;

convenientissima est. Multa tentat Graefius, quæ silentio prætermittenda censeo. Kiessl.

39. 40. Δειλινὸς conjecit Wartonus, pluribusque exemplis illustravit: idque recepit Brunck, probante Valckenario; atque jam ante Wartonum sic emendaverat vir doctus in Observatt. Miscel. vol. iv. p. 195. dissentiente editore Batavo. Conf. ad Idyll. xiii. 33. [Δειλινὸν dictum ut Idyll. i. 15. τὸ μεσαμβρινόν· xiii. 69. et xxiv. 11. μεσονύκτιον. Kiessl.]—ἐν ὥρᾳ scil. δείπνου, 'justo,' 'solito tempore,' a Piersono (Veris. p. 48.) et Musgravio tentatum, servandum est. vid. Reiskium, qui citat Casaubon. ad Athen. p. 268. et Palmer. Exercit. p. 811. [Toupius laudat Polyb. xvi. 21. ἐν ὥρᾳ — δειπνοποιεῖσθαι. K.] Musgrave, at parum certus, conjecit ἔνωρα; 'fructus æstivos,' qui nocivi putabantur. Pierson. ἀωρί, 'intempestive.' Harl.

42. 43. Pro μεμαῶτα Valckenarius scribendum putat βεβαῶτα cum Stephano, qui βεβαῶτα in libris quibusdam esse dicit. [Μεμαῶτα sanum est. Idyll. i. 40. ἐφ' ᾧ σπεύδων. K.]—Mox idem Valckenar. cum Brunckio edidit καθεσδόμενος δ' ἐδόκευον pro vulgatis καθεζόμενος δὲ δόκευον, atque ἐδόκευον repertum est in cod. Vat. Harl. Vers. 43. Valcken. malit ἐκ καλάμω. Kiessl.

44—46. τραφερῶν, 'bene nutritorum,' a τρέφω. v. Observ. Miscell. ix. p. 134. et Warton. [Ahlwardtus cum Stephano negat τραφερὸς significare 'bene nutritus;' intelligit igitur 'continentem,' 'einer strebte dem Lande zu.' Quod ut probaretur, demonstrandum erat, non tantum femin. num. sing. τραφερὴν significare τὴν ξηρὰ γῆν, sed etiam neutrum pluralis. Si notio 'bene nutritus' aliena sit ab hoc verbo τὰ τραφερὰ malim explicare 'escam,' quam 'continentem.' Kiessl.] — ὠρέξατο scil. ἐδωδῆς, 'inhiavit.'—Vers. seq. ἄρτον Brunck, forsitan ex lectione Aldina ἄρτω. [ἄρτον ex uno cod. enotavit Gaisford. K.] Compara Longi Pastoral. iii. 5. p. 300. Boden. ibique Mollum.—Vers. 46. τὠγκίστρῳ (cum duob. cdd.) pro τἀγκίστρῳ (in uno cod. et Ald. τἀγκίστρων) Winterton, Reiske, Brunck et Valckenar. Harl.

48. Hunc versum ex Aldina editione Reiske in textu ita scripsit: τὼ χέρε (Ald. χεῖρε) τεινόμεναι περικλώμενον εὗρον ἀγῶνα· 'ambæ manus contentæ inveniebant certamen tortuosum s. contentiosum;' atque sic ex cd. Vat. [cum quo alii apud Gaisford. consentiunt. K.] refingere voluit etiam Warton, nisi quod in Addendis corrigit, τεινομένω. Hos sequutus Brunckius paucis mutatis dedit τὼ χέρε τεινόμενος. Eldick. apud Valcken. correxit, τὼ χέρε τεινόμενος περὶ κλώμενον. Equidem cum Valcken. vulgatum retinui et post κνώδαλον incidi. Zeunius, Reiskium multis verbis refutans, retinet vulgatum, at post τεινόμενος incidit et περὶ κνώδαλον junxit verbis sqq. atque interpretatur: 'manus extendi et in bellua tractanda laboravi.' [Recte. Locutio περὶ κνώδαλον εὗρον ἀγῶνα similis est illi, περί τι εἶναι sive ἔχειν. Kiessl.] Ἀγὼν est 'ipsa intentio,' 'actio:' κνώδαλον 'bellua' et 'terrestris,' et, uti hoc loco, 'marina.' Idyll. xxiv. 83. κνώδαλα sunt 'serpentes immanes.' Harl.

49. 50. πῶς κεν pro πῶς μὲν rescripsimus cum Zeunio et Gerhardio (Lectt. Apollon. p. 161.). Etiam Reiskius legi vo-

Καὶ νύξῃ χαλεπῶς· καὶ οὐ φεύγοντος ἔτεινα.
Ἦνυσ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον· ἀνείλκυσα χρύσεον ἰχθύν,

luit *κεν* vel *μίν*. Hoc *μὶν* receperunt Brunck et Dahlius.—Vers. sq. Gerhard. l. c. pro *εἶθ'* conjicit *εἶφ'·* quod tamen rectius subauditur. Reisk. et Eldick. præferunt *ὑπομίμνασκον*. in uno eoque optimo cd. est *ὑπομιμνάσκω*, quod perplacet.—*τῶ τρώματος* pro *τραύματος* ex cdd. cum Brunckio et Valcken. dedimus. In aliquot cdd. et Ald. *νύξας·* in uno cod. *ἆρ' ἐμενύξας*. Kiessl.

51. Versum hunc, uti in textu est, sic emendavit Stephanus: veteres enim editiones miras exhibent lectiones. [*καὶ νύξεαι χάλεξας, καὶ οὐ φεύγοντες ἔτεινα* Ald. cum pluribus cdd. *νύξῃ χαλέψας* Call. Lectio vulgata, Gaisfordio annotante, profluxit ex Juntina. Kiessl.] Eldickius ita corrigere tentat: *Κῆνυξ' αὖ χαλεπῶς· καὶ οὐ φεύγοντος ἔθεινα.* Mire audax, quanquam ingeniosa, mutatio et confusio litterarum! Valckenarius propagavit Stephanianam lectionem. Placet tamen Wartoni correctio, a Brunckio in textum admissa,—*χαλεπῶς. χέρα δ' οὐ φεύγοντος ἔτεινα.* Quod vero Warton ab initio reponi jubet, *καὶ νύξ' ἑ χαλεπῶς*, id dubito necessarium esse. Musgrave corrigit *χἅμ'* (pro *καὶ ἅμα*), *οὐ φεύγοντος, ἔτεινα.* Harl. J. H. Vossius scribit: *τῶ δ' οὐ φεύγοντος ἔτεινα·* ('und zum nicht ausweichenden langt' ich :') sed vix doceri poterit, *τείνειν τινὸς* idem esse quod *ὀρέγεσθαί τινος*. Diversi generis sunt locutiones, qualis est *τείνειν οἴκαδε*. Gerhard. p. 161. ob metri rationes ita: *καὶ νύξῃ χαλεπῶς· κάρα δ' οὐ φεύγοντος ἔθεινα.* Hermannus ita: "Scribendum puto: *τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τῶ κινήματος ἀγκύλον εἶχον Τὼ χέρε, τεινόμενον περικλώμενον. εὗρον ἀγῶνα, Πῶς κὲν ἕλω μέγαν ἰχθὺν ἀφαυροτέροισι σιδάροις. Εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τρώματος, ἆρ' ἐμὲ νύξεις; Καὶ νύξας, ἐχάλαξα· καὶ οὐ φεύγοντος, ἔτεινα.* Hoc dicit: Arundinem manus tenebant motu piscis curvatam, quum inflexa tenderetur. Copula, quæ, si post *εἶχον*, ut vulgo, interpungitur, abesse non potest, recte abest post *εὗρον*, quod voce magis intenta pronuntiandum est, quo significetur *ὄντως εὗρον*. Mimicam orationem, quæ in hoc versu est, *εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τραύματος, ἆρ' ἐμὲ νύξεις*; parum intellexerunt interpretes. Volebat piscator hoc dicere: hæsitabam, quid facerem; inde piscem accepti vulneris admonens, tentabam, quid facturus esset. Pro his postremis verbis admodum venuste dicit, *ἆρ' ἐμὲ νύξεις*; i. e. 'certe tu me non vulnerabis, sed ego te.' Tum pergit, *καὶ νύξας, ἐχάλαξα*: i. e. repente arundine læsi piscem, statimque remisi: quumque ille non fugeret, eduxi eum. Plena oratio esset: motu arundinis pisci vulnus renovans, cogitabam, non tamen illum mihi, sed me illi metuendum esse." Thomas Briggs legendum opinatur: *εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τραύματος ἠρέμα νύξα, καὶ νύξας ἐχάλασσα καὶ οὐ φεύγοντ' ἐνέτεινα.* 'Tum admonens vulneris leniter pupugi, Et cum pupugissem, laxavi, et non fugientem intendi.' Esse hunc morem hamo et arundine piscantium, addit idem vir doctus. Post hæc virorum doctissimorum conamina liceat et nobis aliquid tentare, quod a vestigiis depravatarum in libris veteribus lectionum non multum discedens totius loci ingenio congruum videatur. Nimirum sic locum scribendum esse censeo: *εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τρώματος ἠρέμα νύξα, καὶ νύξας ἐχάλαξα, καὶ οὐ φεύγοντος ἔτεινα.* Quatuor libri vers. priore habent *νύξας*, et versu posteriore *ἐχάλαξα* manifesto latet in depravatis lectionibus. Locus autem sic est intelligendus: 'admonens piscem de vulnere leniter pupugi.' Hæc ipsa vulneris admonitio inest in eo, quod leniter piscem pungit experturus, an sauciatus aufugeret. 'Quumque pupugissem relaxavi' scil. *τὸν κάλαμον* (pungere desii), 'quumque piscis non fugeret, intendi,' scil. *τὸν κάλαμον*, et piscem denique, labore peracto, extraxi. Recedit hæc ratio nonnihil a Briggsii, non multum tamen. Alia excogitarunt Jacobsius in Animadv. in Carmina Theocriti p. xxix. et Graefius in Epistola Crit. p. 98. sq. Kiessl.

52. "Hæc frustra suspecta sunt viris doctissimis. Vox *ἰδὼν* significantissima est. Locus ita vertendus est: 'ut piscem vidi, certamen illico confeci.' Quod ex sequentibus patet.—Ceterum scribendum, ut Dorismo suus honos habeatur, *ἄνυσ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον*. Quomodo non semel locutus est Theocritus. Poteris etiam vertere, 'Certamen mihi visus sum confecisse.' Quo sensu verbum *ἰδεῖν* ab Artemidoro ceterisque *'Ονειροκριτικῶν* scriptoribus usurpatur, sed illud, opinor, verius." Toupius. Immo hæc altera ratio a Toupio rursus posthabita unice vera est. Referendum est *ἰδὼν* ad somnium, ut vs. 41. *εἶδον ἐμαυ-*

Πάντοθε τῷ χρυσῷ πεπυκασμένον. εἶχε δὲ δεῖμα,
Μή τι Ποσειδάωνι πέλοι πεφιλαμένος ἰχθύς,
Ἢ τάχα τᾶς γλαυκᾶς κειμήλιον Ἀμφιτρίτας.
Ἠρέμα δ' αὐτὸν ἐγὼν ἐκ τὠγκίστρω ἀπέλυσα,
Μή ποτε τῶ στόματος τἀγκίστρια χρυσὸν ἔχοιεν.
Καὶ τὸν μὲν πειστῆρσι κατῆγον ἐπ' ἠπείροιο·

τὸν—μεμαῶτα. Probavit hoc etiam Harlesius in nota manu scripta. Kiessl. Warton malit ἤνυσ' ἐγών. Eldickio placuit ἤνυσ' ἴδ' ὡς τὸν ἄεθλον. [Hunc sequuntur Bindemannus et J. H. Vossius. K.] Zeune probat illos (Jos. Scaligerum, H. Stephanum, Is. Vossium), qui legi jusserunt ἤνυσα δ' ὧν. Brunck dedit κἄνυσ' ἰδὼν—ἀνείλκυσα· atque ἀνείλκυσα pro ἀνήλκυσα etiam Valck. ex cdd. dedit. Musgrave corrigit κ' ἤνυσ' ὁδῷ τὸν ἄεθλον. ὁδῷ 'prospere,' 'feliciter.' Harl.

53. Quum in codice regio scriptum sit πάντα τε, et in edd. primis πάντα τοι τῷ (in Junt. παντᾶ τοι), inde reddendum putat Brunck πάντοθε τῷ, idque Valcken. in textum admisit pro παντᾶ.—εἶχε δὲ σῆμα revocavit Reiske ex ed. Aldina: idem est in cd. Vat. (et duobus aliis cdd.) Harl. εἶχέ με δεῖμα Call. με δῆμα unus cd. Hoc με item est in ed. Lovan. aliisque. Lectionem Juntinam nondum repudio. Kiessl.

54. 55. Versum 54. Reiske sic corrupit: μή τι Ποσειδάων πέλει ὁ πεφ. ἰχθύς; 'vide ne ipse Neptunus sit ille mihi acceptus piscis?'—Vers. seq. Brunck dedit Ἀμφιτρίτας pro Ἀμφιτρίτης, eumque sequutus est Valcken. Fundus est Homer. Odyss. v. 422. et xii. 97.—κειμήλιον est 'in thesauro reconditum.' Conf. Idyll. xxiv. 121. Harl.

56. 57. In Juntina unoque cod. Coisl. ἐγὼν ἐκ τῶν 'γκίστρων. Reiskio placuit ἐγὼ 'κ τῶν ἀγκίστρων. cd. Med. κατέλυσα. Lectionem τῶν 'γκίστρων etiam ex Ald. et cod. Vat. notavit Valck. Stephanus in minore edit. scripsit ἐκ τῶ 'γκίστρω ἀπέλυσα.—Vers. seq. Brunck. dedit μή ποκα· qui postea legendum conjecit μή πόκ' ἀπὸ στόματος τἀγκίστρια χρυσὸν ἔχοιεν. In veterib. edd. et cdd. est τὠγκίστρια. Kiessl.

58. Quæ lectio est in textu, ea ab ingenio Calliergi aut ex edit. Florent., nisi quod hæc habet πιστῆρσι, profecta esse videtur. In Aldina est, καὶ τὸν μὲν πιστεύσασα καλά γε τὰν ἠπείρατον. Sic etiam Mss. nisi quod præbent aut καλή γε τὸν ἠπήρατον, aut καλά γε τὸν ἠπήρατον, aut καλά γε τὸν ἠπείριο. Reiskius conjecit: καὶ τὸν μὲν πίστευσα, καλόν γε τὸν ἠπειρώταν· 'et illum quidem funibus alligavi, præclarum terræ continentis futurum incolam.' J. H. Vossius: καὶ τὸν μὲν πίστωσα, καλόν γε τὸν ἠπειρώταν· quæ vertit: 'und mir hulдigen liess ich den trefflichen Landbewohner.' Eldickius: καὐτόθ' ἐπισπεύσας ἀκέτῳ γ' ἄγον ἠπείρονδε. In edit. Brunckii sic e conjecturis scriptus legitur versus: καὶ τῷ μὲν πίσυνος, χαλάσας τὸν ἐπήρατον ἰχθύν, ὤμοσα etc. 'et hoc auro fretus, sublato, suscepto amabili pisce, juravi,' etc. In notis tamen scribendum monuit ἄρας pro χαλάσας. Vulgatam πειστῆρσι vertunt 'funiculis.' Sed πειστὴρ idem esse quod πεῖσμα, vix doceri poterit. Immo significat aut vi activa 'persuasorem,' aut passiva 'obedientem.' Suidas; ὑπήκοος. Conf. Ahlwardt. p. 63.—Zeunius, quem Bindemannus sequitur, legit: πλεκτῆσι, 'retibus' s. 'sportulis,' nempe ne quid ex tam pretioso pisce periret. Ahlwardtus multa excogitavit, de quibus, referente Dahlio, hoc præfert: καὶ τῷ μὲν πίσυνός ἑ κατᾶγον ἐν ἠπειροῖῳ. Graefius: καὶ τὸν μὲν σπεύσας ἀκάλ' ἄγαγον, ἠπειρώταν· 'et illum quidem festinans tacite absportavi, terræ habitatorem' factum; aut: καὶ τὸν μὲν, σπεύσας, καλὸν ἄγαγον ἠπειρώταν, 'pulcrum terræ habitatorem.' Ne ipse ἀσύμβολος abeam ab hoc loco, cujus genuina lectio a solis cdd. exspectanda videtur, appono conjecturam, quæ mihi in mentem venit: καὶ τὸν μὲν πειστῆρά γ' ἀνᾶγον ἐπ' ἠπείροιο· 'atque hunc quidem obsequentem subduxi in continentem.' Quum præcesserint, illa, καὶ οὐ φεύγοντος, hæc, καὶ τὸν μὲν πειστῆρα, apte rei narrationem continuant; apte etiam proxima adjiciuntur: 'quo facto juravi, me non amplius esse mare tacturum, sed in terra pro rege aureo pisci tanquam subdito fideli imperaturum.' Verbum κατάγειν autem de pisce ex mari extrahendo et in terram subducendo recte usurpari, nondum mihi persuasi; hinc scribendum censui ἀνάγειν. Kiessl.

Ὤμοσα δ' οὐκέτι λοιπὸν ὑπὲρ πελάγους πόδα θεῖναι,
Ἀλλὰ μένειν ἐπὶ γᾶς, καὶ τῶ χρυσῶ βασιλεύειν.
Ταῦτά με κἀξήγειρε· τὺ δ', ὦ ξένε, λοιπὸν ἔρειδε
Τὰν γνώμαν· ὅρκον γὰρ ἐγὼ τὸν ἐπώμοσα ταρβῶ.
Ετ. Καὶ σύ γε μὴ τρέσσῃς· οὐκ ὤμοσας· οὐδὲ γὰρ ἰχθὺν
Χρύσεον ὡς ἴδες εὗρες· ἴσαι δὲ ψεύδεσιν ὄψεις.
Εἰ δ' ὕπαρ, οὐ κνώσσων τὺ τὰ χωρία ταῦτα ματεύσεις,

59. "*οὐκέτι* post *ὤμοσα* notandum: nam verba jurandi *μή, μηκέτι* etc. cum infinitivo poni poscunt. V. Idyll. xxii. v. 134. xxvii. v. 34." SCHAEFER. Adde Hermann. ad Viger. p. 807.—Brunck. audacter scripsit *ὤμοσα μηκέτι—πελάγευς*. Hoc *πελάγευς* est jam in ed. Winterton. Aliquot cdd. *βασιλεύσειν*. KIESSL.

61. 62. *ἔρειδε τὰν γνώμαν* Zeune sic explicat: 'animum, qui in dubio est, nec scit, quid capiat consilii, firma, et libera a dubitatione, ut habeat, quod certo sequatur sine metu.' Hinc sequitur, ut dein vulgata lectio *ταρβῶ* (Brunck dedit *ἐγὼν—ταρβέω*) sit retinenda. Contra Reiske Aldinam *θαῤῥῶ* revocavit. HARL. Zeunium sequitur Bindemannus; at Vossius vertit: 'nun richt auf das übrige deinen Sinn.' Quod certe non exacte est expressum; sic enim pro *λοιπὸν* requiritur dativus. Iamblich. de Vita Pythag. §. 65. p. 134. *καὶ τὸν νοῦν ἐνήρειδε ταῖς μεταρσίαις τοῦ κόσμου συμφωνίαις*. Moschus iii. 56. *ἐρεῖσαι τὸ στόμα*. Sensus est: 'jam animum intende,' scil. ut somnium recte interpreteris. KIESSL.

63. *τύ γα μὴ* Brunck. In Aldina edit. et aliquot cdd. omittitur *μή* legiturque *τρέ-*
η
σεις, τρέσσεις, τρέσεις· unde Reiske conjicit, *καὶ σύ γε μή τι τρέσεις*, quod Valckenario ne Græcum quidem videtur. HARL.

64. In textu reposuimus cum Reiskio, Valckenario, Brunckio aliisque lectionem edd. Flor. Ald. et aliquot cdd. nisi quod in his scribitur *εἶδες*. Vulgata tamen lectio, *χρύσεον εἶδες ἢ εὗρες*, defendi potest, non ita quidem, ut ante *ἢ* suppleatur *μᾶλλον*, sed ut *ἢ* accipiatur pro *οὐδέ*, quemadmodum etiam interdum 'aut' pro 'nec;' ut Virgil. Æn. x. 592.—Quod sequitur *ἶσαι*, temere Reiskius mutavit in *ἶσα*, quia *εἶσα* erat in Aldina unoque cod. KIESSL.

166. πάντες, ut fortiorem lectionem, Reiske et Warton ab conjectura Valcken. in Epist. ad Röver. p. xl. ἄνακτες, recte defendunt; et Valcken. ipse in edit. Theocriti sententiam pristinam mutavit. ["Nos omnes, quotquot nos sumus, et amici vestrarum partium, dabimus operam, ut nuptias vobis reperiamus vestra nobilitate atque virtute dignas." Reisk.] — Cod. Vat. nonus habet νῶϊν γάμον σφῶϊν — πάντες. Harl.

167. ἴσκον, 'dicebam;' pendet hoc verbum a vers. 153. sq. ἴσκω tamen, quod idem est atque εἴσκω, notat apud Homerum 'adsimilo,' 'simile videri facio aliquid:' recentiores autem poetæ, in his sæpius Apollonius Rhodius, etiam pro 'dicere' usurpant. [Etiam in Odyss. xix. 203. ἴσκειν interpretantur λέγειν. At Tzetzes quoque ad Lycophr. v. 574. Τὸ ἴσκων Ὅμηρος μὲν ἐπὶ τοῦ ὁμοιοῦν· Λυκόφρων δὲ ἐπὶ τοῦ λέγειν. Kiessl.] Præter Warton. et Casaubon. in lectt. Theocritt. ad h. l. vide Dammii Lexicon. Græcum p. 568. Harl.

168. Schaefer. ad Bos. Ellips. p. 520. et in nota ad hunc locum suspicatur πνοιὴ ἄγοισ'. Mutatione opus non esse, censet Huschk. in Anal. Crit. p. 78. qui vertit 'abstulit.' Vide ad Idyll. ii. 7. Kiessl.

171—173. ὔμμιν Junt. et Brunck. — Vs. 172. quidam libri scripti, utraque Ald. et Florent. ἔγχεα λοῦσαι. [Hanc reddidit Vossius: 'sollen mit Blut wir färben die Lanzen.' — Νεῖκος ἀναρρήσσειν dictum est ut φωνὴν ῥήσσειν (Virg. Æn. ii. 129.) "vocem rumpit." iv. 553. "tantos illa suo rumpebat pectore questus"), de qua locutione conf. Schaefer. ad Bos. Ellips. p. 522. Igitur significat 'pugnam prorumpere,' 'hervorbrechen lassen.' — Ὁμοίϊον. Eustathius ad Iliad. iv. 315. p. 205. 39. τὸ γελοίϊον (Il. β. 215.) πλεονασμὸν ἔχει τοῦ δευτέρου ι. ὡς καὶ ὁμοίϊον ἀντὶ τοῦ ὅμοιον. καὶ τὸ ποδοῖϊν (Il. ξ. 228.) καὶ ἵπποιϊν (Il. ε. 13.) καὶ ὤμοιϊν (Il. ε. 622.). Similiter Etym. M. p. 624. 24. Kiessl.] — Vs. 173. Valcken. ἐὸς pro ἐμὸς ex conjectura Is. Vossii: contra metrum vero et præter necessitatem in textu Reiske correxit ὁμός· nam hoc vocabulum priorem syllabam producit. Harl. [Aphareus et Tyndareus fratres erant ex communi matre Gorgophone, ille ex patre Periere, hic ex Œbalo, cui post mortuum Perierem Gorgophone nupserat. Hinc Apharei et Tyndarei filii erant fratres patrueles, ὅμαιμοι, quo nomine appellantur non soli fratres germani, sed omnino 'cognati,' συγγενεῖς, quod monuit ad h. l. etiam Brunckius. Kiessl.]

174. ἀπεχθομένης ex edit. Florent. et altero exemplo Aldino, quod habet ἀπεχομένης, reposuit Reiske. Vulgata lectio ἀπεχθομένας est a Calliergo. At Brunck

Νῶϊ δ' ἐγὼ Κάστωρ τε διακρινώμεθ' Ἄρηϊ,
Ὁπλοτέρω γεγαῶτε· γονεῦσι δὲ μὴ πολὺ πένθος
Ἁμετέροισι λίπωμεν· ἅλις νέκυς ἐξ ἑνὸς οἴκου
Εἷς· ἀτὰρ ὤλλοι πάντας ἐϋφρανέουσιν ἑταίρους,
Νυμφίοι ἀντὶ νεκρῶν, ὑμεναιώσουσι δὲ κούρας
Τάσδ'· ὀλίγῳ τοι ἔοικε κακῷ μέγα νεῖκος ἀναιρεῖν.
Εἶπε· τὰ δ' οὐκ ἄρ' ἔμελλε θεὸς μεταμώνια θήσειν.
Τὼ μὲν γὰρ ποτὶ γαῖαν ἀπ' ὤμων τεύχε' ἔθεντο,
Τοὶ γενεᾷ προφέρεσκον· ὁ δ' εἰς μέσον ἤλυθε Λυγκεύς,
Σείων καρτερὸν ἔγχος ὑπ' ἀσπίδος ἄντυγα πρώταν·
Ὣς δ' αὔτως Κάστωρ ἐτινάξατο δούρατος ἀκμὰς
Καρτερός· ἀμφοτέροις δὲ λόφων ἐπένευον ἔθειραι.
Ἔγχεσι μὲν πράτιστα τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον
Ἀλλάλων, εἴ πού τι χροὸς γυμνωθὲν ἴδοιεν.
Ἀλλ' ἤτοι τὰ μὲν ἄκρα, πάρος τινὰ δηλήσασθαι,

et Valcken. ex Vat. cod. receperunt ἀποσχομένω· [in aliis cdd. est ἀπεσχομένης·
οις
ἀπεσχομένης·] præterea Brunck ὑσμίνας dedit. Alterum Aldinum exemplum (cum uno cd.) habet ἀπεσχομένας.—ἐρωεῖν autem apud Homer. modo cum præpositione ἀπό (Iliad. xiii. 57.), modo sine illa construitur (Iliad. xiii. 776. et sæpius). Harl.

175. "Aldina utraque versum hunc cum proximo commiscet, omissis intermediis, ad hunc modum: νῶϊ δ' ἐγὼ Λυγκεύς τε γονεῦσι δὲ μὴ πολὺ πένθος. Contrariam in partem peccavit ZC. qui versum septem pedum procudit: νῶϊ δ' ἐγὼ Λυγκεὺς Κάστωρ τε διακρινώμεθ' ἄρηϊ ὁπλοτέρω γεγαῶτε. Eam lectionem inde repetierunt Salam. Farr. Brubach. sed recte HSt. omisit Λυγκεύς, quod e scholio interlineari in textum irrepsit." Reisk. Affirmante Gaisfordio vulgata lectio Juntæ debetur. Kiessl.

177. ἁμετέροισι λίπωμεν pro vulgata ἁμετέροις λείπωμεν Valck. ex ed. Flor. dedit: λίπωμες Winterton. Harl.

178—180. Πάντες dederunt Reiske et Brunck. ex cd. Vat. ed. Florent. et altera Aldina. πάντας cum Ald. altera et reliquis reposuit Valcken. recte; nam πάντες non satis apte de duobus dicitur.—Compara Iliad. iii. 71. sqq.—Vers. 179. κώρας τάσδ'. ὀλίγῳ Brunck; atque τάσδ' non solum reliqui libri habent, sed plurimi etiam post τάσδ' punctum ponunt, τάσδ' conjungentes cum κούρας. Contra Reiske scripsit et interpunxit ita: κούρας· Τώσδ' ὀλίγῳ, 'sic,' 'hac ratione:' in notis etiam divisim, τὼς δ', 'sic autem,' scribi putat posse. Valcken. quoque κούρας Τάσδ'· ὀλίγῳ etc. Harl.

182. Τὰ μὲν Reiske ex altera Ald. τὼ μὲν pro vulgata τοὶ μὲν Brunck et Valcken. ex cd. Vat. et ed. Flor. Harl.

185. 186. Lectionem cd. Flor. et ed. Flor. ὣς δ' αὔτως ἄκρας (vulg. Κάστωρ) ἐτινάξ. δούρατ. ἀκμ. Κάστωρ (vulgo καρτερός·) Brunck et Valcken. receperunt, moxque ἀμφοτέροισι λόφων ex cd. Vat. scripsit Brunck. Valckenário tamen δὲ non esse omittendum videtur: hinc ἀμφοτέροις δὲ retinuit. Harl. Equidem, non videns, que nomine lectio vulgata deterior sit altera, eam restitui, eademque expressa est a Vossio in interpretatione vernacula. Kiessl.

187. πόνον εἶχον, ut Idyll. vii. 139. (ad quem loc. conf. Valcken.) Apollon. Rh. ii. 649. Scut. Hercul. 305. (ad quem loc. Heinrich citat Villoison. ad Longum p. 52.)—πόθον aliquot cdd. et edd. Ald. cum Lovan. Kiessl. "Vulgo sic distinguunt: ἔγχεσι μὲν πράτιστα τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον, Ἀλλάλων εἴ πού κ. τ. λ. Homer. Il. xiii. v. 498. 499. τιτυσκόμενοι καθ' ὅμιλον ἀλλήλων. Præterea particula εἴπου in tali constructione semper, quod meminerim, primo loco ponitur." Schaef.

Δοῦρ' ἐάγη, σακέεσσιν ἐνὶ δεινοῖσι παγέντα.
Τὼ δ' ἄορ' ἐκ κολεοῖιν ἐρυσσαμένω, φόνον αὖθις
Τεῦχον ἐπ' ἀλλάλοισι· μάχης δ' οὐ γίνετ' ἐρωή.
Πολλὰ μὲν εἰς σάκος εὐρὺ καὶ ἱππόκομον τρυφάλειαν
Κάστωρ, πολλὰ δ' ἔνυξεν ἀκριβὴς ὄμμασι Λυγκεὺς
Τοῖο σάκος, φοίνικα δ' ὅσον λόφον ἵκετ' ἀκωκή.
Τοῦ μὲν ἄκραν ἐκόλουσεν ἐπὶ σκαιὸν γόνυ χεῖρα
Φάσγανον ὀξὺ φέροντος ὑπεξαναβὰς ποδὶ Κάστωρ
Σκαιῷ· ὁ δὲ πλαγεὶς ξίφος ἔκβαλεν, αἶψα δὲ φεύγειν
Ὡρμάθη ποτὶ σᾶμα πατρός, τόθι καρτερὸς Ἴδας
Κεκλιμένος θαεῖτο μάχην ἐμφύλιον ἀνδρῶν.
Ἀλλὰ μεταΐξας πλατὺ φάσγανον ὦσε διαπρὸ
Τυνδαρίδας λαγόνος τε καὶ ὀμφαλοῦ· ἔγκατα δ' εἴσω
Χαλκὸς ἄφαρ διέχευεν· ὁ δ' εἰς χθόνα κεῖτο νενευκὼς
Λυγκεύς, κὰδ δ' ἄρα οἱ βλεφάρων βαρὺς ἔδραμεν ὕπνος.
Οὐ μὰν οὐδὲ τὸν ἄλλον ἐφ' ἑστίῃ εἶδε πατρῴῃ
Παίδων Λαοκόωσα φίλον γάμον ἐκτελέσαντα.
Ἦ γὰρ ὅγε στάλαν Ἀφαρηΐου ἐξανέχουσαν
Τύμβῳ ἀναρρήξας ταχέως Μεσσάνιος Ἴδας

189. 190. Forsitan scribi debet *δαλήσασθαι·* vide ad vers. 127.—*Δῶρ'*—*ἐν ἰτεΐνοισι* [ut est Idyll. xvi. 79.] eleganter dedit Reiske de conjectura, hocque Valcken. in textum admisit, retenta forma *δοῦρ'*. Harl. Nimium Valckenarius Reiskii conjecturæ videtur tribuisse. Qui meminerit descriptionis clypeorum septem ducum apud Æschylum a vs. 372. sqq. is vix dubitabit, ut arma omnino, sic etiam clypea recte dici *δεινά·* quare restitui omnium librorum lectionem *ἐπὶ δεινοῖσι*. Kiessl.

191. Lectionem Aldinam [et duor. cdd.] *κολεοῖο*, quæ jam Reiskio in notis placuit, Valckenario invito revocavit Brunck, quocum tamen idem ex veteribus libris *αὖθις* pro *αὖτις* [*αὖτις* est etiam in Junt. K.] reddidit. Harl. De forma *κολεοῖιν* vid. locum Eustathii repetitum ad vs. 172. Kiessl.

193. *ἱππόκομος* est epitheton galeæ, cujus vertex equinis pilis erat densus. Homer. Il. xii. 339. supra Idyll. xvi. 81. conf. Feithii Antiqq. Homer. p. 458. sq. Harl. De vocabulo *τρυφάλεια*, quod diversimode explicatur, vid. Heinrich. ad Scut. Hercul. p. 158. sqq. Kiessl.

194—196. Pindar. Nem. x. 116. *κείνου γὰρ ἐπιχθονίων πάντων γένετ' ὀξύτατον ὄμμα.*—Vs. 195. *ὅσον*, 'tantum,' 'nur.' vid. ad Idyll. i. 45.—Vs. 196. Verba sic sunt construenda: *φέροντος φάσγανον ἐπὶ σκαιὸν γόνυ.* Lynceus gladium inferne ferebat, haud quidem, ut Castoris ictum averteret, sed ut hujus genu sinistrum feriret; at hic prævertens et pede sinistro recedens dextram illi manum, qua gladium tenebat, abstulit. Kiessl.

199. *ὅθι* Brunck et Valcken. ut Idyll. xxiv. 28. Nos cum Dahlio servavimus *τόθι*. Tuetur etiam Gerhard. in Lection. Apoll. p. 117. Kiessl.

206—208. Pro *Λαοκόοσσα* Valcken. ex ed. Flor. veram nominis formam aliunde notam (vid. Schol. ad Apollon. Rh. i. 152.) restituit.—Vers. 207. *ἐξανέχοισαν* Brunck. Toupius apud Warton. laudavit Lycophronis Cassandram vs. 559. ibique interpretes, et Pindar. Nem. x. 121. sqq. Harl.—Vs. 208. *ἀναρρήξας*, Ahlwardt. et Bindemann. 'er brach das Denkmal

Μέλλε κασιγνήτοιο βαλεῖν σφετέροιο φονῆα·
Ἀλλὰ Ζεὺς ἐπάμυνε, χερῶν δέ οἱ ἔκβαλε τυκτὰν
Μάρμαρον, αὐτὸν δὲ φλογέῳ συνέφλεξε κεραυνῷ.
Οὕτω Τυνδαρίδαις πολεμιζέμεν οὐκ ἐν ἐλαφρῷ.
Αὐτοί τε κρατέοντε, καὶ ἐκ κρατέοντος ἔφυσαν.
Χαίρετε Λήδας τέκνα, καὶ ἀμετέροις κλέος ὕμνοις
Ἐσθλὸν ἀεὶ πέμποιτε· φίλοι δέ γε πάντες ἀοιδοὶ
Τυνδαρίδαις, Ἑλένᾳ τε, καὶ ἄλλοις ἡρώεσσιν,
Ἴλιον οἳ διέπερσαν, ἀρήγοντες Μενελάῳ.
Ὑμῖν κῦδος, ἄνακτες, ἐμήσατο Χῖος ἀοιδός,
Ὑμνήσας Πριάμοιο πόλιν, καὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Ἰλιάδας τε μάχας, Ἀχιλῆά τε πύργον ἀϋτῆς·
Ὑμῖν δ' αὖ καὶ ἐγὼ λιγεῶν μειλίγματα Μουσῶν,
Οἷ' αὐταὶ παρέχουσι, καὶ ὡς ἐμὸς οἶκος ὑπάρχει,
Τοῖα φέρω. γεράων δὲ θεοῖς κάλλιστον ἀοιδή.

entzwey, brach ein Stück davon ab.' Verum Vossius: 'er entrüttelte sie.' Sic Ovidius Fast. i. 567. "quod simul evulsum est." Sed illud verbum hanc vim non habet, atque periculum erat in mora et evellenda columna. Forsitan legendum, ἀναρπάξας. Kiessl.

212. ἐν ἐλαφρῷ pro ἐπ' ἐλαφρῷ margo Stephani, et maluit Valcken. jam in Epistola ad Röver. p. xl. atque ad Herodot. iii. p. 275. ubi Herodot. ἐν ἐλαφρῷ ποιησάμενος, 'parvi pendens.' Idem Herodot. i. p. 59. (ubi Wesseling. plura exempla dedit), οὐκ ἐν ἐλαφρῷ ἐποιεύμην· 'haud leviter ferebam.' Valckenar. postea ἐν ἐλαφρῷ, inventum etiam in ed. Flor. et emendatum ab Hemsterhusio, cum Brunckio in edit. Theocrit. recepit. Reiske tamen tuetur vulgatum, quod diversum esse ab illo dicit, supplens ἀγῶνι, vel κινδύνῳ, vel διαφόρῳ· ut sententia sit, contentionem cum Tyndaridis versari in conditione periculi non exigui, neque levis. Harl. Ἐν ἐλαφρῷ ἐστὶ id. est quod ἐλαφρόν ἐστι· Eurip. Iph. Aul. 974. ἐν εὐμαρεῖ τε δρᾶν τε καὶ μὴ δρᾶν καλῶς· ubi vid. Musgrav. add. notata ad Viger. p. 604. Kiessl.

213—215. κρατέοντε est a Stephano Brodæum (Miscell. vii. 14.) sequuto: [Imo κρατέοντε est lectio edit. Florent. monente Gaisford. K.] — κρατέοντες libri vett. unde Reiske effecit αὐτοί γ' ἐκράτεόν τε· 'nam et ipsi præstabant aliis.' κρατέοντι commoda est Wartoni conjectura. — Vers. 215. φίλοι δέ γε pro φ. δέ τε scripsit cum Hemsterhusio Valckenaer. Harl.

220. πύργον ἀϋτῆς, 'turrim belli,' h. e. fortissimum in bello; est formula Homerica, ut Odyss. xi. 555. Eustathius ad Iliad. ζ. p. 621. 57 = 474. 17. ὅθεν μεταλαβὼν ὁ Θεοκριτός φησι τὸν Ἀχιλλέα πύργον ἀϋτῆς, ἤγουν τεῖχος πολέμου, παρασυλήσας ἐξ Ὁμήρου εἰπόντος, ὡς μέγα πᾶσιν Ἀχαιοῖσίν ἐστιν ἕρκος τοῦ πολέμου. Eurip. Alcest. 311. Παῖς — πατέρ' ἔχει πύργον μέγαν. [Pindar. Ol. ii. 145. Ἕκτορ' — Τροίας ἄμαχον ἀστραβῆ κίονα.] Harl.

221—223. Μοισᾶν (sed tunc ante scribendum esset λιγεᾶν) — παρέχοντι — ἀοιδά Brunck. — Valckenarius dedit ex cod. Vat. ὑμῖν δ' αὖ [δ' antea aberat], et ex ed. Flor. λιγεῶν — μουσῶν. — Ad vers. ultim. conf. Idyll. xvii. 8. — Tres vero ultimi versus sunt suavitate, pietateque et elegantia fere Attica plenissimi. Harl.

ΕΡΑΣΤΗΣ Η ΔΥΣΕΡΩΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κγ΄.

ARGUMENTUM.

Repræsentatur in hoc Idyllio impotentissimi amoris æstus, quo homo quidam in puerum forma pulcrum, moribus autem et indole sævum et asperum ferebatur. Qui vir amoris, quo ardet, impotentiam amplius non ferens, ad pueri limina properat, eo consilio, ut, si crudelem ejus animum flectere non possit, mortem sibi consciscat. In hoc igitur cycneo carmine puerum monet, ne nimium pulchritudine sua, fragili et caduco bono, confidat, utque, quod viventi negasset, defuncto impertiat osculum, precatur. Quibus dictis collum in laqueum inserit. Puer autem domo egressus, cadavere viso nil motus, paulo post Cupidinis statua in eum cadente oppressus Deo, quem spreverat, pœnas dedit. — Pertinet carmen non ad genus bucolicum, sed, Eichstadtio judice (p. 25.), ad mediam quandam epicorum classem, quæ rerum quarumdam narrationem cum sensu persequuntur. Nonnulla inde expressit Virgilius Ecl. ii. Imitati sunt Chariton v. 10. (ubi conf. Dorvill.) et Ovidius Metamorph. xiv. 698. sqq. atque inter recentiores Ramlerus in poemate Alcimadure inscripto.

Ἀνήρ τις πολύφιλτρος ἀπηνέος ἤρατ᾽ ἐφάβω,
Τὰν μορφὰν ἀγαθῶ, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἔθ᾽ ὁμοίω.
Μίσει τὸν φιλέοντα, καὶ οὐδὲ ἓν ἅμερον εἶχεν·
Κοὐκ ᾔδη τὸν Ἔρωτα, τίς ἦν θεός, ἡλίκα τόξα

In Analectis Brunckianis est item Idyll. xxiii. Harl. In altera Aldina est hic titulus: *μισῶν φιλέοντα*. In edit. Call. *Θεοκρίτου ἐραστὴς δωρίδι διηγηματικόν*. Kiessl.

1. *πολὺ φίλτερος* cod. Coisl. apud Montfauc. B. C. p. 518. *πολύφιλτρος*, 'is cui multa philtra data sunt, ex amore æger.' Compara initium secundæ eclogæ Virgilianæ. — *ἐφάβω* Winterton. Reisk. Valck. Brunck. *ἐφάβου* vulgo. Kiessl.

2. *οὐκ ἐν ὁμοίῳ* malit Heinsius; quod quum Valckenarius in Epist. ad Röver. p. xli. probaret, vulgatum tamen recte tuetur in Theocriti edit., item tuetur Wartonus ex Hom. Odyss. xvi. 182. *καί τοι χρὼς οὐκ ἔθ᾽ ὁμοῖος·* qui tamen locus nihil probat, quippe in quo *οὐκ ἔτι* significet 'non amplius,' in Theocriteo autem, ut et alibi, 'nequaquam.' Hinc nec opus est cum Jacobsio ex loco Bionis (Fragm. xvii. 5. *ἄγριον, ἄστοργον, μορφᾷ νόον οὐδὲν ὁμοῖον·*) scribatur *οὐδὲν ὁμοίω*. Kiessl.

4. *ᾔδει*, quod exstat in Ald. pluribusque cdd., revocavit Reiske. [*ᾔδη* scribatur, an *ᾔδει* ex edd. Ald. Flor. et cd. Vat. nihil interest. Valck.] — *ἧς* — *ἁλίκα*, Brunck. Harl.

Χερσὶ κρατεῖ, πῶς πικρὰ βέλη ποτὶ παιδία βάλλει·
Πάντα δὲ κὴν μύθοισι καὶ ἐν προσόδοισιν ἀτειρής.
Οὐδέ τι τῶν πυρσῶν παραμύθιον, οὐκ ἀμάρυγμα
Χείλεος, οὐκ ὄσσων λιπαρὸν σέλας, οὐ ῥοδόμαλον,
Οὐ λόγος, οὐχὶ φίλαμα τὸ κουφίζον τὸν ἔρωτα.
Οἷα δὲ θὴρ ὑλαῖος ὑποπτεύῃσι κυναγώς,
Οὕτω πάντ' ἐποίει ποτὶ τὸν βροτόν· ἄγρια δ' αὐτῷ
Χείλεα, καὶ κῶραι δεινὸν βλέπον· εἶχον ἀνάγκαν·

5. Conf. Mosch. i. 21. Ovid. Metam. v. 381.—Pro *ποτὶ παιδία* malint Heinsius et Stephanus *ποτικάρδια*, Reiskio, Valck. et Wartono jure dissentientibus. Atque Warton. non solum (ex Aristænet. l. i. ep. x. p. 58. et p. 67. ed. Pauv.) docet, *παιδίον* etiam 'juvenem' significare; sed in Addendis etiam malit *χ' ὡς* pro *πῶς*· (nec novit, quod ipse, 'licet puer adhuc pubescens,' ejus telis esset obnoxius:) quod acutius quam verius, certe non necessario, positum et correctum esse videtur. Harl. [Sic tamen, notante Gaisfordio, ed. Brunckii. Kiessl.]

6. 7. *κῆν* pro *κἀν* Brunck et Valcken.—Puer quidem pulcer fuit; at durus erga amatorem, quem nec adspectu, nec osculo, nec oratione, nec aliquo delinimento amorisque significatione dignatus est. Nota vero vim adjunctorum, et poeticas, quibus amoris mutui signa indicari putantur, descriptiones!—Reiske vers. 7. sic interpretatus est: 'ne segmenta quidem rutilæ suæ comæ,' h. e. juvenilis, flavæ, formosæ, 'mittebat ad amatorem suum, in desiderii solatium;' quemadmodum etiam Idyll. xi. 10. *τοὺς πυρσοὺς* 'comas rutilas' explicuit. Harl.—*οἱ πυρσοὶ* sunt 'amoris ignes.' Glossæ Laurent. *Πυρσῶν, ἐρώτων*. vid. Toup. in Appendic. Kiessl.

8. 9. *ῥοδόμαλον*, conf. ad Idyll. vii. 117.—Vers. 9. *κουφίσδον* Brunck. *κουφίζειν* Vatic. sec. et alterum Ald. exemplar; [cdd. etiam hæc præbent: *κουφίζοι· κουφίζει* (*ον* supra). K.] unde Reiske legendum suspicatur aut *τὸ κουφίζεν*, 'quod levasset' [potius, 'levaret.' K.], aut *φιλήματ' ἐκούφιζεν*. at neutra mutatione est opus. Harl. Conf. Idyll. xvii. 52. Kiessl.

10. Simili, nec minus eleganti comparatione usus est Apollon. Rh. i. 1243. ubi scholiastes intelligit 'leonem,' ab Homero ceterisque poetis per excellentiam *θῆρα* vocatum. v. Idyll. xxv. 63. et plura apud Wartonum.—*ὑποπτεύειν* est 'circumspicere,' quasi suspiceris mala. Ernesti contra ad Callim. H. in Del. 62. (p. 158.) suspicatur *ὀπιπτεύησι*, quod in suam edit. recepit Brunckius. Reiske tamen tuetur vulgatum. Harl. Graefius præfert conjunctivum *ὑποπτεύῃσι*, quem modum in hac comparatione post *οἷα* eodem jure poni contendit, quo in similibus ap. Homerum post *ὡς ὅτε* aut *ἠΰτε* poni solere docuit Hermannus in noviss. Vigeri ed. p. 911. Kiessl.

11. *Οὑτῶς* Brunck ex Ald. 1. et Junt. in quibus *οὕτως*. *ἄγρια*· vid. ad Idyll. ii. 54. *ἄρια* plures cdd. edd. Ald. et Call. *ἤρια* Vat. sec. *ἄρινα* ed. Flor. *ἄγρια* edd. Brubach. et Steph. *εὐρέα* conjicit Reiske. Harl.

12. *εἶχεν ἀνάγκαν* necessitas, quasi dea ferox, h. e. imperium quoddam in amatores, elucebat ex oculis illius; egregie poeticus est ornatus. Reiske ex ingenio dedit *ᾗ κεν ἀνάγκᾳ*· ipseque locum, quo nomine Brodæum culpat, prodigiose interpretatur. Harl. Eleganter Heinsius conjicit: *εἶδεν ἀνάγκαν*, quod præcessit *δεινὸν βλέπειν*· comparatque locutionem cum *ὁρᾶν κάρδαμον* et similibus, item citat, non tamen satis apte, Pindar. Olymp. ii. 108. *κατὰ γᾶς δικάζει τις, ἐχθρᾷ λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ*· Horat. Od. i. 3. 32. sq. i. 35. 17. sqq.—Toupius ita: "*εἶχεν ἀνάγκαν*] Hæc de puero accipienda sunt, qui ita ira atque odio discruciabatur, ut sui compos non esset. Quicquid autem ægre patimur et effugere non possumus, *ἀνάγκην* vocant Græci. Diodor. Sic. iii. 13. *Πάντες δὲ πληγαῖς ἀναγκάζονται προσκαρτερεῖν τοῖς ἔργοις, μέχρις ἂν κακουχούμενοι τελευτήσωσιν ἐν ταῖς ἀνάγκαις*. ad quem locum consulendus cl. Wesselingius.—Ceterum ad Theocritum nostrum respexit, ut solet, Nonnus Dionys. xxv. p. 882. *σὺ δ' ὕστατος ὑψόθι γαίης Αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι μετάρσιος εἶχες ἀνάγκην*." Hæc Toupius. Nos scripsimus *εἶχον ἀνάγκαν* sc. *κῶραι*, propterea quod, si *εἶχεν* retinetur, hæc verba

Τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο· φεῦγε δ' ἄπο χρώς·
Ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος. ἀλλὰ καὶ οὕτως
Ἦν καλός· ἐξ ὀργᾶς δ' ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστάς.
Λοίσθιον οὐκ ἤνεικε τόσαν φλόγα τᾶς Κυθερείας,

εἶχεν ἀνάγκαν post descriptionem labiorum et oculorum subito aliquid inferunt, quod ad totam pueri duri indolem pertineat, deinceps autem poetæ oratio ad corporis partem, faciem quidem, relabitur; quod mihi quidem non elegans esse videtur. Consentientem habeo Bindemannum interpretantem: 'furchtbar blickt aus dem Auge die Härte.' Kiessl.

14. Valcken. in Epist. ad Röver. p. xliii. sq. acute corrigit, ὑβρίκτᾳ, ὀργὰν περιειμένῳ, ex Homerica locutione ἀναιδείην ἐπιειμένε· sicque Brunckius in textu rescripsit. Idem Valcken. commode comparat Ovid. Met. xiv. 714. "Spernit et irridet; factisque immitibus addit Verba superba ferox." Vulgatum tamen tuetur et illustrat Dorvill. ad Chariton, p. 68 = 240. 497 = 503. Neutri adsentitur Reiske, suspicans, versum quendam intermedium excidisse. — οὑτῶς Brunck. Harl. Usum verbi περικεῖσθαι pluribus exemplis illustravit Dorvill. ad Charit. p. 240. nolens nostro loco περικείμενος mutari in περιείμενος. Idem p. 503. uberius omnem locum explicat. Nimirum περικεῖσθαι est 'vestitum,' 'cinctum esse,' planeque respondet verbo περιέννυσθαι, quod Valcken. reponit. "Poeta," addit Dorvill., "postquam 'duri hujus amasii ipsa labra et pupillas efferatas et ipsam necessitatem spirantes, faciem autem bile mutatam' dixisset: 'totum corporis ejus bonum habitum evanuisse' asseverat 'et singula membra emarcuisse præ ira,' sive potius 'iræ injuria,' ὕβρει τᾶς ὀργᾶς, αἰκίᾳ τῆς ὀργῆς: nihil enim magis 'corpus atterit' et affligit, deturpat, ὑβρίζει et αἰκίζει, αἰσχύνει, quam 'ira.'" Hæc Dorvillius, qui paulo post hæc adjicit: "ὕβρις τᾶς ὀργᾶς est ὀργὴ ὑβρίζουσα, et χρὼς ἀποφεύγων et περικείμενος ὕβριν τῆς ὀργῆς opponitur χρωτὶ ἐμπέδῳ καὶ αἰὲν ἀρείονι, quale fuisse perhibet 'corpus mortui Patrocli' poetarum princeps. (Iliad. xix. 33.)" Dorvillius igitur ὕβριν τῆς ὀργῆς refert ad injuriam, quam ira amasii corpori ipsius intulerit, h. e. 'ad deformitatem ira contractam.' Sed hæc explicatio ab omni probabilitate abhorret, et poeta, si illud exprimere voluisset, pro περικείμενος haud dubie aliud vocabulum posuisset. Longe simplicior est hæc explicandi ratio, qua ὕβρις τῆς ὀργῆς accipitur de insolentia orta ex ira, qua in eos, qui ipsius amorem ambirent, agitaretur. Tribus igitur versibus 11. 12. 13. describitur ejus forma, et vs. 14. ejus agendi ratio. Locus autem sic est interpungendus, ut post χρὼς punctum ponatur, et post περικείμενος subintelligatur ἦν, quod, quum in proxima enunciatione legatur ἦν, minime durum est existimandum. — Wakefield. in Silv. Crit. i. p. 118. corrigit: ὑβρικτᾶν ὀργὰν περικείμενον· 'ingenio contumelioso præditum.' Graefius denique sic legit et distinguit: φεῦγε δ' ἄπο χρὼς ὕβριν τ. ὀ. περιειμένον. Kiessl.

15. 16. Librorum veterum magna in his versibus est diversitas: ἡ (vel ἣ) καλὸς δ' ἐξόρπασερ' ἐθίζετο μᾶλλον δ' ἐραστὰς λοίσθιον δ' οὐκ ἔνι καὶ τοσαμφαότατος κυθερείας Ald. 1. et 2. nisi quod hæc aperte dat ἐρεθίζετο, pro corrupto autem ἀμφαότατος vacuum spatium offert et post μᾶλλον literam δ' omittit. η καλὸς δ' ἐξορπα Junta, qui versu 16. conspirat cum Ald. 1. nota* versui subjecta. ἣ καλὸς ἐξόρπαξ ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστὰς. λοίσθιον οὐκ ἀνέηκε τὰ δάκρυα τᾶς Κυθερείας Callierg. et eum secutæ edd. Salam. Farr. Brubach. Lovan. Vs. 15. ἐξόρπας· δ' ἐξ ὄρπας· δ' ἐξόρπασ'· et vs. 16. ἔνικαι τὸ σαμφαότατος κυθερείας· item λοίσθων οἰκ ἐνι καὶ το κυθερείας cum lacuna e cdd. apud Gaisford. enotata sunt. Lectio vulgata vs. 16. λοίσθιον οὐκ ἤνεικε τὰ σύμφορα τᾶς Κυθερ. auctorem habet Stephanum. vs. 15. Scaliger corrigit: ἣ καλὸς ἐξήρπαξ', ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστάς· 'qua rapiebat eum puer, eo impensius illuc trahebatur.' Wartonus laudat locum Aristæneti i. 8. p. 50. ed. Pauv. ἡ δὲ ἠρυθρίασε μετ' ὀργῆς· καὶ γέγονε τὸ πρόσωπον θυμουμένῃ κάλλιον, τὸ δὲ ὄμμα, καίπερ ἀγανακτούσης, ἡδύ. item Martial. v. 47. — Casaubonus conjicit: ἣ καλὸς ἐξ ὄρπαξ ἐρ. id est, ὄντως ἐξερεθίζετο μᾶλλον ὁ καλὸς ὄρπαξ ἐραστάς. est autem ὄρπηξ juvenis adolescens. v. Orph. Arg. 216. Herm. — Vs. 16. pro τὰ σύμφορα, quod Stephanus exhibuit, Valcken. in Epist. ad Röver. p. xxxiv. ingeniose excogitavit τὰ πυρφόρα, 'ignita,' 'ignifera,' scil. tela; atque comparavit Ovid. Met. xiv. 716. sq. "non tulit

Ἀλλ' ἐνθὼν ἔκλαιε ποτὶ στυγνοῖσι μελάθροις,
Καὶ κύσε τὰν φλιάν· οὕτω δ' ἀνενείκατο φωνάν·
Ἄγριε παῖ καὶ στυγνέ, κακᾶς ἀνάθρεμμα λεαίνας,
Λάϊνε παῖ, καὶ ἔρωτος ἀνάξιε, δῶρά τοι ἦνθον
Λοίσθια ταῦτα φέρων, τὸν ἐμὸν βρόχον· οὐκ ἔτι γάρ σε,
Κῶρ', ἐθέλω λυπῆν κεχολωμένον· ἀλλὰ βαδίζω
Ἔνθα τύ μευ κατέκρινας· ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀταρπὸν
Ξυνάν, τοῖσι δ' ἐρῶσι τὸ φάρμακον ἔνθα τὸ λᾶθος.
Ἀλλὰ καὶ ἢν ὅλον αὐτὸ λαβὼν ποτὶ χεῖλος ἀμέλξω,
Οὐδέ κε τῶς σβέσσω τὸν ἐμὸν πόθον. ἄρτι δὲ χαίρειν

impatiens longi tormenta doloris Iphis; et ante fores hæc verba novissima dixit: Vincis, Anaxarete," etc. In editione Theocriti tamen, ut Brunckius, recepit correctionem Eldickii, Toupio quoque probatam, ἤνεικε τόσαν φλόγα τᾶς κ. τ. λ. eandem etiam Schaefer. Jacobs. Dahl. admiserunt. Eodem jure, quo τόσαν φλόγα, possis etiam scribere τόσ' ἄλγεα, quod magis etiam cum Ovidii loco convenit. Brodæus τὰ δάκρυα τῆς Κυθ. tuetur et interpretatur 'lacrimas Veneris,' quas repulsi amantes sæpenumero effundunt. Reiskius, vestigia edd. et vett. editt. legens, conjecit τόσ' ἄμβροτα τᾶς Κυθ. 'adversos et irritos casus in amando." Harlesius, Eldickii emendationem probans, citat Koppiers. Observ. Philol. p. 78. sq. Kiessl.

17. 18. ἐνθὼν pro ἐλθών, et vs. 20. ἦνθον pro ἦλθον Brunck et Valcken. cum Wintertono. — οὑτῶς Brunck. Res et sententia atque consuetudo amantium prisca est a poetis sæpius decantata. v. Horat. i. Od. 25. 1. sqq. ibique Jani in argumento; Tibull. i. 6. 32. sq. ibique Broukhusium; Theocrit. Idyll. iii. Harl. Aliquot cdd. et Ald. 1. κῦσαι. (De breve υ hujus verbi v. ad Idyll. xx. 5. et Spitzner. Obss. in Quintum Smyrn. p. 241.) Iidem cdd. et Call. præbent alteram formam φλοιάν, quæ ubique, ubi syllaba longa requiritur, videtur recipienda esse. Denique alii cdd. ἀντέλοντο et φωναί. Kiessl.

20. λάϊνε] Conf. Idyll. iii. 39. et Warton. Add. J. H. Voss. ad Virgil. Ecl. p. 415. Kiessl.

21. 22. Lectio, quæ est in textu, ex edd. Florent. et Stephan. in posteriores est propagata. At Reiske ex ingenio ad ductum Aldin. alter. et cd. Vat. (in quibus est παρ — λύπης ποχολωμένος) rescripsit: πάρ σε, κῶρε, θέω λύπῃς (i. e. λύπαις) τεθολωμένος· 'non jam in posterum ad te curram animo curis conturbato et saucio;' idque probavit Koehler: improbavit Toup. in Addend. p. 401. B. Warton e memorata lectione cod. Vat. sec. hanc conjecturam prorsus alienam elicuit: κῶρ', ἐθέλω, λύπης ποχ' ἀλώμενος, sive ὀλώμενος· 'nolo te amplius, quondam' (ut prius) 'dolore captus,' aut 'perdite amans.' Valck. restituit lectionem vulgatam, nisi quod pro κῶρε, θέλω, ex cod. Vatic. corrigit κῶρ', ἐθέλω. [Vide eundem ad Adoniaz. p. 348. C.] Brunckius dedit κεχολωμένος. [Repugnant vss. 14. 15.] Eldickius denique conjecit λυπῆν ποχ' ὀρώμενος. Harl.

23. 24. Brunck., quem sequuti sunt Dahl. et Bindemann., reposuit emendationem et interpunctionem Toupii valde probabilem: — ἦμεν ἀταρπὸν Ξυνάν, τοῖσι δ' ἐρῶσι τὸ φάρ. ἔνθα τὸ λᾶθος· 'quo viam esse aiunt omnibus communem, et ubi amantibus medicina est oblivio.' Nempe via leti omnibus calcanda est: et Idyll. vii. 35. ξυνὰ ὁδός. Proxime accedit suspicio Wartoni: ἦμεν ἀταρπὸν ξυνόν, τοῖσιν ἐρῶσι τὸ φάρμ. κ. τ. λ. 'ubi dicunt esse viam communem,' ibi scil. 'ubi oblivio est medela illa amantium.' [Warton. non recordabatur, ἀταρπός esse generis feminini. K.] Valckenar. sic interpunxit: — ἀταρπόν, Ξυνὸν τοῖσιν ἐρ. τὸ φάρμακον, ἔνθα τὸ λᾶθος. Harl. Recepimus emendationem Toupii, quam etiam Vossius in interpretatione Germanica expressit. Kiessl. Sunt, qui pro λᾶθος legendum putent λάθας, ut sit: ἔνθα τὸ φάρμακον τὸ λάθας. H. Steph.

26. τώς, i. q. οὕτως, ὧδε. Sic Idyll. xxiv. 71. Nicandri Theriac. 240.

Τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι. οἶδα τὸ μέλλον·
Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει·
Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ·
Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστί, μαραίνεται, ἁνίκα πίπτῃ·
Ἁ δὲ χιὼν λευκά, καὶ τάκεται, ἁνίκα παχθῇ·
Καὶ κάλλος καλόν ἐστι τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλίγον ζῇ.
Ἥξει καιρὸς ἐκεῖνος, ὁπανίκα καὶ τὺ φιλάσεις,
Ἁνίκα τὰν κραδίαν ὀπτεύμενος ἁλμυρὰ κλαύσεις.
Ἀλλὰ τύ, παῖ, καὶ τοῦτο πανύστατον ἁδύ τι ῥέξον·
Ὁππόταν ἐξενθὼν ἠρτημένον ἐν προθύροισιν
Τοῖσι τεοῖσιν ἴδῃς, τὸν τλάμονα μή με παρένθῃς·
Στᾶθι δὲ καὶ βραχὺ κλαῦσον· ἐπισπείσας δὲ τὸ δάκρυ,

KIESSL. σβεσσῶ Brunck. πόθον est ex edd. Flor. et Callierg. χόλον cod. Vat. (et tres alii apud Gaisf.) et ed. Ald. quod defendit Warton. interpretans 'vehementem animi perturbationem;' putatque poetam hoc sumsisse orationisque colorem duxisse ex Salomon. Cantic. viii. 6. 7. Reiske suspicatur, τὸν ἑὸν κότον, 'tuam iram;' quod verum esse vix credo. — χαίρην Brunck. HARL.

27. Conjecturam probabilem Reiskii ἐπιτέλλομαι, ultimum vale tuis foribus 'denuncio,' 'mando,' probat Warton; mihi tamen aliter sentire liceat. HARL. Ἐπιβάλλομαι pro ἐπιβάλλω, 'adjicio,' applico, admoveo. KIESSL.

28. ἐντὶ pro ἐστὶ semper Brunck. — Conf. Virgil. Ecl. ii. 18. et Mimnerm. i. ibique notam in Anthol. Gr. Poet. p. 53. HARL. Adde Tibull. i. iv. 29. sqq. Dahl. citat Nemesian. Ecl. iv. 20. KIESSL.

30. κρίνον εὐθὺ μαραίνεται, ἁνίκα πίπτει, Brunck; et πίπτει rectius forsitan, editt. ante Stephanum, a Reiskioque probatur, et a Valckenario revocatum est: at δ' ἁνίκα adscivit Reiske ex altero Aldino exemplo: [Sic etiam cd. Vat.] at neque δ' bonum videtur Valckenario [Qui possit, quum metrum evertat? K.] neque conjectura placet Reiskii, qui, si δ' omittendum sit, scribendum putat: κρίνον, ἔστε μαραίνεται, ἁνίκα πίπτει. HARL. "Vulgo πίπτει. Sæpissime ἡνίκα jungitur subjunctivo. V. statim post et infra xxix. v. 33. Longinus p. 178. Mor. ἡνίκα δὲ ἡ τελευτὴ παραστῇ. Sic inprimis Grammatici. V. Etymol. M. c. 142. 16. 202. 9. 11. 12. 686. 12. 688. 41." SCHAEF. Ex tribus cdd. Gaisford. enotavit πίπτει. J. H. Vossius vertit: 'die welkende neiget das Haupt hin;' quasi verba sic struxerit: ἁνίκα μαραίνεται, πίπτει. Jacobsio hic versus sic scriptus, ut vulgo editur, Theocriti elegantia vix dignus videtur. KIESSL.

31. — λευκά, καὶ τάκεται, εἰ καὶ ἐπάχθη Brunck. Reiske ex altero exemplo Aldino δ', quod in reliquis deest, ante ἁνίκα revocavit. ἁνίκ' ἰανθῇ est Eldickii conjectura. Ceterum nolim mutare cum Reiskio παχθῇ in θαλφθῇ (a θάλπειν), 'quum a vernis zephyris intepuerit.' [θαλφθῇ etiam Is. Vossio in mentem venit. K.] Primum in poetis adeo argutari non licet: dein nix, licet induruerit, etiam liquescit; aut vertes παχθῇ, 'concrescere soleat.' Koehlero versus videtur esse spurius. HARL. Recte Vossius: 'hin schmilzt er, ballet der Thauwind.' KIESSL.

33 — 35. ἡξεῖ — φιλασεῖς — κλαυσεῖς Brunck. — De ὀπτεύμενος vid. ad Idyll. vii. 55. — Vs. 35. Valcken. cum Is. Vossio καὶ τοῦτο pro vulgato κἂν τοῦτο ex cod. Vat. et edd. Ald. ac Florent. præfert. HARL. Καί, quod etiam Gaisford. ex tribus cdd. enotavit, nos cum Dahlio recepimus. KIESSL.

36. 37. Jam Dorvillius (ad Charit. p. 496 = 503.) refutavit Lennepium, qui in Add. et Corrig. ad Coluthum p. 208. ἐξ οὐδῶν malit pro ἐξενθών. Warton. comparat Ovid. Met. xiv. 733. sqq. HARL. Ad vers. 37. Jacobs. comparat Nonn. Dionys. xv. p. 434. 599. p. 432. 25. KIESSL.

38. Dorvillius ad Chariton. p. 146 =

Λῦσον τῷ σχοίνῳ με, καὶ ἀμφίδες ἐκ ῥεθέων σῶν 39
Εἵματα, καὶ κρύψον με, τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον,
Καὶ νεκρῷ χάρισαι τὰ σὰ χείλεα. μή με φοβαθῇς.
Οὐ δύναμαι ζῆν, εἴγε διαλλάξας με φιλάσεις.
Χῶμα δέ μοι κοίλανον, ὅ μευ κρύψει τὸν ἔρωτα.
Κἂν ἀπίῃς, τόδε μοι τρὶς ἐπαΰσον· Ὦ φίλε, κεῖσαι·
Ἢν δέ γε λῇς, καὶ τοῦτο, Καλός δέ μοι ὤλεθ' ἑταῖρος.
Γράψον καὶ τόδε γράμμα, τό σοι στίχοισι χαράξω. 46

288. testatur, se in suis cdd. reperisse ἐπισπείρας· quæ lectio gravis sane est et exquisita; at vulgata est suavior. Mox malim cum Brunckio δέ τι δάκρυ. Harl.

39. τῷ σχοίνῳ alterum exempl. Aldin. et rel. edd. veteres, quas sequuti sunt Valck. Reiske et Brunck. τᾶς σχ. alterum Aldin. exemplar et cum Stephano recentiores. — ῥαθέων· vid. ad Idyll. xxix. 16. Harl.

40. 41. Compara Bion. i. 45. sqq. et ibi notam ad v. 48. in Anthol. mea Gr. Poetica. — Vers. 41. καὶ νεκρῷ scribere malit Valcken. cum Is. Vossio. Harl. Horum judicium secutus cum Dahlio καὶ recepi. Kiessl.

42. Reddidi lectionem a Calliergo et Stephano propagatam, εἴγε διαλ. με φιλάσεις, et comma pro puncto in fine versus posui. [Nos reduximus punctum. K.] Neque tamen diffiteor, Brunckii emendationem, αἴγε διαλλαξεῖς με φιλάσας, ('licet, me osculans, sententiam mutaveris,') tum non multum discedere a lectione Aldini utriusque exempli, φιλάσσας aut φιλάσας, et alterius exempli διαλλάξεις, tum inprimis sensui pulcre convenire. Reiske e vestigiis alterius Ald. hæc collegit et in textu reposuit, εἴ σε διαλλάξας μ' ἐφίλασας. Eldickius contra, οὐ δύναμαί γ' ἰδέειν σε· διαλλάξας δὲ φιλάσας, inde effinxit. Harl. Propemodum ut Junta cd. Reg. a Sanctamando collatus, εἴν σε διαλλάξεις με φιλάσας. Lectioni Brunckianæ tamen vulgata præstat; διαλλάξας pro διαλλαξάμενος, 'mente placata.' Kiessl.

43. Lectio in textu reddita ex cdd. a Callierg. et Steph. in reliquas edd. venit, eandemque et Brunckius, præterquam quod Dorice scripsit δ' ἐμὶν — κρυψεῖ, et Valckenarius probarunt. Reiske vero ex Ald. exemplis refinxit: χῶμα δέ μευ κοίλου, τὸ δ' ἐμεῦ κρ. τὸν ἔρ. Comp. Propert. i. 17. 27. et iv. 4. 35. Harl.

44. 45. Κἂν ἀπίῃς pro vulgata κἂν ἀπίκῃ ex cod. Vat. et edd. Ald. ac Florent. recepit Valcken. — κῆν — τόδ' ἐμὶν Brunck. — Idem Bruuck vers. sq. litteris majusculis dedit ΚΑΛΟΣ ΕΜΙΝ Ω. ʽΕΤ. et Warton in Addendis observat, solitos fuisse veteres nomina amasiorum in parietibus, januis, corticibus arborum, statuis etc. inscribere, addita voce ΚΑΛΟΣ. Idem laudat Suidam voc. Μέλιτος, et Kusterum ad voc. Ῥαμνούσια etc. Adde Propert. i. 7. 24. ibique notam Broukhus. Harl. Adde notata ad Idyll. xviii. 47. — Non sine causa Graefius lectionem vs. 44. vulgatam suspectam habet, quum verbum ἐπάϋσον, ut λῦσον, literam υ semper producat. Legendum igitur censet: κῆν ἀπίῃς, τόδε μοι τρὶς ἐπάϋσον "φίλε, κεῖσαι." ut duæ mediæ producantur, productaque litera α, quæ alias corripitur, ex verbo ἀμάω (cf. ad Id. x. 7.) defendatur. Kiessl.

46. Quum στίχος primam corripiat, Toup. in Addend. emendat, τὸ τοῖσι στίχοισι. Brunck. autem scripsit, τὸ τίν γε στίχοισι χαραξῶ. Lennep. ad Coluth. p. 62. corrigit, τόσσοισι στίχ. χαράξων· 'inscribe et inscriptionem, his versibus insculpturus;' quod ego quoque probo, quia cod. Vatic. secund. habet τόσοις, unde tamen malit Warton, τόσοις στιχίοισι. Valcken. suspicatur, τόσσοισι στίχοισι χαράσσων, 'tam paucis versibus.' Compara Ovid. Trist. iii. 3. 73. sq. ibique a me notata, et Broukhus. ad Tibull. iii. 2. 27. Harl. Schaeferus, χαράξω si genuinum sit, hemistichium sic scribendum censet: τὸ σοῖς τοίχοισι χαράξω. Eandem fuisse conjecturam Porsoni, retulit Gaisfordius. Etiam Graefius, qui ad Meleagr. p. 60. conjecerat σοι στύλοισι, vel στίκχοισι, jam malit σοι τοίχοισι· nam ad 'parietes' stabat, et ita sequitur v. 49. ἐπὶ τοίχῳ. Kiessl.

ΤΟΥΤΟΝ ΕΡΩΣ ΕΚΤΕΙΝΕΝ, ΟΔΟΙΠΟΡΕ· ΜΗ ΠΑΡΟ-
ΔΕΥΣΗΣ,
ΑΛΛΑ ΣΤΑΣ ΤΟΔΕ ΛΕΞΟΝ, ΑΠΗΝΕΑ ΕΙΧΕΝ ΕΤΑΙ-
ΡΟΝ.
Ὧδ' εἰπὼν λίθον εἷλεν· ἐρεισάμενος δ' ἐπὶ τοίχῳ
Ἄχρι μέσων οὐδῶν φοβερὸν λίθον, ἧπτεν ἀπ' αὐτῶν
Τὰν λεπτὰν σχοινῖδα· βρόχον δ' ἔμβαλλε τρα-
χήλῳ·
Τὰν ἕδραν δ' ἐκύλισεν ὑπὲκ ποδός, ἠδ' ἐκρεμάσθη
Νεκρός. ὁ δ' αὖτ' ὤϊξε θύρας, καὶ τὸν νεκρὸν εἶδεν
Αὐλᾶς ἐξ ἰδίας ἠρτημένον· οὐδ' ἐλυγίχθη
Τὰν ψυχάν, οὐ κλαῦσε νέον φόνον· ἀλλ' ἐπὶ νεκρῷ

47. 48. Ut versu 48. hiatus evitetur, hos duo versus sic scribit Graefius: *τοῦτον Ἔρως ἔκτεινεν,—ὁδοιπόρε, μὴ παροδεύσῃς, ἀλλὰ στάς, τόδε λέξον,—ἀπηνέα δ' εἶχεν ἑταῖρον*. Comparat vs. 45. ubi δὲ est post *καλός*, quia cohærent: *φίλε κεῖσαι· καλὸς δέ μοι ὤλετ' ἑταῖρος*. Kiessl.

49. Brunck. admisit in textum D. Heinsii conjecturam *μίτον*, 'laqueum,' quam vocem Heinsius putat explicari et confirmari proximis verbis *τὰν λεπτὰν σχοινῖδα*. Harl.

50. *ἧπτεν ἀπ' αὐτῶν* (pro *ἧπτέ τ' ἀπ' α.*) ex ed. Florent. a Stephano venit in sequentes et Valck. editt. *ἧπτετ'* Callierg. et aliæ edd. priscæ: unde Reiske, qui alia quædam mutaturus erat, effecit, *ἧπτέ τ' ἀπ' αὐτῶν·* putat tamen, poetam *ἅπτέ τ'* Dorice exarasse; et Brunck. dedit *ἅπτεν ἀπ' αὐτῶν*. Loci obscuri sententia forsitan hæc est: in medium atrium e regione januæ projecit magnum lapidem, quo conscenderet et funiculum alligaret; quo facto, lapidem, in quo steterat, pedibus promovit, et laqueo mortem sibi conscivit. Harl. "*φοβερὸν λίθον* licet 'horribilem lapidem' explicare ob horribile facinus, [Sic malim cum Bindemanno. Kiessl.] vel etiam 'ingentem,' ut nonnunquam *φοβερὸς* poni volunt. v. Dorvill. ad Chariton. iii. 6. (p. 389.) ubi est *πνεῦμα φοβερόν*, 'ventus horribilis' Catull. 26. 5. Non absimili modo *λάβρον ὑπερεῖσαι λίθον*, 'ingentem advolvere lapidem,' Pindar. Nem. viii. 79." Heinrich. Pro *ἀπ' αὐτῶν* J. H. Vossius conjicit *ἄνωθεν·* sic Æschyl. Agam. 884. *πολλὰς ἄνωθεν ἀρτάνας ἐμῆς δέρης ἔλυσαν*. At ex cdd. etiam lectio *ἀπ' αὐτοῦ* enotatur, quam, si scripseris *ἀπ' αὐτῶ* cum Bindemanno, unice veram esse censeo. Possunt autem hæc verba aut ad *τοῖχον* referri, aut adverbialiter accipi, 'inde,' 'ex pariete,' quod eodem redit. Omnis locus sic expediendus est: Quum lapidem ad parietem et quidem ad mediam usque aulæ januam provolvisset, conscendit lapidem, annectit superne ex trabe januæ transversa laqueum, seque suspendit ita, ut per mediam januam dependeat et ab exeunte necessario contingatur. Kiessl.

51. Koehleri conjecturam *τὰν πλεκτὰν σχ.* Brunck. in textum recepit: quæ certe probabilior est quam suspicio Reiskiana *τὰν λυγράν*.—Lectionem priscarum edd. *ἐνέβαλλε* Reiske et Brunck prætulerunt alteri, *ἔμβαλλε*, quæ a Stephano ex Juntina in consequentes venit editiones, et a Valckenario quoque servata est, Harl.

52. Pro *τὰν ἕδραν* Heinsius malit *τὰν πέτραν·* haud inepte quidem; at interpretamentum hoc est vocab. *ἕδραν*. Recte autem Valcken. recepit cum Brunckio *ἐκύλισεν* pro *ἐκύλισσεν*, [Vid. ad Idyll. xxiv. 18.]—*ὑπὲκ ποδὸς* a Calliergo et Stephano orta est lectio, quæ Hebraismum sapit, nec mihi placet. Quare probo Reiskii suspicionem, a Brunckio in textu adoptatam, *ἀπαὶ ποδός*, quoniam utraque Aldina *αἶτε ποδός* habet: aut scribendum erit *ὑπ' ἐκ ποδός*. Harl. Ob lectionem cdd. nonnullorum *αἶται* equidem malim *ἀπ' ἐκ ποδός*, i. e. *ἀπεκύλισεν ἐκ ποδός*, i. *ποδί*, ut Idyll. vii. 6. Kiessl.

54—56. *ἐτυλίχθη* (ut vulgo legitur) *τὰν ψυχὰν* pro *ἐθηλύνθη, ἐτέγχθη* Casaubon. Lectt. Theocrit. cap. xx. nove dictum

Εἵματα πάντ᾽ ἐμίανεν ἐφαβικά· βαῖνε δ᾽ ἐς ἄθλως
Γυμναστᾶν, καὶ τῆλε φίλων ἐπεμαίετο λουτρῶν,
Καὶ ποτὶ τὸν θεὸν ἦνθε, τὸν ὕβρισε· λαϊνέας δὲ
Ἵσταθ᾽ ἀπὸ κρηπῖδος Ἔρως, ὑδάτων ἐφύπερθεν.
Ἅλατο καὶ τὤγαλμα, κακὸν δ᾽ ἔκτεινεν ἔφαβον·
Νᾶμα δ᾽ ἐφοινίχθη· παιδὸς δ᾽ ἐπενάχετο φωνά·
Χαίρετε τοὶ φιλέοντες· ὁ γὰρ μισῶν ἐφονεύθη.

putat, eique Dores videntur *τυλίττειν* usurpasse pro *ἀνατινάσσειν τὴν τύλην* sive *στρωμνήν*, 'culcitam movere et agitare.' Illud autem verbum quum Hemsterhusio mendosum videretur, correxit *ἐλυγίχθη*, (v. Idyll. i. 96. etc.) locutione a lucta ad alteram illam animi et amoris palæstram cum plurimis aliis venuste translata: quam correctionem cum Brunckio recepit Valckenar., qui eam firmatum iverat antea in Epist. ad Röver. p. lxii. sq. Wartonus, qui et ipse probat Hemsterhusii mutationem, vulgatum censet sic intelligi posse: 'non commovebatur,' 'non agitabatur animo puer;' ut fere Portus in Diction. Dor. voc. *τυλίσσειν*, qui vim hujus verbi uberius declarat, nostrumque locum ita explicat: 'nec delinitus est, nec misericordia motus est in animo.' Dammius contra in Lex. Gr. p. 2297. cum Casaubono derivat a *τύλη*, 'culcita referta:' unde proprie 'molliorem reddere lectulum concutiendo;' deinde in genere 'molliorem facere.'—Vers. 55. Valckenarius cum Hemsterhusio mallit *κλαῦσε νέω φόνον*. [Quod Reiskius dubitanter proposuit, *οὐ κλαῦσεν ἑὸν φόνον*, ('non deploravit necem a se peractam.' nam pertinacia sua amatorem ad mortem voluntariam adegerat:) hoc tanquam certissime emendatum pronuntiat Graefius. Equidem tamen adhuc cum Heinrichio tueor *νέον φόνον*, quod docte positum est pro *φόνον τοῦ νέου*, 'mortem juvenis.' *νέος* est 'juvenilis.' Pind. Ol. ii. 78. *νέα ἄεθλα* pro *ἄεθλα τῶν νέων*. add. Isthm. viii. 105. Male Reisk. intelligit 'recentem cædem.' Kiessl.]—Vs. 56. *ἐμίανεν* etc. vestes sanguine polluit iste juvenis, ut cædem quodammodo præ se ferens, et inimicum suum ultus. Sic Toupius, qui comparat Esaiam xiii. 3. [Quod hic de vestimentis dicitur, sensum fortasse haberet, si veterum superstitio fuisset, qua, si quis forte vestibus suis ejusmodi mortuum tetigisset, *μίασμα* contraxisse putaretur. Hoc tamen, recte monente Graefio, si vel probari possit, cum antecedentibus *οὐ κλαῦσε φόνον* aptam oppositionem minime facit. Quare equidem *εἵματα ἐφαβικά* intelligo vestes mortui, et lenissima mutatione lego: *ἀλλ᾽ ἔτι νεκρῷ* etc. non modo non deflevit necem, sed ne in mortuum quidem odio deposito omnes ejus vestes polluit. Quo facto abiit in gymnasium. Kiessl.] Aliter locum intelligit Reiske, cujus longas animadversiones ipse consules.—*ἐς ἄθλως* cdd. et edd. Ald. altera atque Florent. unde Reiske effecit *ἐς ἄθλως*, pro *ἄθλους*, 'et frequentavit gymnasia;' eumque sequuti sunt Brunck. et Valcken. *ἐπ᾽ ἄθλον* Callierg. Steph. et rel. *ἐς ἄθλον* Ald. alterum exemplar nonnullique codices. Harl.

59. 60. Vulgatam a Calliergo et Stephano profectam, atque a Brunckio, qui tamen bene correxit *ἐπὶ κρηπ.*, (quod *ἐπὶ* ego quoque cum eodem et Valcken. pro vulgato *ἀπὸ* scripsi,) servatam retinui. At Reiske, quoniam utraque Aldina, omisso voc. *Ἔρως* (quod tamen in edd. Flor. et Call. extat) exhibet, *ἐς ὑδάτω δ᾽ ἐφύπερθεν*, versum ita constituit: *εἵσατ᾽ ἀπὸ κρηπῖδος ἐς ὕδατα. τῷ δ᾽ ἐφύπερθεν Ἅλατο καὶ* etc. Aldinam lectionem præbet etiam cod. sec. Vatic. [nonnullique alii apud Gaisford. K.] Warton autem explicat nostrum locum ex consuetudine veterum, qua in gymnasiis, quo *ἐρασταὶ* confluere solebant, Amoris statuam locarunt; laudatque Casaubon. ad Athenæum xiii. p. 561. sq. Harl. Higtius legendum censuit: *Ἵσταθ᾽ ἀπὸ κρηπῖδος*. Præpositionem *ἀπό*, quæ optimorum cdd. fide nititur, revocavi: 'die Statue erhob sich von einem steinernen Fussgestelle aus.' Kiessl.

61. Alterum exempl. Ald. (item cd. regius a Sanctamando collatus) et cd. Vatic. habent *ἅμα*. hinc Reisk. et dudum ante hunc Sanctamandus vulgatum *αἷμα* mutarunt in *νᾶμα*, quod cum Valcken. aliisque recepimus. Jacobs. conjicit *αἵματι φοινίχθη*. Graefius: *ὑπενάχετο*. Kiessl.

Στέργετε δ' ὔμμες αἶται· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάζειν.

63. Recepi cum Brunckio et Valcken. Casaubonianam emendationem ἆῖται. Vatic. sec. et edit. Ald. habent εὔητες· unde Reiske, probantibus Wartono et Schneidero in Bibl. Phil. i. p. 131. effecit ἀῖτες, quod Doricum est pro ἆῖται. Dores enim mutant terminationem αι in ες, (v. Schol. ad Idyll. i. 92. et Reisk. ad Idyll. xvi. 36.) atque in Mss. ευ et α sæpissime permutantur. [Conf. Dorvill. ad Chariton. p. 227. 346. et Beckii Programma edit. 1793. quo continetur varietas lectionis libellor. Aristotelicor. e cod. Lips. p. 8. Add. Idyll. v. 25. vii. 115. K.] Sensus est: Vos, amasii s. amati, meo moniti exemplo, siquidem, quod durus fui et difficilis, interii, discite, vestros amatores, quicunque et cujuscunque formæ atque ætatis sortisve sint, amare nec spernere: deus enim novit juste riteque judicare. Vulgatum ἆῖτας a Calliergo in reliquas venit editiones: ab eodem etiam profectum est δικάζειν· alii aliter; vid. Reiske. Harl. 'Αῖται unice probandum. De ἆῖτας vid. ad Idyll. xii. 14. Kiessl.

ΗΡΑΚΛΙΣΚΟΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κδ'.

ARGUMENTUM.

Narratur in hoc Idyllio primum pueri Herculis certamen et victoria, quam de draconibus, ab infesta Junone ipsi immissis, reportavit. (—62.) Alcmena hoc prodigio perterrita, Tiresiam arcessit vatem, qui id interpretetur, deorumque placandorum rationem doceat. Qui quum venisset, Herculem, multis laboribus exhaustis, summam, dum viveret, gloriam, post fata autem sedem inter deos consequuturum esse respondet, dracones autem necatos comburi domumque lustrari jubet. (—98.) Sequitur recensus magistrorum, qui Herculem puerum ad eas artes, quæ heroem decent, formasse dicuntur. Finis carminis, quo poeta omnem Herculis institutionem et disciplinam tradidisse videtur, temporis injuria periit.—Wartonus p. 266. cum Reiskio p. 306. sine justa causa primam carminis partem desiderabat.—De auctore in diversas partes abierunt viri docti. Atque Valckenarius quidem in nota ad hoc carmen censet, hocce et quod sequitur xxv. fortasse partes fuisse veteris cujusdam Heracleæ, et in adnotatione ad initium Megaræ Moschi addit, hoc ipsum carmen Megara inscriptum videri sibi illius esse poetæ, cujus inter Theocritea legitur (xxv) Ἡρακλῆς λεοντοφόνος. Existimat igitur, hæc tria carmina esse diversas unius Heracleæ partes, auctore tamen non nominato. Manso in prima editione Bionis et Moschi, Prolog. p. lxxiv. eandem tuebatur sententiam, ita quidem, ut has reliquias esse judicaret majoris cujusdam operis ab ipso Moscho elaborati. Sed ex iis, quæ Eichstadtius p. 26. sqq. disputavit, istam opinionem probabilem esse confidenter negari licet, eamque Manso ipse in altera editione p. 201. deseruit.—Reiskius p. 309. duo carmina inter Theocritea xxiv. xxv. adeo ex Pisandri Heraclea servata esse voluit: quod falsissimum esse arguit vel orationis habitus, abhorrens ille a Pisandri antiquitate, vel negligentia poetæ (carm. xxv. v. 274.) in servandis ætatis heroicæ moribus.—Frid. Schlegel in Historia Poeseos Græcæ et Rom. t. i. p. 201. de Panyaside cogitavit.—Scholiastes Apollon. Rh. i. 1077. et Eustathius ad Iliad. ii. p. 299. 13. et xviii. p. 1163. Theocrito adscribunt carmen xxiv. eidemque etiam Eichstadtius p. 30—32. gravissimis argumentis vindicavit: a qua opinione nec Jacobsius videtur alienus esse. Etiam Wartonus sese nihil videre ait, quo minus hoc carmen Idylliis poetæ nostri possis annumerare.—Ad primam ejus partem conf. inprimis Pindar. Nem. i. inde a versu 49. Add. Apollod. ii. 4. 8. Heyn. Obss. p. 133.

Ἡρακλέα δεκάμηνον ἐόντα ποχ' ἁ Μιδεᾶτις
Ἀλκμήνα, καὶ νυκτὶ νεώτερον Ἰφικλῆα,
Ἀμφοτέρως λούσασα καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος,
Χαλκείαν κατέθηκεν ἐς ἀσπίδα, τὰν Πτερελάου
Ἀμφιτρύων καλὸν ὅπλον ἀπεσκύλευσε πεσόντος.
Ἁπτομένα δὲ γυνὰ κεφαλᾶς μυθήσατο παίδων·
Εὕδετ' ἐμὰ βρέφεα γλυκερὸν καὶ ἐγέρσιμον ὕπνον,
Εὕδετ' ἐμὰ ψυχά, δύ' ἀδελφεώ, εὔσοα τέκνα,
Ὄλβιοι εὐνάζοισθε, καὶ ὄλβιοι ἀῶ ἵκοισθε.
Ὣς φαμένα δίνασε σάκος μέγα· τοὺς δ' ἕλαβ' ὕπνος.
Ἆμος δὲ στρέφεται μεσονύκτιον ἐς δύσιν ἄρκτος
Ὠρίωνα κατ' αὐτόν, ὁ δ' ἀμφαίνει μέγαν ὦμον·
Τᾶμος ἄρ' αἰνὰ πέλωρα δύω πολυμήχανος Ἥρη
Κυανέαις φρίσσοντας ὑπὸ σπείραισι δράκοντας
Ὦρσεν ἐπὶ πλατὺν οὐδόν, ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων

In Analectis Brunckianis est Idyll. xxvii. Warton bene monet, hujus historiæ picturam, sane egregiam, describi a Philostrato Juniore in Iconibus p. 481. ed. Paris. [p. i. tab. 5. conf. Heyn. Opuscula vol. v. p. 173.] Ἡρακλῆς ἐν σπαργάνοις, et putat, pictorem ibi fortasse respexisse hoc poema, quod cum sequente carmine partes fuisse veteris cujusdam Heracleæ, conjicit Valckenarius. Harl.

1. 2. Μιδεᾶτις vid. ad Idyll. xiii. 20.—Vs. 2. Ἰφικλῆα. Nominativus etiam est Ἴφικλος, ut apud Diodor. iv. 33. quem locum attulit Siebelis. in Hellenicis p. 78. Atque ad Diodori locum Wesseling. ita: "Ἰφικλῆς Pausaniæ viii. 14. et Plut. extr. libro de Fratern. Amor. Puto utroque modo dixisse, ut Πάτροκλον, Ἐτέοκλον, qui aliis Πατροκλῆς, Ἐτεοκλῆς, ap. Eust. ad Iliad. p. 112." Add. Heyn. ad Virgil. Æn. vii. 485. et Matthiaei Gram. Gr. §. 92. p. 109. Kiessl.

3—5. Ἀμφοτέρως pro ἀμφοτέρους dedit Valcken. cum Wintertono.—Vs. 4. ἐς (pro ἐπ') ἀσπ. cd. Vat. (aliusque Mediol.) edd. Brunck. et Valcken. Conf. Idyll. xiii. 20. Feithii Antiqq. Homer. lib. ii. cap. 18. Harl. De hoc usu scutorum vid. Meursium ad Callimach. in Jov. 48. et J. H. Vossium ad Virgil. Ecl. p. 199.—De Pterelao conf. Tzetz. ad Lycophron. Cassandr. v. 932. Heyn. ad Apollodor. ii. 4. 5. Sturzium ad Pherecyd. p. 104. A Tzetza appellatur Πτερέλας. Vers. 5. est ἀποσκυλεύειν τί τινος, ut ἀφαιρεῖσθαί τί τινος. Kiessl.

6. 7. παιδῶν Brunck.—Vers. seq. γλύκετρον edd. priscæ. Harl.

9. 10. εὐνάξοισθε edd. plurimæ ante Stephanum, qui dedit ex Florent. εὐνάζοισθε illud tamen revocarunt Reiske (qui malit εὐναζοῖσθε,) et Brunck. Vid. Valcken. Epist. ad Röver. p. lxi.—ἴδοιτε pro ἵκοισθε reposuerunt Brunck et Dahl. ex Vatic. secundo. Harl. Ad vs. 9. de nutricum veterum cantilenis citat Dahl. Casaubonum ad Theophrast. Charact. vii. p. 104. ed. Fisch. Kiessl.

11. Anacr. iii. 1—3. Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις, Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη Κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου. ad quem loc. v. Fisch. Verba Ὠρίωνα κατ' αὐτὸν significant idem quod Homerica in Odyss. v. 274. Ἄρκτον—ἣ Ὠρίωνα δοκεύει· quæ caput semper conversum in Oriona habet. Conf. Indicem rerum ad Gierigii edit. Fastor. Ovid. s. v. Orion, et Ideleri Untersuchungen. üb. d. Sternnam. p. 4. sqq. et p. 212. sqq. Kiessl.

15. 16. σταθμὰ κοῖλα· Jacobs. compa-

Οἴκω, ἀπειλήσασα φαγεῖν βρέφος Ἡρακλῆα.
Τὼ δ' ἐξειλυσθέντες ἐπὶ χθονὶ γαστέρας ἄμφω
Αἱμοβόρως ἐκύλιον· ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ
Ἐρχομένοις λάμπεσκε, βαρὺν δ' ἐξέπτυον ἰόν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ παίδων λιχμώμενοι ἐγγύθεν ἦνθον,
Καὶ τότ' ἄρ' ἐξέγροντο (Διὸς νοέοντος ἅπαντα)
Ἀλκμήνας φίλα τέκνα· φάος δ' ἀνὰ οἶκον ἐτύχθη.
Ἤτοι ὅγ' εὐθὺς ἄϋσεν, ὅπως κακὰ θηρί' ἀνέγνω
Κοίλω ὑπὲρ σάκεος καὶ ἀναιδέας εἶδεν ὀδόντας,
Ἰφικλέης· οὔλαν δὲ ποσὶν διελάκτισε χλαῖναν,
Φευγέμεν ὁρμαίνων· ὁ δ' ἐναντίος εἴχετο χερσὶν
Ἡρακλέης, ἄμφω δὲ βαρεῖ ἐνεδήσατο δεσμῷ,
Δραξάμενος φάρυγος, τόθι φάρμακα λυγρὰ τέτυκται
Οὐλομένοις ὀφίεσσι, τὰ καὶ θεοὶ ἐχθαίροντι.
Τὼ δ' αὖτε σπείραισιν ἑλισσέσθην περὶ παῖδα
Ὀψίγονον, γαλαθηνόν, ὑπὸ τροφῷ αἰὲν ἄδακρυν·
Ἂψ δὲ πάλιν διέλυον, ἐπεὶ μογέοιεν ἀκάνθας
Δεσμῶ ἀναγκαίω πειρώμενοι ἔκλυσιν εὑρῆν.
Ἀλκμήνα δ' ἐσάκουσε βοᾶς, καὶ ἐπέγρετο πράτα.

rat Soph. Œd. Tyr. 1261. ἐκ δὲ πυθμένων Ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα.—Vs. 16. οἴκω pro οἴκου Winterton. et Valcken. οἶκος est 'cubiculum,' non tota domus. Vs. 46. vocatur παστάς. similiter οἶκος dicitur Iliad. vi. 490. Odyss. i. 356. et sæpius. Reiskius pro οἴκου desiderat φρικτόν, οὖλον, οἰκτρὸν aut δεινόν ('horrendum interminans'). Ἀπειλήσασα, pro quo Hemsterhus. probante Valckenario scribit ἀπειλήσαντα, ut ad πέλωρα referri possit, Jacobsius recte explicat, κελεύσασα σὺν ἀπειλαῖς. Sine causa idonea Bindemannus hac explicatione offenditur, et Dahlius totum versum glossatori inepto tribuit. Kiessl.

17. ἐξειλυσθέντε revocavit Reiske ex plurimis edd. ante Stephanum excusis, qui ἐξειλυσθέντες dedit ex ed. Flor.; et Reiskiana lectio alteri præferenda videtur Valckenario. De vi verbi v. Ernesti ad Xenoph. Mem. Socr. lib. i. c. ii. §. 22. Harl. Græfius emendat τοὶ δ' ἐξειλυσθέντες. Kiessl.

18. λι in ἐκύλιον producitur. v. Ernesti ad Callim. H. in Del. vs. 23. ἐκύλισσον, male, ed. Flor. [Conf. ad Idyll. xxiii. 52.] Harl.

19. Ἐρχομένοις, quod Reiske recte explicat 'inter eundum,' defendunt Warton. et Toupius (qui bene comparat Apollon. Rhod. iv. 1541.) ab ingeniosa conjectura Piersoni Verisimil. i. p. 49. δερκομένοις. Harl.

20—25. ἦνθον (pro ἦλθον) Winterton. Valcken. Brunck. Atque hic præterea ἄκα —παιδῶν—καὶ τόκ' ἄρ' ἐξ.—[De versu 23. conf. J. H. Voss. ad Virgil. Ecl. iv. 60. p. 216. ὅπως h. l. id quod ὡς, 'wie er sie sah.' sic apud Nonn. Dionys. xxx. 237. K.]—Vs. 24. κοίλω pro κοίλου Winterton. et Valcken. [ἀναιδεῖς ὀδόντες, 'improbi' dentes, unersättlich gierig. K.]—Vers. 25. ποσὶ Brunck. Harl.

Αὐτονόα πρᾶτα νιν ἀνέκραγε δεινὸν ἰδοῖσα,
Σὺν δ' ἐτάραξε ποσὶν μανιώδεος ὄργια Βάκχω
'Εξαπίνας ἐπιοῖσα· τὰ δ' οὐχ ὁρέοντι βέβαλοι.

μάλουρος, λεύκουρος· μαλοπάρηος, λευκοπάρηος, 'albis genis prædita.' Adde Porti Dict. Dor. h. v. Harl. Hesychii interpretationem sequitur Bindemannus. At loca Theocriti Idyll. vii. 117. et xxiii. 8. ostendunt, hoc adjectivum significare 'apfelroth,' ut Vossius vertit. Eustath. ad Iliad. η. p. 691. 52=570. 4. παρὰ Θεοκρίτῳ μαλοπάρηος ἢ ἁπαλοπάρηος. Idem est ῥεθομαλίδες. conf. Schol. Homer. repetitum ad Idyll. xxix. 16.—Vitiosæ sunt duorum cdd. lectiones μαλαπάραυος (sic etiam ed. Flor.) et μαλοπάραυος.—Vs. 2. de Bacchi thiasis vid. J. H. Voss. ad Virgil. Eclog. p. 247. Kiessl.

3—5. λάσιος epitheton fuit et quercui (uti Callim. H. in Dian. 192.) et aliis arboribus tributum; vid. Warton. Porro ex hoc loco videmus, quercuum folia, hederam viridem et asphodelum sacris faciundis olim adhibita fuisse. Conf. Trilleri Observatt. Crit. p. 108. sq. Harl. Hirsutæ dici videntur quercus ob muscos et lichenes, capillorum instar ipsis adhærentes. Schreber.—"Wartonus: 'Anne genus quoddam humilius asphodeli? Anne vult asphodeli speciem distinctam ab illa, quæ crescebat apud Elysium? Postremum Brodæo placuit.' Nec sine causa, opinor. Festive et significanter Lucianus t. ii. p. 123. οὕτω δὴ ἐμβιβάσας ὁ 'Ραδάμανθυς πεντήκοντα τῶν ἡρώων εἰς ναῦν μονόξυλον, ἀσφοδελίνην, παρήγγειλε διώκειν. Unde in Lexica infer adjectivum ἀσφοδέλινος." Schaefer. Conf. Homer. Odyss. xi. 539. xxiv. 13. 14. Hym. in Mercur. 221. 344. —De locutione ἐν καθαρῷ λειμῶνι vid. Heyn. ad Virgil. Æn. xii. 771.—βωμὼς pro forma vulgari jam Winterton. dedit. Kiessl.

7. Notandum esse locum, quia res sacra agitur, et κίστην esse vas mysticum, in quo τὰ ἱερὰ recondebantur, jam Toupius monuit. De verbo κιστοφορεῖν, quod est mulierum, (virorum enim est κισσοφορεῖν,) vid. eundem Toupium et eos, quos jam laudavi in Opusculis meis pag. 493. sq.—πεποναμένα intelligit Reiske simulacra deorum, Bacchi et Semeles, et quæ alia numina honores sibi proprios in illis orgiis ferebant, magnifice comta et ornata gemmis, auro, vestibus floridis et pretiosis pigmentisque. Adde Jani ad Horat. i. 18. pag. 145. et Mitscherlich. ad vers. 12. Harl. Catull. Nupt. Pel. 260. sq. "Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis, Orgia quæ frustra cupiunt audire profani."—Pro πεποναμένα Graefius malit κεκαλυμμένα, aut πεπνυμένα, hoc quidem adverbialiter accepto. Kiessl.

8. Νεόδρεπτοι βωμοὶ Graefio plus quam tragica audacia dici videntur; unde pro βωμῶν legit φύλλων, quæ et ipsa sat magna est audacia habenda. Βωμῶν non est mutandum. Kiessl.

10. ἀλιβάτω pro ἀλιβάτου jam Winterton. ἠλιβάτω Valck. suspicatur olim fuisse hic positum. Harl.

12—14. πράτα—ἰδοῖσα pro πρώτα—ἰδοῦσα cum cd. Winterton. Valck. Brunck.—Idem Brunck. versu seq. ποσί· item cum Valck. et Wintert. Βάκχω· vers. 14. ἐπιοῖσα Brunck. et Winterton. [quod confirmatur aliquibus cdd. in quibus est ἐπίοισα· unde recepi. K.] Brunck. etiam ὁρέοντι præfert. [Hoc et ipsum e cd. notavit Gaisford. quare prætuli. K.] Valckenar. retinuit ἐπιοῦσα—ὁρόωντι. Neque vero improbat opinionem Stephani scribentis: ἐξ. ἐπιοῦσα, τὰ οὐχ ὁρόωντι βέβ.—τάδε, 'ea

Μαίνετο μέν τ᾽ αὐτά, μαίνοντο δ᾽ ἄρ᾽ εὐθὺ καὶ ἄλλαι.
Πενθεὺς μὲν φεῦγεν πεφοβημένος· αἱ δ᾽ ἐδίωκον,
Πέπλως ἐκ ζωστῆρος ἐπ᾽ ἰγνύ᾽ ἀνειρύσασαι.
Πενθεὺς μὲν τόδ᾽ ἔειπε, Τίνος κέχρησθε, γυναῖκες;
Αὐτονόα δὲ τόδ᾽ εἶπε, Τάχα γνώσῃ, πρὶν ἀκοῦσαι.
Μάτηρ μὲν κεφαλὰν μυκήσατο παιδὸς ἑλοῖσα,
Ὅσσον περ τοκάδος τελέθει μύκημα λεαίνας·
Ἰνὼ δ᾽ αὖτ᾽ ἔρρηξε σὺν ὠμοπλάτᾳ μέγαν ὦμον,
Λὰξ ἐπὶ γαστέρα βᾶσα· καὶ Αὐτονόᾳ ῥυθμὸς ωὑτός·
Αἱ δ᾽ ἄλλαι τὰ περισσὰ κρέα νομέοντο γυναῖκες,
Ἐς Θήβας δ᾽ ἀφίκοντο πεφυρμέναι αἵματι πᾶσαι,
Ἐξ ὄρεος πένθημα, καὶ οὐ Πενθῆα, φέροισαι.
Οὐκ ἀλέγω· μηδ᾽ ἄλλος ἀπεχθέμεναι Διονύσῳ

fas non est videre profanos,' cum Calliergo in unum vocabulum contraxit Reiske, quem vide. τὰ δὲ alii libri, et Valck. Harl. Quum substantivum ποσίν, quod non cum ἐτάραξε, sed cum ἐπιοῖσα, conjungendum est, ab hoc nimis remotum sit, Graefius id mutandum censet in πάλιν: qua mutatione nihil opus est. Idem pro τὰ δ᾽ legit τά τ᾽, 'quæ;' quod probo.—Οἱ βέβηλοι, i. e. profani, non initiati, verbis ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός, ἑκὰς ἑκὰς ἔστε βέβηλοι, a sacris occultis submovebantur. Conf. ad Horat. Od. iii. 1. 1. et Spanhem. ad Callim. H. Apoll. ii. Cerer. 3. Adde Homer. H. in Cer. 473.—Eustathius ad Iliad. p. 1701. 22. δρέοντι μὲν οὐδέν, δοκέοντι δέ· ἔνθα ὅρα τὸ δρέοντι, ἐξ οὗ φαίνεται ὅτι τρισὶν ὑποπέπτωκε συζυγίαις τὸ δρῶ. καὶ τὸ μὲν δράω, ὡς βοάω, τέτριπται κοινότερον· ἔστι δὲ καὶ δρόω πολλαχοῦ· ἰδοὺ δὲ καὶ δρέω παρὰ Ἀλκμᾶνι. vid. Maittair. de Dial. p. 157. Sturz. Kiessl.

16—18. φεῦγε—ἰγνύας εἰρύσασαι Brunck. πρὸς ἰγνύαν εἰρύσ. 'stolas suas proxime super cingulo sursum attrahebant,' (ut libero pede possent currere,) conjecit Reiske: at præstat vulgata lectio. [In uno cd. est ἰγνυῖαν ἐρύ. In alio ἐς ἴγνυ᾽. "ἰγνύ᾽. Rarior forma accusativi. ἰχθύα restituendum Bianori ii. v. 2. ὀσφύα usurpat Strato lv. v. 1. ὀφρύα idem xxviii. v. 1." Schaef. De πέπλῳ citat Harles. indic. ad Anthol. suam Gr. Poet. et Gesner. ad Orphei Argon. v. 310. (314.) ἐκ ζωστῆρος, 'an dem Gürtel.' vid. Matthiaei Gram. Gr. p. 838. K.]—De κέχρησθε vs. 18. vide ad xxv. 35. Harl.

19. δὲ τόδε εἶπε Valck. et Brunck. Αὐτονόα τάδ᾽ ἔειπε edd. pr. Αὐτονόα τόδ᾽ ἔειπε Steph. Wintert. al. Αὐτ. δὲ τάδ᾽ εἶπε conjecit Reiske. Harl.

20. τὰν pro μὲν duo cdd. μυκάσατο Brunck.—Compara Valer. Flacc. iii. 264. Harl.

21. Frequens est comparatio irati hominis cum leæna; vide Callim. H. in Cerer. 52. et quæ ad illum locum in Antholog. Gr. Poet. notavi. Horat. Od. iii. 11. 41. —λεαίνας pro λεαίνης Winterton. Valck. Harl.

23. Αὐτονόᾳ pro genitivo ex ed. Flor. post Toupium in Addend. restituerunt Brunck. et Valcken. "ῥυθμός, modus idem agendi, vel 'tractio eadem,' h. e. modus idem trahendi et lacerandi. Ino scil. dextrum humerum, Autonoa sinistrum trahebat." Sic Reiskius: adde etiam Toup. l. c. Kiessl.

26. Versus est Theocrito vix dignus ob lusum verborum: et pæne ob ludicram et jejunam dicendi rationem et illepidam carminis formam in sententiam adducor, ut hoc idyllium ab alio quodam poeta credam esse confectum. Plures tamen similes optimorum auctorum argutias collegit Klotz in Lection. Venusin. p. 179. Dousa in notis ad Catull. p. 546. ed. Graevii non solum illam alliterationem laudat, sed Theocritum quoque judicat imitatum fuisse Euripidem.—φέροισαι pro φέρουσαι Wintert. Brunck. et Valck. Harl. Adde Toupii Addend. ad Idyll. xxvii. 49. et Liebel. ad Archiloch. p. 66. Kiessl.

27. Reiske conjecit: οὐκ ἂν ἐγώ, μηδ᾽

Φροντίζοι, μηδ' εἰ χαλεπώτερα τῶνδ' ἐμόγησεν,
Εἴη δ' ἐννάετης, ἢ καὶ δεκάτω ἐπιβαίνοι·
Αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι, καὶ εὐαγέεσσιν ἅδοιμι.
Ἐκ Διὸς αἰγιόχω τιμὰν ἔχει αἰετὸς οὗτος·
Εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λωΐα, δυσσεβέων δ' οὔ.
Χαίροι μὲν Διόνυσος, ὃν ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι
Ζεὺς ὕπατος μεγάλαν ἐπιγουνίδα κάτθετο λύσας·
Χαίροι δ' εὐειδὴς Σεμέλα, καὶ ἀδελφεαὶ αὐτᾶς
Καδμεῖαι, πολλαῖς μεμελημέναι ἡρωΐναις,
Αἳ τόδε ἔργον ἔρεξαν, ὀρίναντος Διονύσω,
Οὐκ ἐπιμωμητόν. μηδεὶς τὰ θεῶν ὀνόσαιτο.

ἄλλος etc. 'non ego patiar in mentem venire, neque patiatur alius quisquam, velim, in mentem sibi venire, ut cum Dionyso simultates suscipiat, et certare audeat;' quam conjecturam in textum admisit Brunck, ita tamen, ut scriberet, ἂν ἐγών, οὐδ' ἄλλος etc. et versum 28. hac ratione suspicatur corrigendum: μηδ' ὅς κεν ἐλάττονα τῶνδε μογήσῃ. Harl. H. Vossius, Brunckii lectione probata, locum sic explicat: 'nemo in mentem sibi venire patiatur, ut Baccho litem intendat, nec si atrocioribus ille suppliciis sit affectus, etiamsi puer adhuc novennis vel decennis, non consulto, sed casu Bacchi mysteria viderit.' At præterquam quod sic locus, qui in omnibus libris eodem modo legitur, satis audacter mutatur, etiam hoc perquam est incommodum, quod aliquis, qui vel atrocioribus quam Pentheus suppliciis sit affectus, qui igitur plus quam discerptus sit, admonetur, ut a lite Baccho intendenda, ex Orco scilicet, abstineat. Vulgata tuenda est, in qua nihil offendet, si ad ἐμόγησεν subintellexeris τις· quod pronomen hic tanto facilius potuit omitti, quum versu proximo subjectu[r], quod vocant, accuratius definiatur. Sensus igitur, Reiskio duce, sic expediendus est: Nihil ego offendor, si hæc Dionysus patravit, neque alii auctor sim, ut cum Dionyso simultatem suscipiat, etiamsi quem, et vel puerum novem decemve annorum, qui casu ejus mysteria viderit, immanioribus suppliciis affecerit. Kiessl.

29. εἴη γ'—ἤ κεν δεκάτῳ Brunck. Male: εἴη δ' retinendum est. Vid. versus ultimos Hom. Iliad. iv.—δεκάτω recte Jacobs., Schaefer., Gaisford., alii. Mira est Musgravii conjectura apud Warton. p. 411. τῶνδ' ἐμάγευσεν ('machinatus est') εἴδῃ vel ἴλῃ δ' ('gregi,' 'populo,') ἐνναέτης. Kiessl.

30—32. Compara Callim. H. in Del. 98. et quæ Warton. in medium protulit.—Vers. 31. αἰετὸν 'augurium' h.l. esse, dilucide probarunt Reiske et Warton. Musgrave l. m. ita corrigit versum, αἰετός, οὐχ ὡς Εὐσεβ. etc. 'non sic honoratur a Jove aquila, ut bona eveniunt Piorum liberis,' h. e. minus certum est, honorari aquilam. At mutatione locus non indiget. Harl. "αἰετὸν vocat γνώμην, quæ sequitur, tanquam bonum omen, nempe εὐσεβέων παίδεσσι etc. exemplo Homeri, qui οἰωνὸν in eadem significatione usurpavit, εἷς οἰωνὸς ἄριστος. Optimum illud omen vel sententia: quæ? nempe ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης." Scaliger. Versum 32. optimum in Theocrito esse judicavit Melanchthon. Kiessl.

33. 34. De Dracano, Sami promontorio et urbe, vide quos citat Tzschuk. ad Strabon. lib. xiv. p. 529. In Hom. Od. xvii. 225. est μεγάλην ἐπιγουνίδα θεῖτο, 'magnum femur faceret.' At recte monuit Graefius, in nostro loco hæc esse conjungenda: λύσας μεγάλην ἐπιγουνίδα. Ad Dracanum etiam Nonnus rem retulit, Dionys. ix. 16.—Pro vulgato θήκατο ex duobus cdd. apud Gaisford. rescripsi κάτθετο. Kiessl.

35—37. αὐτᾶς pro αὐτῆς Winterton. Brunck. Valck.—Vs. 36. Graefius corrigit πολλοῖς μεμελημέναι ἡρωΐναι. Nihil opus. Semele ejusque sorores ab heroinis celebrantur, quia et ipsæ sunt heroinæ. Vs. 37. Διονύσω jam Winterton. Vs. 38. ἐπιμωματόν duo cdd. Kiessl.

ΟΑΡΙΣΤΥΣ

ΔΑΦΝΙΔΟΣ ΚΑΙ ΚΟΡΗΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κζ'.

ARGUMENTUM.

In hoc Idyllio, quod vere est bucolicum, Daphnis bubulcus puellam, quæ capellarum gregem pascit, osculis, verbis, factis ad clandestinos amores pellicere conatur. Viri amore et cupiditate flagrantis varia conamina, puellæ frustra renitentis cunctationem, vivide et eleganter repræsentavit auctor, quem Theocritum fuisse merito dubitant. Sunt qui Moschum auctorem existiment. Quæ opinio certis saltem firmisque argumentis destituitur. In Calliergi editione disertis verbis Theocrito tribuitur. Manso in altera Bion. et Moschi edit. p. 224. non magis Moscho, quam Theocrito adjudicat, quum nimia quadam elegantia ab hujus poetica gravitate pariter recedat, atque simplicitate virtuteque dramatica ab illius studio singula vividis coloribus variandi et exornandi. Etiam Wartonus judicat, longe abesse poemation a Theocriti simplici severoque lepore; Eichstadtio p. 45. hoc, uti Idyll. xx., ab ingeniosiore Theocriti imitatore compositum esse videtur.

Δαφ. Τὰν πινυτὰν Ἑλέναν Πάρις ἥρπασε βωκόλος ἄλλος·
Μᾶλλον ἐμ' ἤδ' Ἑλένα τὸν βωκόλον ἐστὶ φιλεῦσα.

In Analectis Brunckianis est Idyll. xxxii. Atque cel. Brunck cum iis facere videtur, qui hoc Idyllium Moscho tribuunt. Nec Sanctamandus hoc carmen in cod. scripto invenit. Recentiores quidem Bionis et Moschi editores atque interpretes, Longopetræus, Schwebel, Heskin atque Schier, illud Moscho adsignarunt atque explicuerunt ubetius. Warton denique vel Moscho recentius esse putat. Spurios quinque versus, huic carmini præfixos, Scaliger profert ex cod. Msto. Harl.

Ὀαριστὺς est confabulatio mariti cum uxore, vel adolescentis cum puella. v. Homer. Iliad. xiv. 216. et xxii. 126: ubi Schol. min. ὀαριζέμεναι explicat γυναικώδεις προσδιαλέγεσθαι λόγους· ὄαροι γὰρ αἱ γυναῖκες. Adde Warton. Schwebel. et Dammii Lex. Gr. col. 2158. sq. Harl.

1. 2. Ex sola edit. Junt. cum Reiskio Brunckius, Dahlius, Manso (in edit. Bionis et Moschi) primum versum puellæ, alterum Daphnidi assignarunt. In reliquis edd. veteribus uterque versus datur Daphnidi, quam rationem nos cum Valckenario prætulimus. Manso distributionem a se adoptatam eo defendit, quod per totum carmen singuli versus singulis opponuntur,

Κο. Μὴ καυχῶ, σατυρίσκε· κενὸν τὸ φίλαμα λέγουσιν.
Δαφ. Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.
Κο. Τὸ στόμα μευ πλύνω, καὶ ἀποπτύω τὸ φίλαμα.
Δαφ. Πλύνεις χείλεα σεῖο; δίδου πάλιν, ὄφρα φιλάσω.
Κο. Καλόν σοι δαμάλας φιλέειν, οὐκ ἄζυγα κώραν.
Δαφ. Μὴ καυχῶ· τάχα γάρ σε παρέρχεται, ὡς ὄναρ, ἥβη.
Κο. Ἁ σταφυλὶς σταφίς ἐστι, καὶ οὐ ῥόδον αὖον ὀλεῖται.
Δαφ. Δεῦρ' ὑπὸ τὰς κοτίνους, ἵνα σοί τινα μῦθον ἐνίψω.
Κο. Οὐκ ἐθέλω· καὶ πρίν με παρήπαφες ἁδέϊ μύθῳ.
Δαφ. Δεῦρ' ὑπὸ τὰς πτελέας, ἵν' ἐμᾶς σύριγγος ἀκούσῃς.
Κο. Τὰν σαυτῶ φρένα τέρψον· ὀϊζυρὸν οὐδὲν ἀρέσκει.
Δαφ. Φεῦ, φεῦ, τᾶς Παφίας χόλον ἅζεο καὶ σύ γε κώρα.

qua velut lege etiam initium carminis sit constituendum. Audio, si modo primus versus, quomodocunque carminis initium suppleveris, puellæ moribus in hoc carmine expressis conveniret; nam, ut recte monuit Graefius, istis verbis puella aperte juvenem provocaret ad illum Paridem imitandum, h. e. ad ipsam rapiendam: quæ adhortatio ab hujus puellæ ingenio alienissima est. Kiessl. Vers. 1. ἅρπασε Brunck.—Quod Helena fuit omnibus animi non minus quam formæ dotibus instructa, (vid. Idyll. xviii. 25. sqq.) poeta eam vocat πινυτάν, h. e. interprete Hesychio, σώφρονα, συνετήν. Compara Bion. vii. (al. viii.) 10. Horat. Od. i. 15. Harl. Manso hoc epitheton eo refert, quod Helena etiam in Homericis carminibus, quanquam deliquerat, in omnibus, quæ dicit, mentem sanam et sobriam prodit, et de suo adeo peccato (Iliad. iii. 171. sqq. vi. 344. sqq.) recte judicat. Adde Dorvill. ad Chariton. p. 314.—Vs. 2. Reiske ex ingenio reposuit μᾶλλον ἐμὴ δ' Ἑλένα· Brunck. vulgatam, Dorice quidem refictam (ἔμ' ἅδ'—ἐντὶ φιλεῦσα), retinuit. Koehlerus legit μᾶλλον ἔτ' ἥδ' Ἑλ. et vertit: 'Prudentem, castam illam Helenam rapuit olim bubulcus aliquis Paris: multo magis vero Helena est, quæ me bubulcum osculatur.' Scaligeri duplex prostat conjectura legentis κἄλλον ἔμ', aut μαλονόμη δ' Ἑλένα—, quarum lectionum priorem veram putat; quæ mihi quoque præferenda videtur, modo legatur κἄλλον, quod facillime potuit in μᾶλλον, ab hoc loco prorsus alienum, depravari. Kiessl.

3. σατυρίσκε] Daphnidem puella per contemtum dicit parvum Satyrum.—λέγοντι Dorice Brunck. Harl.

4. 5. Ἐντὶ Brunck. Versus quartus legitur etiam Idyll. iii. 20. γυμνὸν τὸ φίλαμα ait Moschus i. 5.—Vers. 5. Koehler conjicit πλύνες χείλεα σεῖο; 'lavistine labra tua?' Harl. Vs. 5. ἀποπλύνω Junt. Idem vs. 6. πλύνῃς et ὥς σε φιλάσω. Kiessl.

6—8. δίδοι—τὶν—φιλέην—γάρ τε—ἥβα Brunck. γάρ τε i. q. καὶ γὰρ, maluerunt etiam Stephanus et Wartonus, et sane hæc lectio aptior est quam vulgata γάρ σε.—Jugum, quod virgini nubenti a conjuge imponitur, Lycophron v. 1131. vocat παρθένειον ζυγόν, et quam noster poeta dicit ἄζυγα κώραν, ea appellatur in Hom. Odyss. ζ. 106. παρθένος ἀδμής. Add. Boettigeri Ilithyian p. 12. Kiessl.

9. Restituimus cum Wartono, Dahlio et Mansone veterem versuum 9. et 10. distributionem ex edit. Florent. a Stephano receptam; Valckenarius enim, editionem Romanam sequutus, etiam versum 9. cum Hemsterhusio Daphnidi tribuit. Item οὐ ante ῥόδον ex eadem Florent. cum Stephano, Valckenario, Schaefero aliisque recepimus. Recte Dahlius: 'uva etiam quum passa facta est, omnino usui est; et folia rosarum vel arida non abjiciuntur, sed odorifera sunt.' Conf. etiam Manson. notam. Reiskii conjecturam,—σταφὶς ἔσται, καὶ ῥόδον, recepit Brunck. καλὸν ῥόδον correxerunt Is. Vossius et Eldickius, atque οὐ deest in exemplaribus vett. excepto Florentino.—σταφυλὶς est 'uva matura,' ἡ σταφὶς s. ἀσταφὶς 'uva arida' s. 'passa,' ὁ ὄμφαξ, 'uva immatura.' Kiessl.

10—14. κοτίνως, ἵνα τοί Brunck.—Idem vers. 11—14. Dorice scripsit ἀδέϊ ἀκούσῃς—Τὰν σαυτῶ—ὀϊζύος—ἀρέσκῃ (hoc quidem cum Calliergo, Steph., Reiskio:)—tum τύγα κώρα.—Valck. pro ἡδέϊ et τὴν σαυτοῦ dedit ἀδέϊ et τὰν σαυτῶ.

Κο. Χαιρέτω ἁ Παφία· μόνον ἵλαος Ἄρτεμις εἴη.
Δαφ. Μὴ λέγε· μὴ βάλλῃ σε, καὶ ἐς λίνον ἄλλυτον ἔνθῃς.
Κο. Βαλλέτω ὡς ἐθέλει· πάλιν Ἄρτεμις ἄμμιν ἀρήγει.
Μὴ 'πιβάλῃς τὰν χεῖρα. καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμύξω.
Δαφ. Οὐ φεύγεις τὸν Ἔρωτα, τὸν οὐ φύγε παρθένος ἄλλα.
Κο. Φεύγω, ναὶ τὸν Πᾶνα· σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις.
Δαφ. Δειμαίνω, μὴ δή σε κακωτέρῳ ἀνέρι δώσει.
Κο. Πολλοί μ' ἐμνώοντο, νόον δ' ἐμὸν οὔ τις ἕαδεν.
Δαφ. Εἷς καὶ ἐγὼ πολλῶν μνηστὴρ τεὸς ἐνθάδ' ἱκάνω.
Κο. Καὶ τί, φίλος, ῥέξαιμι; γάμοι πλήθουσιν ἀνίας.

Vers. 13. ὀϊζυρὸν scribendum putat Scaliger. — Cum versu 14. compara Musæum vers. 141. sqq. 157. Harl. [Versu 13. Gaisford. ex uno cod. annotavit οἰζυορεεν — ἀρέσκη. Recte comparatur 'miserum carmen' apud Virgil. Ecl. iii. 27. Ceterum patet, puellam hoc non serio dicere. Kiessl.]

16. ἄκλιτον, 'rete inevitabile,' ex libris vett. restituerunt Reiske et Brunck, probante Wartono. ἄλλυτον e· Florent. recepit Stephan., quem recentiores et Valckenarius sequuti sunt. Musæus vers. 28. sq. πόθεν Λείανδρος — Ἡροῦς ἐς πόθον ἦλθε, πόθῳ δ' ἐνέδησε καὶ αὐτήν; 'unde Leander — Herus in amorem venit, amore vero devinxit et ipsam?' Harl. [Unus cod., ut Brunckius dedit, ἄκλιτον ἔνθῃς. Kiessl.]

17. ἐθέλεις Reiske et Brunck receperunt ex editt. ante Stephanum excusis. ἐθέλοι Stephan. ἐθέλει malit Valcken. — ἀρηγὼν Brunck. Harl. Dedimus ἐθέλει cum Schaefero: item ἀρήγει, quod idem vir præstantissimus maluit: decet enim hanc puellam nunc quidem orationis confidentia. De ἀρηγὼν conf. Passov. in libro uber Zweck — Gr. WWbch. p. 80. In uno cod. est ἐθέλῃ — ἀρήγῃ, ibidemque vers. 17. 18. transponuntur. Kiessl.

18. Ante hunc versum inserunt quidam huncce: μὴ προβάλῃς τὰν χεῖρα, καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμέλξω· quem Daphnidi tribuunt. Primus eum memorat Stephanus his verbis: adfertur hic versus nescio unde. vide Stephani et Heinsii notas, quas Schierius suæ Bionis et Moschi editioni p. 180. inseruit, et Koehlerum, qui et ipse hunc versum probat, Horatioque ob oculos fuisse censet scribenti versum 19. Epod. iii. [Non sane patet, cur Horatius hic alium poetam respexisse credatur, ubi naturam ipsam haberet ducem. Ceterum illum versum recepit Dahlius, et J. H. Vossius pro genuino in interpretatione Germanica reddidit; Manso autem, qui in prima Bionis et Moschi edit. eum item receperat, in altera ut suppositum omisit. Quod probo; nec male Dahlius post Wartonum censuit, utrumque versum, et illum quem Stephanus primus attulit, et eum qui jam 18. numeratur, qui et ipse teste Wartono in vetustioribus deest libris, ut profectos a lectore petulanti resecandos esse. Orationis series bene procedit, si vs. 20. excipit versum 17. Kiessl.] At moribus amantium lepide rixantium et puellæ adhuc verecundæ bene respondit hæc abrupta oratio, quam ulterius explicare haud opus erit. Reiske, quem vide, ante verbum εἰσέτι repetit μή, 'ne rursus tibi labrum sauciem.' Wartonus, cui versus immerito videtur spurius, corrigit: — χεῖρα. Καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμύξεις; ne manum mihi injicias. Anne ulterius etiam pergis, 'et insuper labella mea morsiunculis adpetes?' ἀμυξῶ Brunck. ἀμύξῃς scribendum censuit D. Heinsius. Daphnis vero, quasi nec curet nec audiat puellæ expostulationem, sermonem de Diana (de qua vide Schwebel.) et Venere continuat. Harl.

19 — 21. φευξεῖς — ἄλλα — φευξῶ — τὺ δὲ σδυγὸν — ἄειρε — δὴ τὺ — δώσῃ Brunck. δώῃς Reiske. Valckenario placet Brunckianum, οὐ φευξεῖς. Scaliger φεύγοις malit. ἄλλα pro ἄλλῃ Valcken. ἀείρεις Warton. explicat 'attollis,' i. e. 'sustines;' ipsa facile effugiam; tu vero nunquam te hoc Amoris jugo levabis. Adde Schwebelium. Harl. 'Αείρειν h. l., ut αἴρειν, idem est quod φέρειν· de quo usu vide Valcken. ad Adoniaz. p. 326. B. — Vers. 21. pro vulgato δώσῃ cum Schaefero scripsimus δώσει. Adde Hermannum ad Viger. p. 927. — In Juntina est φεύγεις et ἀείρεις· in uno cod. αειρες et κακῷ — δώσω. Kiessl.

22 — 26. μ' ἐμνώοντο — ἐγὼν — μναστὴρ

Δαφ. Οὐκ ὀδύναν, οὐκ ἄλγος ἔχει γάμος, ἀλλὰ χορείαν.
Κο. Ναὶ μὰν φασὶ γυναῖκας ἑοὺς τρομέειν παρακοίτας.
Δαφ. Μᾶλλον ἀεὶ κρατέουσι· τίνα τρομέουσι γυναῖκες;
Κο. Ὠδίνειν τρομέω· χαλεπὸν βέλος Εἰλειθυίας.
Δαφ. Ἀλλὰ τεὰ βασίλεια μογοστόκος Ἄρτεμίς ἐστιν.
Κο. Ἀλλὰ τεκεῖν τρομέω, μὴ καὶ χρόα καλὸν ὀλέσσω.
Δαφ. Ἢν δὲ τέκῃς φίλα τέκνα, νέον φάος ὄψεαι υἷας.
Κο. Καὶ τί μοι ἕδνον ἄγεις γάμου ἄξιον, ἢν ἐπινεύσω;
Δαφ. Πᾶσαν τὰν ἀγέλαν, πάντ' ἄλσεα καὶ νόμον ἑξεῖς.
Κο. Ὄμνυε, μὴ μετὰ λέκτρα, λιπὼν ἀέκουσαν, ἀπενθῇν.
Δαφ. Οὐ μάν, οὔ, τὸν Πᾶνα, καὶ ἤν κ' ἐθέλῃς με διῶξαι.

— *πλήθοντι* — *ὀδύναν* — *χορείαν* — *φαντὶ* Brunck. Ex his recepit Valckenarius *μ' ἐμνώοντο* — *ὀδύναν* — *χορείαν* pro vulgatis *με μνώοντο* — *ὀδύνην* — *χορείην*. HARL. Usus poscit *νόῳ δ' ἐμῷ*, ut Schaeferus monuit ad h. l. et in Appendice ad Mansonis edit. Bion. et Moschi p. 235. ubi citat Porsonum ad Euripid. Orest. v. 1623. adde eundem ad L. Bos. Ellips. p. 168. et Bekker. ad Theognid. v. 26. At si *ἕαδε* est aoristus secundus verbi *ἥδω* (conf. Hermann. de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 264.), tamen accusativus retinendus erit. — Vers. 24. "Optativus multo etiam venustior est, quam foret conjunctivus. Nam *τί ῥέξωμι* si diceret puella, deliberare se ostenderet, utrum admittendus esset amator, an repudiandus: nunc autem, optativo usa, quo dicit, 'quid possim facere?' nihil nisi trepidationem significat, dum inter cupiditatem et pudorem anceps animi fluctuatur." HERMANN. ad Viger. p. 925. — Is. Vossius, legens, *καὶ τί φίλον ῥέξαιμι*; tribuit et isti Daphnidi; sequentia, *γάμοι πλήθουσιν ἀνίας*, puellæ, sine causa idonea. — De verbo *ἔχειν* v. 25. conf. Hermann. in Gregor. de Dial. p. 863. et Schaefer. ibidem p. 985. KIESSL.

27 — 29. *τοὶ δὲ τρομέουσι γυναῖκας*, 'hi vero (mariti) semper reverentur uxores, et in earum potestate sunt,' male correxit Reiske. Brunckius servavit vulgatam lectionem, Dorice tamen formatam, *κρατέοντι· τίνα τρομέοντι γυναῖκες*; Koehler malit *τινὲς τρομέουσι γυναῖκας*, 'quidam mariti adeo timent mulieres.' Dein idem Brunck. scripsit Dorice *Εἰληθυίας* (de qua vide Schwebelium,) — *τεὰ* — *ἐντί*. — Vers. 29. *μογοστόκος* apud Homer. Iliad. xvi. 187. xix. 103. est epitheton Lucinæ, et significat, 'quæ in partu laborantibus adest:' h. l. Dianæ, eodem sensu, tribuitur. — *τεὰ* Valcken. cum Brunckio admisit. HARL. De forma *Εἰληθυία* conf. Schaef. in Addend. ad Gregor. Cor. p. 911. sq. — Vs. 27. Is. Vossius *τί ἂν* pro *τίνα*. — Ad vs. 28. 29. conf. Hom. Iliad. xi. 269 — 71. ibique Heyn. et Boettigeri Ilithyian p. 22. sq. KIESSL.

32. *ἕδνον* h. l. ut Iliad. xvi. 190. munus quod sponsus sponsæ offert. Vide de h. voc. ad Idyll. xxii. 147. et Schwebelium. KIESSL.

34. 35. *Ὄμνυε, μὴ μετὰ λέκτρα* libri editi, nisi quod ante Stephanum *μὲν* pro *μὴ* legebatur. Hac servata lectione, *ἀπελθῆν* (pro *ἀπελθεῖν*) legendum putavit Reiske, qui tamen in textu edidit, *Ὄμνυ' ἔμ' εἰ μετὰ* — *ἀπέλθῃς*. Brunckius autem scripsit: *ὄμνυε, μὴ μετὰ λέκτρα, λιπόντ'* [Hoc *λιπόντ'* Wartoni est. K.] *ἀέκουσαν, ἀπενθῆν*. Puella enim metuit, ne id sibi accidat, de quo Simætha Idyll. ii. 40. sq. conquesta est. — *διώκειν* h. l. significat 'fugare.' Conf. d'Arnaud in Animadv. Crit. p. 37. ubi illud voc. multis illustrat. HARL. — Accusativum *λιπόντα* certe ferri posse, docent loca quæ collecta sunt a Schaefero ad Sophocl. Œdip. R. v. 958. ab Huschk. ad Tibulli Eleg. iii. p. 38. et ab Heindorf. ad Plat. Euthyd. p. 414. Adde Matthiaei Gram. Gr. p. 770. not. KIESSL. — Vers. 35. "Vulgo *οὐ, μ' αὐτὸν τ. Π.* V. not. ad Idyll. v. vs. 14. — Mox advertendum ut rarius, *ἤν κ'*. In Apollonio Rhod. iii. v. 404. ante Brunckium recte ediderunt *ἤν κ' ἐθέλῃσθα*. Fallitur enim vir egregius *ἤν κε* Græcum esse negans. Manetho i. v. 180. *ἤν κεν ἔχωσιν*. Tale est *ἐπὴν κε* Idyll. xi. v. 78. Conf.

Κο. Τεύχεις μοι θαλάμως, τεύχεις καὶ δῶμα καὶ αὐλάς;
Δαφ. Τεύχω σοι θαλάμως, τὰ δὲ πώεα καλὰ νομεύω.
Κο. Πατρὶ δὲ γηραλέῳ τίνα κεν, τίνα μῦθον ἐνίψω;
Δαφ. Αἰνήσει σέο λέκτρον, ἐπὴν ἐμὸν οὔνομ' ἀκούσῃ.
Κο. Οὔνομα σὸν λέγε τῆνο· καὶ οὔνομα πολλάκι τέρπει.
Δαφ. Δάφνις ἐγώ, Λυκίδας δὲ πατήρ, μάτηρ δὲ Νομαία.
Κο. Ἐξ εὐηγενέων· ἀλλ' οὐ σέθεν εἰμὶ χερείων.
Δαφ. Οὐδ' ἄκρα τιμήεσσα· πατὴρ δέ σοί ἐστι Μενάλκας.
Κο. Δεῖξον ἐμοὶ σέθεν ἄλσος, ὅπῃ σέθεν ἵσταται αὖλις.
Δαφ. Δεῦρ' ἴδε, πῶς ἀνθεῦσιν ἐμαὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι.
Κο. Αἶγες ἐμαί, βόσκεσθε· τὰ βωκόλω ἔργα νοήσω.
Δαφ. Ταῦροι, καλὰ νέμεσθ', ἵνα παρθένῳ ἄλσεα δείξω.

Melet. Crit. i. p. 125." SCHAEFER. De particulis ἂν et κὲ conjunctis adde Naekium ad Chœrilum p. 266. KIESSL.

36. 37. θάλαμος, 'tentorium,' 'tabernaculum,' 'locus' in quo maritus cum uxore per noctem cubuit (vide Idyll. ii. 136.): hoc vocabulum a Reiskio et Schwebelio copiose expositum est. ἔθος ἦν τοῖς γήμασι, θάλαμον οἰκοδομεῖσθαι. Schol. ad Hom. Il. ii. 701. Conf. Feith. Antiq. Homer. ii. cap. 14. §. 1. 2.—Vers. 37. τοι, et bis θαλάμως Brunck.—νομεύσεις suspicatur Koehler. HARL. Conf. Hesiod. O. et D. 405. Homer. Iliad. xvii. 36. Apollon. Rhod. iii. 36. Hesych. s. θαλάμοιο νέοιο. Turneb. lib. xxi. cap. xvii. laudatum a Casaub. ad h. l. et quæ monita sunt ad Idyll. xviii. 3.—Vs. 37. καλὰ intelligendum est ut v. 47. ταῦροι, καλὰ νέμεσθ'. Citat Schaeferus Heynium ad Homer. Il. t. v. p. 485. Similiter Idyll. iii. 3. τὸ καλόν. KIESSL.

38. κεν, quod a Stephano est, cum Brunckio servavit Valckenarius. μὲν edd. vett. unde Reiske μευ effecit.—ἐνιψῶ Brunck. HARL. Etiam Hermann. ad Viger. p. 925. tuetur κεν. KIESSL.

39—41. αἰνησεῖ—ter, ὤνομα—ἀκοίσῃ—ἐγὼν—μάτηρ δὲ Νομαία Brunck. μάτηρ δὲ Νομαία pro μήτηρ δὲ Νομαίη recepit Valcken. HARL.

42. 43. ἔμμι—τὶν ἐντὶ Μεν. Brunck.—Tum vulgo legitur οὐδ' ἄκρα τιμήεσσα. 'neque summe es honorata:' quod quidem valde inurbanum atque inficetum prodere videtur amatorem; quare jam Palmerius (Exercit. p. 814.), signo interrogationis posito, bene legit: οὐκ ἄκρα τιμήεσσα; 'nonne es summe honorata? et pater tibi est Menalcas.' Reiske, quem sequutus est Brunck. correxit οὐδ' ἄρ' ἀτιμήεσσα. 'neque nullo penes me in honore, pater enim tibi Menalcas est:' indignante Valckenario ob receptam vocem non Græcam. HARL. De forma εὐηγενέων, qua utitur etiam Homer. Iliad. xxiii. 81., conf. Fischer. ad Weller. i. p. 87.—Ad reliqua confert Toupius Iliad. α. 114.—Stroth. conjecit τὺ δ' ἄκρα, quod probat Bindemann. Jacobsius et Thom. Briggs: οὐδ' ἄκρα τιμήεσσα, scil. εἶ. At mutatione opus non est: nam verissime monuit Manso, Daphnidem omni inurbanitatis et temeritatis culpa vacare, ut qui puellæ non nisi hoc dicat, ipsos generis loco non tantum a se invicem distare, ut hæc distantia nuptias impedire debeat. Ἄκρα est 'valde,' 'admodum,' ut apud Apollon. Rh. i. 728. vid. Gerhard. in Lect. Apoll p. 14. KIESSL.

44. ἐμὶν σέθεν Brunck; et σέθεν est in editionibus Brubachianam insequutis. Valck. ἐμοὶ σέθεν dedit. Eldickius conjecit ἐμοὶ ἕθεν—ὅπῃ θ' ἕθεν ἵσταται αὖλις. Reiskius vero, auctore Casaubono, revocavit lectionem edd. Rom. et Florent. ἕθεν, quod pro σέθεν dictum fuit. Conf. Schrader ad Musæum p. 296. HARL. [Adde Fischer. ad Weller. ii. p. 279. KIESSL.]

46. 47. βόσκεσθ', ἵνα βωκόλω maluit Hemsterhusius, idque Valckenario perplacet ob sequentia: mihi vulgatum simplicius videtur.—νοασῶ Brunck.—Vers. seq. Reiske, quem Brunck. sequutus est, formam Doricam et lectionem editionum pr. recepit, ἵνα τἄλσεα (sic enim mutant lectionem editionum ἵν' ἄλσεα,) παρθένῳ (ut

Κο. Τί ῥέζεις, σατυρίσκε; τί δ' ἔνδοθεν ἅψαο μαζῶν;
Δαφ. Μᾶλα τεὰ πράτιστα τάδε χνοάοντα διδάξω.
Κο. Ναρκῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα. τεὰν πάλιν ἔξελε χεῖρα.
Δαφ. Θάρσει, κῶρα φίλα. τί μοι ἔτρεμες; ὡς μάλα δειλά.
Κο. Βάλλεις εἰς ἀμάραν με, καὶ εἵματα καλὰ μιαίνεις.
Δαφ. Ἀλλ' ὑπὸ σοὺς πέπλους ἁπαλὸν νάκος ἤνιδε βάλλω.

sit a nominativo *παρθὴν*) *δείξω*. A Stephano profecta est altera lectio, *ἵνα παρθένῳ ἄλσεα δείξω*, quam recepit Valckenarius, alteram formam vitiosam esse arbitrans. Harl. *Ἵνα*, 'dum,' de tempore: Hom. Odyss. vi. 27. 'quo tempore.' Vid. Hermann. in Præf. ad Aristoph. Nub. p. xv. sq. Sic *ὅπου* de tempore apud Lycophron. v. 1206. ubi Müllerus meus laudat Xen. Cyr. iii. 3. 6. Ages. i. 27. Kiessl.

48. *ῥέσδεις — μασδῶν* Brunck. Harl.

49. Casaubonus probat lectionem vulgatam, comparans *γάμων ἀδίδακτος*, qua locutione utitur Musæus v. 31., item *νῆϊς* et *ἀμύητος ἐρώτων*, quæ occurrunt apud Nonnum. Tum, *ναρκῶ* pro *φρίττω*, inquit, usurpat puella, zonam ac pudorem puellarem non sine horrore solvere incipiens. Mox tamen propter Nonni locum (propter hunc, opinor, lib. xlii. p. 1082. versum: *ἐπιψαύουσα δὲ μαζῶν, Δεξιτερὴ νάρκησε γυναιμανέος Διονύσου*·) puellæ tantum hæc verba, *τεὰν πάλιν ἔξελε χεῖρα*, tribuere malit.—*Μᾶλα* dici 'virginum mamillas,' tum ex orationis serie apparet, tum a Wartono multis aliis locis demonstratum est, ut Aristænet. Epist. ii. 7. p. 223. ed. Pauw. *περικρατῶν ὀμφάκια τοῦ στέρνου τὰ μᾶλα*· et Aristoph. Acharn. v. 1198. Epitheton autem *χνοάοντα* ('lanuginem habentia') quum ne malis quidem proprie dictis conveniat, D. Heinsius conjecit *χλοάοντα*, quod explicat *οἰδοῦντα* ('poma tua recens exsurgentia vel intumescentia, papillulas sororiantes'), atque *μῆλα χλοάοντα* 'poma succi plena' sunt apud Athenæum iii. 82. Quam emendationem probarunt Palmerius, Toupius, Brunck., Wartonus. Idem Heinsius pro *διδάξω*, quod verbum jam Stephano suspectum fuit, correxit *πιάξω* s. *πιαξῶ*, quod jam antea proposuerat Henr. Stephanus; idem denuo commendavit Koehlerus, probavitque Schrader ad Musæum v. 31. Heskinus (in edit. Moschi, Oxonii 1748.) conjecit *χνοάοντ' ἀποδράξω*· quam conjecturam Reiskius ideo rejicit, quod non apparet, quid illud *ἀπὸ* in hac compositione sibi velit, et quod *δράττω* simplex in activo non usurpatur, sed tantum in medio. Aliam rem esse in verbo reduplicato *διδράττω*· ideo ipse de conjectura reposuit *διδράξω*· quod tamen verbum nusquam legitur, affirmante Valckenario. Bernard. in libro, Reiske's Lebensbeschreibung p. 292. corrigit: *βλιμάξω*, (contrectabo). Toupius apud Wartonum, *μαλάξω* ('molliter attrectabo,' Aristænet. i. 16.) vel ob alliterationem, *μᾶλα μαλάξω*, quod receperunt Brunck. et Dahlius. Mitscherlichius in Lectt. in Catullum et Propertium p. 53. hæc duo tentavit: *χλοάοντ' ἔτι δάξω*, aut *ἔτι δράξω*. Wartonus tuetur verbum *διδάξω*, existimans, tectis et tralatitiis vocibus, non planis et apertis, ut in re minus verecunda, uti pastorem nostrum. Præterea conjicit *χλοάοντα*, recentia, nondum matura, 'viridia.' Idem faciunt Strothus et Graefius, quibus participium pro infinitivo poni videtur. Atque hic quidem locum ita expedit: *διδάξω, μᾶλα τεὰ πράτιστον χνοᾶν*, i. e. *πεπαίνεσθαι*. "Etenim lanugo illa tenerrima, quæ *χνοῦς* vocatur, poma maturitati proxima vestit. Eleganter itaque per hanc imaginem dixit: 'ostendam, te viro maturam esse.'" Hæc Graefius. Th. Briggs, cui requiri videbatur verbum, quod cum utroque sensu vocis *μῆλον* posset congruere, conjecit *διάξω* comparatque Eurip. Ion. v. 961. Manso, quum in priore editione Strothum sequutus esset, in altera *διδάξω* vertit: 'lass mich prüfen.' Hoc unice verum est. Nam non solum *μαθεῖν, γνῶναι, δαῆναι* 'vi cognoscendi' usurpari, (conf. Matthiae in Miscell. Philolog. vol. ii. p. 11.) sed etiam verbum *διδάσκειν*, dubitare non sinit locus fragm. Pindar. t. iii. p. 19. ed. Heyn. *ἐδιδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ*· quem primus, quod sciam, loco Theocriteo explicando adhibuit A. Moebius, V. D. in Athenæo, quod edunt Günther et Wachsmuth. t. ii. Fasc. i. p. 86. sqq. Conf. etiam dicta ad Theocrit. Idyll. xii. 34. Kiessl.

51—53. *ἔτρεσας* ed. Florent.—Vers. 53. *σὼς πέπλως* Brunck. Kiessl.

Κο. Φεῦ, φεῦ, καὶ τὰν μίτραν ἀπέστιχες· ἐς τί δ' ἔλυσας;
Δαφ. Τᾷ Παφίᾳ πράτιστον ἐγὼ τόδε δῶρον ὀπάζω.
Κο. Μίμνε, τάλαν· τάχα τίς τοι ἐπέρχεται· ἦχον ἀκούω.
Δαφ. Ἀλλάλαις λαλέοντι τεὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.
Κο. Τὼμπέχονον ποίησας ἐμοὶ ῥάκος· εἰμὶ δὲ γυμνά.
Δαφ. Ἄλλαν ἀμπεχόναν τᾶς σᾶς τοι μείζονα δωσῶ.
Κο. Φῂς μοι πάντα δόμεν· τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης.
Δαφ. Αἴθ' αὐτὰν δυνάμαν καὶ τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλειν.
Κο. Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα· σὴ ἐρημιὰς οὐκέτι πιστή.

54. μίτραν, 'fasciam papillarum,' intelligit Warton. et multis locis illustrat. Luculentissimus est Callimachi Epigr. 40. τήν τε μίτραν, ἣ μαστοὺς ἐφίλησε, 'et mitram, quæ mammas vinciebat.' [Μίτραν hic 'virginalem zonam' recte intelligit Toupius, qui idem tuetur ἐφίλησε apud Callimach. K.] (Atque integumentum illud mammarumque veluti vinculum in quibusdam Germaniæ provinciis adhuc dicitur 'ein Mieder.') Conf. Moschus ii. 73. ibique Schwebel, et Schrader in Animadv. ad Musæum p. 345. ubi locum Nonni lib. i. p. 28. l. 25. insignem de duplici zona profert, et a pag. 340. potestatem, usum et ritum zonæ solvendæ late persequitur. Adde Dammii Lex. Gr. col. 1525. et 1756. de mitra militari; item Winkelmann. Geschichte der Kunst P. i. p. 197. atque Schlaegeri Diss. de Diana λυσιζώνῳ, Hamburgi 1735. inprimis p. 12., ubi comparat Ies. iii. 24. cum hoc loco Theocriteo. — ἀπέστιχες, 'removisti,' 'divellisti,' edd. pr. Wintert. Valcken., tuenturque Reiske et Warton. Contra Brunck recepit conjecturam Toupii ἀπέσχασας, 'solvisti.' Aliæ edd. exhibent vitiosum ἀπέσχισες. [Hoc ἀπέσχισες, quod editum erat de conjectura Scaligeri, Toupio quodammodo tueri videtur Etymologus p. 175. 41. v. Ἀφάρωτος. καὶ φάρσος, τὸ ἀπόσχισμα τῆς ἐσθῆτος. Graefius: μίτραν μεῦ ἀπέσχισας. Hoc ἀπέσχισας, quod H. Stephanus dedit, etiam Scaliger in animo videtur habuisse. Is. Vossio placebat: ἀπέστικες. Atque ἀπέστιχες vi transitiva, quam dicunt, vix sanum est. Kiessl.] Casaubono placet lectio, quam se invenisse dicit: μίτραν· ἀπόστιχε· ἐς τί etc. Harl.

55. 56. Hic locus et ritus numini alicui zonas istas post concubitum consecrandi est notandus. Adi Schraderi Animadv. ad Musæum p. 349. Apte item laudat Warton. hoc epigramma votivum ex Anthologia Cephalæ iv. 518. Ζῶμά τοι, ὦ Λατοῖ, καὶ ἀνθεμόεντα κύπασσιν Καὶ μίτραν μαστοῖς σφιγκτὰ περιπλομέναν, Θήκατο Τιμήεσσα, δυσωδίνοιο γενέθλας Ἀργαλέον δεκάτῳ μηνὶ φυγοῦσα βάρος. — πράτιστον (quod etiam Valcken. recepit,) ἐγὼν — ὀπάσδω Brunck. — Idem versu seq. τάχα κέν τις. Harl.

57. "Mænalus argutumque nemus pinosque loquentes Semper habet." Virgil. Ecl. viii. 28. — ἀλλάλαις pro ἀλλήλαις ex edd. Flor. et Wintert. recepit Valcken. Harl.

58. 59. Ἐμοὶ scripsimus cum Schaefero: nam vulgatæ ἐμὸν adversatur syntaxis Græca, quæ in tali verborum structura epitheton, defectum articulo, postponi non patitur: quod monuit Schaefer. ad v. 37. Kiessl. ῥάγος ex edd. ante Stephanum, qui dedit ῥάκος, vulgatis revocavit Reiske. ῥάκος· ἐμμὶ Brunck. — Idem in seq. versu restituit Dorismum ἄλλαν ἀμπεχόναν, scripsitque τῆνας pro τῆς σῆς, et κρέσσονα pro μείζονα. Valck. bene dedit, ἄλλαν ἀμπεχόναν τᾶς σᾶς τοι μείζονα —. Harl. Male mutavit Brunck. κρέσσονα· nam majus et laxius amiculum est præstantius. Kiessl.

60. 61. φῂς — δόμεν. 'Dicis, te daturum esse.' Terent. Heaut. iii. 1. 78. "dare denegaris." Conf. Wunderlich. Observ. Crit. p. 177. et Schaefer. ad h. l. Kiessl. οὐδ' ἅλα δοίης, plane nihil, ne micam quidem salis dabis. Proverbium hoc ex Hom. Odyss. xvii. 455. sumtum explicat Casaubon. ad h. l. Harl. [Adde dicta a Reiskio ad Idyll. xv. 17. Idem h. l. citat Callimach. Epigr. 51. ἐφ' ἧς ἅλα λιτὸν ἐπέσθων. — Ad vs. 61. conf. Valck. ad Adoniazus. p. 341. C. — ἐπιβάλλην Brunck. Kiessl.]

62. Lectio σὴ ἐρημιὰς οὐκέτι πιστή,

Δαφ. Ῥέξω πόρτιν Ἔρωτι, καὶ αὐτᾷ βῶν Ἀφροδίτᾳ.
Κο. Παρθένος ἔνθα βέβακα· γυνὰ δ' εἰς οἶκον ἀφέρψω.
Δαφ. Ἀλλὰ γυνὰ μάτηρ, τεκέων τροφός, οὐκέτι κώρα.
Ὣς οἱ μέν, χλοεροῖσιν ἰαινόμενοι μελέεσσιν,
Ἀλλάλοις ψιθύριζον· ἀνίστατο φώριος εὐνά.
Χ' ἁ μὲν ἀνεγρομένα γε διέστιχε μᾶλα νομεύειν,
Ὄμμασιν αἰδομένα, κραδία δέ οἱ ἔνδον ἰάνθη,

quæ in recentiores edd. e Florentina et Stephan. venit, a Valcken. servata est. Reiske de conjectura dedit σὺ δὲ τιμᾷς κοὐκέτι πιστήν· quod parum probabile videbitur. Elegantior est Toupii correctio, σοὶ Νηῒὰς οὐκέτι πιστή. [Dahlius et Manso hanc Toupii correctionem in textum receperunt, quæ sane et sua præstantia commendatur, et eo, quod in editione Florent. hoc carmen inscribitur ὀαριστὺς Δάφνιδος καὶ Νηΐδος, singulisque versibus pro K præponitur N. Ceterum recte Dahlius Daphnidem Siculum illum pastorum heroa hinc ablegavit. Ad Theocritum respexit Nonnus Dionys. lib. iv. p. 122. Σώζεο παρθενίη, νυμφεύομαι ἠδέϊ Κάδμῳ· Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα—. Kiessl.] Warton. audacter, ut ipse dixit, correxit: νεμέσαε· γαμηθεῖσ' οὐκέτι πιστή· Diana, ne irascare: 'maritata jam, non amplius sum fida iila tua.' Ducta est hæc emendatio e vestigiis edd. Call. aliarumque vett. in quibus hic locus sic legitur: K. Ἄρτεμι μὴ νεμέσα. Δ. σὺ δ' ἔγημας. οὐκέτι πιστή. K. ῥέξω πόρτιν ἔρωτι. et tum versus 64. persona caret. Brunckius hanc a se excogitatam emendationem in textum recepit: Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα γαμεθεῖσᾳ, κοὐκ ἔτι πιστᾷ. [Graefius hæc proposuit: — μὴ νεμέσα, ἱερὶς σέθεν οὐκέτι —· aut σέο παρθένος· aut denique, μὴ νεμέσα γαμετᾷ σύ γα, κοὐκέτι πιστᾷ. Thom. Briggs malit, σὴ Ὀρηΐάς. Equidem mihi nondum persuadeo, lectionem ἐρημιάς, i. e. ἐρήμη s. ἀρημάς, deserendam esse. Nam neque vocabuli forma habet, quod jure offendat, neque usum vocabuli, quo proprie quidem de regione solitaria accipitur, non licet ad hominem transferre, ita ut σὴ ἐρημιάς, 'tua solitaria,' dicatur puella tibi addicta, quæ tui studio nubere nolebat. Kiessl.] De sacrificiis vero Dianæ ob amissam virginitatem oblatis ad iram illius sedandam egit Schwebel. v. Idyll. ii. v. 66. ibique Schol. Harl.

63. ῥεξῶ Brunck. — βῶν, 'vaccam,' qua Veneri fiebat sacrificium: et βοῦς apud Theocritum semper est 'vacca.' Koehler versum ita distinguit: Δ. Ῥέξω πόρτιν Ἔρωτι. K. Καὶ αὐτᾷ βῶν Ἀφροδίτᾳ. 'Mactabo vitulam Amori,' inquit Daphnis; 'ego vero,' respondet puella, 'vaccam Veneri.' Toupii emendatio αὐτὰν βῶν vera esse videtur Valckenario. Harl. Idem sentit Manso. Aptius tamen oppositio Amoris et Veneris intenditur. Kiessl.

64. βέβακα γυνὰ pro βέβηκα γυνὴ Brunck et Valcken. Compara Mosch. ii. 161. et quæ ad illum locum notavi in Anthol. Græca Poetica. Harl.

66. χλωροῖσιν in uno cod. λεχέεσσιν conjicit Jacobs. Kiessl.

67. ψιθύρισδον Brunck. v. ad Idyll. i. 1. — ἀλλάλοις — εὐνὰ pro formis vulgaribus Valcken. Bion vii. 6. Lycida! æmulare λάθρια Πηλεΐδαο φιλάματα, λάθριον εὐνάν 'furtiva Pelidæ oscula,' 'furtivum concubitum.' v. ibi interpretes. Musæus v. 237. κρυφίη εὐνή· et 'furta,' 'furtivi amores,' etc. in poetis Latinis frequenter leguntur. v. Paræus et Schrader ad Musæum v. 182. Sensus est: Postquam vero illecebris jam satis indulserant, votique compotes facti erant, ex cubili, in quo clandestinas nuptias celebrarant, consurrexerunt, et in diversas partes abierunt. v. Porti Lex. Dor. voc. χλοερός. Harl. Apposite laudat Dahl. Lucret. iv. 1098. "denique cum membris conlatis flore fruuntur ætatis." Kiessl.

68. 69. χἀ μὲν ἀνεγρομένα διαπέστιχε — αἰδομένα· κραδία pro formis vulgaribus Brunck. Lectionem ed. Florent. [ἀναγρομένη γε habet unus cod. K.] ἀνεγρομένη γε recte probat Toupius, et graviter culpat Reiskium, qui γε omittit et διέστιχε contra metri leges tuetur. Reiskius tamen etiam διανέστιχε conjecit ad syllabam fulciendam; Scaliger vero δὴ ἔστιχε. Valcken. dedit ἀνεγρομένα γε διέστιχε· in reliquis servavit formas Doricas a Brunckio inductas. Equidem γε inserui. Puellæ vero pudorem locis similibus Musæi v. 160.

Ὃς δ' ἐπὶ ταυρείας ἀγέλας, κεχαρημένος εὐνᾶς.

(ubi vide Schrader.) aliisque illustrat Warton, et addit, hoc idyllium Latine redditum et commentario satis longo nec tamen ita luculenter et feliciter enarratum esse a Barthio, Adversar. lib. iv. 8. 9. p. 170. sq. HARL. Μᾶλα nomen est commune generi ovillo atque caprillo. sed hæc puella versu 46. capellas fingitur pascere. REISK.

70. Post hunc unus cod. Mediol. hæc addit: *κιεν — δέχνυσο τὰν σύριγγα τεῶν πάλιν ὄλβιε ποιμὰν, Τῶν καὶ ποιμαγνίων ἑτέρην σκεψώμεθα μολπήν.* Etiam edd. Junt. et Call. post hunc versum addunt *ἤϊε*, tanquam v. 71. initium. KIESSL.

ἩΛΑΚΑΤΑ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κη΄.

ARGUMENTUM.

Suavissimum hoc poemation scriptum est in commendationem coli eburneæ, quam poeta Miletum vela facturus Theugenidi, Niciæ medici conjugi, donum destinavit. Dum ipsam colum, quam habitura sit dominam, docere videtur, honestissimam matronam ejusque maritum ingeniose et urbane laudat. — Est e lyrico genere, quod ex argumento et numerorum ratione clare intelligitur. Metrum enim est choriambicum, et ex eo genere, quod Alcæus inprimis frequentavit, et ex quo est etiam Horatianum carmen xviii. libri i.

⏑   –
– – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑.
    ⏑

Conf. Hermanni Elem. Doctr. Metr. p. 437. — In argumento Græco, quod cod. Vatic. sextus præbet, leguntur ista: Γέγραπται δὲ Αἰολίδι διαλέκτῳ παρὰ τὸ σαπφικὸν ἑκκαιδεκασύλλαβον.

Γλαυκᾶς, ὦ φιλέριθ' ἀλακάτα, δῶρον Ἀθανάας,
Γυναιξὶν πόνος οἰκωφελέεσσιν σὸς ἐπάβολος·

De nihilo jucundissimum poemation pangitur. Bellissimæ digressiunculæ sæpius intexuntur; summoque artificio, tum qua peritia fuerit in arte medica Nicias, tum qua industria Theugenis, uxor ejus, in lana facienda, brevissime tamen, exponit poeta. Rationem denique, cur colum miserit, affert pulcherrimam: ut nimirum haberet Theugenis, operi semper intenta, quo memoriam Theocriti sui, hospitis φιλαοίδου, perpetuo revocare posset. Postremo, non minus verecunde, quam lepide concludit: "Te quicunque, colus, adspexerit, ultro dicet: — exiguo etiam muneri magna possit inesse gratia: omnia enim, quæ veniunt ab amicis, honorem merentur." Hæc ex Wartoni notis excerpta legisse, reor, haud pœnitebit poetices studiosos. In Analectis Brunckianis est Idyll. xxvi. Harl.

1. φιλέριθος est 'lanificii comes.' Warton jam laudavit Piersonum ad Mœrid. Atticist. p. 358. v. supra Idyll. xv. 80. ibique Toupium in Epistola p. 336. Harl.

2. γυναιξὶν νόος — οἰκωφελέεσσιν cum Toupio dedit Valcken. — Pro νόος Scaliger conjecit πόνος, idque Schottus (Observatt. p. 98.) ex Ms. protulit. Reiske et Warton putant, utramque lectionem posse admitti, illeque locum sic explicat: magnum adjumentum matribus familias parcis, sedulis et frugi est cogitatio (νόος) mentis earum in te defixa, aut opera manuum (πόνος) tibi navata. Mihi tamen πόνος placet: atque Brunckius non solum hoc vocabulum, sed reliquam quoque Toupii

Θαρσεῦσ' ἄμμιν ὁμάρτει πόλιν ἐς Νείλεω ἀγλαάν,
Ὄππα Κύπριδος ἱρὸν καλάμω χλωρὸν ὑφ' ἀπαλῶ.
Τᾶδε γὰρ πλόον εὐάνεμον αἰτεύμεθα πὰρ Διός,
Ὅππως ξεῖνον ἐμὸν τέρψομ' ἰδὼν κἀντιφιλήσομαι,
Νικίαν, Χαρίτων ἱμεροφώνων ἱερὸν φυτόν,
Καὶ σέ, τὰν ἐλέφαντος πολυμόχθω γεγενημέναν,

emendationem et interpunctionem: *Γυναιξὶν πόνος οἰκωφελέεσσιν, σεῦ ἐπηβόλοις.* 'Opera bonis matribus familias, quæ tui compotes sunt:' in textum ita recepit, ut è vestigiis cod. Vatic. corrigeret *ἐπαβόλοις.* [Ex quatuor cdd. *ἐπάβολος* adnotat Gaisford. hinc recepimus. Kiessl.] Valckenario tamen vulgata *ἐπήβολος* genuina esse videtur. Wesselingium ad Diodor. Sicul. i. 19. de hoc vocab. agentem jam Toupius laudavit. Adde Porti Diction. Dor. voc. *ἐπήβολος.* Harl. *Ἐπίβολος,* 'qui aliquid molitur,' 'adsequi studet:' *ἐπήβολος,* 'qui adsecutus est,' 'tenet,' 'possidet.' Sic Wesseling. l. c. p. 22. conf. Schaeferi Melet. Crit. p. 48. adde Musgrav. ad Sophocl. Antigon. v. 488. Erf. min. Toupius citat Homer. Odyss. ii. 319. *οὐ γὰρ νηὸς ἐπήβολος οὐδ' ἐρετάων Γίνομαι.* Porphyr. Quæstion. Homer. i. *τὸ ἐπήβολος σημαίνει τὸν ἐπιτυχῆ καὶ ἐγκρατῆ.* — Recepimus cum Schaefero *πόνος·* nam *νόος* ferri non potest, nisi adjectivo *ἐπήβολος* tribueris significationem 'addictus,' et pro *σὸς* scripseris *σοί*, ut sensus sit: 'mens matrum familias tibi addicta.' At illa significatio vix aliis exemplis confirmari poterit. De lectione *πόνος* tamen dubito, an non commode dicatur *πόνος σὸς* hoc sensu: 'te exercere' est munus matrum familias. Rectissime autem colus ipsa appellabitur *πόνος* mulierum, modo *σύ γ'* pro *σὸς* scripseris. Kiessl. "*Ἐπήβολος,* ut observavit Sanctamandus ad Apoll. Rhod. i. 694. ed. Shaw. videtur in illis esse vocibus, quæ pro diverso accentu diversam habent significationem, ut *μητρόκτονος.* Ita significabit 'compos' atque id 'cujus aliquis est compos,' quæ posterior significatio huic loco convenit. Legendum igitur, *Γυναιξὶν πόνος οἰκωφελέεσσι σὸς ἐπηβόλος,* non *ἐπήβολος.*" Thom. Briggs. — Codices hæc corrupta offerunt: *οἰκωφελισ*[αι]*αῖσιν· οικοφελι σαῖσιν* sine *σός· οἰκωφελιασσαῖσι· οἰκωφελία σαῖσιν ἐπάβολος.* Kiessl.

3. 4. *Θαρσοῖσ'* cod. Vatic. — *ὑμάρτη* dedit Brunck. ex apogr. Ald. *ὑμάρτει* Brodæus quoque jam attulit, habetque edit. Commel. [Reisk. observat, Brodæum afferre *ὑμάρπει*, et pro eo *ὁμάρτει* corrigere. *ὁμάρτη* ex tribus cdd. adnotat Gaisford. *ὑμάρτῃ* habet Junt. et *ὑμάρτει* Call. K.] Idem Brunckius in notis veram commendat scripturam *Νήλεω*, laudatque Perizon. ad Ælian. V. H. viii. 5. Neleus enim, Codri filius, relictis Athenis, quum in Ioniam pervenisset, condidit ibi sive instauravit atque munivit Miletum, teste eodem Æliano, l. m. ubi vid. Perizon. et Gronov. p. 533. [*Νείλεω* tuetur Wesseling. ad Herodot. ix. c. 97. p. 735. Conf. de hoc nomine Davis. ad Max. Tyr. xxxv. p. 623. Obs. Miscell. t. iii. p. 236. — Strabon. xiv. p. 500. Tz. (p. 633. Cas.) *καὶ Μίλητον δ' ἔκτισεν Νηλεὺς ἐκ Πύλου τὸ γένος ὤν.* Adde Siebelis. in Not. ad Hellen. p. 341. — Nos reliquimus *Νείλεω·* nam potest hoc *ει* esse dialecti, ut in *θείβαθεν, ἀείτα*, et aliis. Kiessl.] — *καλάμῳ χλωρὸν ὑπαὶ καλῷ* Brunck. ex conjectura Wartoni, ad metrum tuendum. Harl. Graefius etiam hoc proposuit: *ὅππα Κύπριδος ἱρὸν καλάμῳ χλωρὸν ὑπαὶ παχεῖ·* est enim arundinis peculiare genus *κάλαμος παχὺς καὶ κοῖλος, παρὰ ποταμοῖς φυόμενος, ὃς καὶ δόναξ καλεῖται, ὑπὸ τινῶν δὲ Κύπριος.* Dioscorid. D. Mat. Med. i. 114. — Briggs conjecit *ἁπλόω.* Jacobs. *χλωρὸν ἐπακτίω.* Equidem malim geminatione Æolica scribere *ἀππαλῶ*, ut Idyll. xxix. v. 36. *ἐννοχλεῖς·* aut sine adspiratione, *ὑπ' ἀππαλῶ·* quo ducit lectio cod. *ὑπαπάλω.* Scaliger *ὑφᾷ καλῷ.* — Athen. xiii. p. 572. F. *Ἄλεξις ὁ Σάμιος — τὴν ἐν Σάμῳ Ἀφροδίτην. ἣν οἱ μὲν ἐν καλάμοις καλοῦσιν, οἱ δ' ἐν ἕλει, Ἀττικαὶ φησὶν ἑταῖραι ἱδρύσαντο·* ex emendatione Valckenarii in Epist. ad Röver. p. xxix. ubi addit, Periclis in expeditione comites in Samo Veneri statuam dedicavisse, quæ a loco, in quo fuerat collocata, diceretur *Ἀφροδίτη ἐν καλάμοις*, sive *Ἀφροδίτη ἐν ἕλει.* Adde Jacobs. in Attisch. Mus. ii. 3. p. 179. ad fragmentum Athenæi lib. xiii. p. 595. Kiessl.

5. 6. *αἰτήμεθα* tres cdd. K. — Vs. 6. *τέρψομαι*] Futurum medium pro passivo: 'ut lætitiæ fructum capiam ex obtutu hospitis mei.' v. Hemsterh. ad Thom. Mag.

Δῶρον Νικιέας εἰς ἀλόχω χέρρας ὀπάσσομεν.
Σὺν τᾷ πολλὰ μὲν ἔργ' ἐκτελέσεις ἀνδρείοις πέπλοις,
Πολλὰ δ' οἷα γυναῖκες φορέοισ' ὑδάτινα βράκη.
Δὶς γὰρ ματέρες ἀρνῶν μαλακὼς ἐν βοτάνᾳ πόκως
Πέξαιντ' αὐτοετεί, Θευγενίδος γ' εἵνεκ' ἐϋσφύρω.
Οὕτως ἀνυσιεργός· φιλέει δ' ὅσσα σαόφρονες.
Οὐ γὰρ εἰς ἀκιρὼς οὐδ' ἐς ἀεργώς κεν ἐβολλόμαν
Ὀππάσαι σὲ δόμως, ἀμετέρας εὖσαν ἀπὸ χθονός.
Καὶ γάρ σοι πατρίς, ἂν ὤξ Ἐφύρας κτίσσε ποτ' Ἀρχίας,
Νάσω Τρινακρίας μυελόν, ἀνδρῶν δοκίμων πόλιν.

p. 852. et Valcken. ad Idyll. i. 26. Harl.

9. 10. Hemsterhus. pro Νικιέας scribendum putabat Νικιέα· at vide ad Idyll. xv. 10. — χέῤῥας est χεῖρας (quod ipsum habet cd. Vat.). v. Fischer. ad Weller. i. p. 151. qui citat Eustath. ad Iliad. α. p. 110. 37. Gregor. Corinth. p. 587. Maittair. de Dial. p. 270. — In edit. Florent. est ἀνδρείνοις. Hemsterhusii emendationem ἐκτελέσειν probabilem judicat Valcken. — Graefius suspicatur ἀνδρείους πέπλους, ut hæc sint addita ad ἔργα per appositionem. Recte, opinor. Kiessl.

11. ὑδάτινα βράκη, h. e. 'molliculas,' 'delicatulas,' quales fuerunt Milesiorum; vide Antipatri Epigramma in Toupii Epistola etc. ad Idyll. xv. p. 341. et confer Sapphus Fragm. xlii. ibique Ursin. et Wolf. Βράκεα vero, quæ multa arte solebant elaborari, pars erant vestitus muliebris. v. Warton. Harl. ὑδάτινα, wasserblaue. Ovid. Art. iii. 177. "Hic (color) undas imitatus habet quoque nomen ab undis: Crediderim Nymphas hac ego veste tegi." Lucret. iv. 1120. 'thalassina,' meerfarben. Conf. Voss. ad Virg. Georg. p. 844. De voc. βράκος, i. q. ῥάκος, vid. Gregor. Cor. p. 572. Maittair. p. 220. Beck. ad Aristoph. Plut. 540. Kiessl.

12. 13. μαλακὼς — πόκως pro forma vulgari Wintert. et Brunck. — δὶς — πέξαιντο· vid. ad Idyll. v. 98. — αὐτοετεί· nubem vocabulorum ex αὐτὸς compositorum collegit Passovius in libello sæpius citato p. 80. sq. — Vs. 13. εἵνεκ' ex ed. Winterton. in quasdam recentiores editiones, etiam Reiskian. et Valckenar. venit; ἕνεκ' veteres edd.; ἕννεκ' Brunck. ex ed. Flor. et apogr. Aldino. αὐτοεντεὶ — ἕνεεκ' — ἠΰσφύρῳ cod. Vat. — ἕννεκ' perplacet propter Æolica ἐγέννατο pro ἐγείνατο, κτέννω pro κτείνω, et similia. Vide Grammaticos citatos ad vs. 9. Kiessl.

14. οὑτῶς Brunck. Penelope, Helena (Homer. Odyss. iv. 130.), Lucretia, etc. lanificæ adsiduæ nemini non notæ. Adde Wartonum. Harl.

15. ἀκιρώς, 'ubi nullus manuum labor,' h. e. segnes, Winterton et reliq. recentiores. ἀκίρας vel ἀκιρὰς veteres editiones. Harl. "Forte legendum ἄχιρας vel ἄχερας pro ἀχείρας. neque in ædes manibus operariis carentes, a familia lanificio dedita desertas; neque in ædes segnes, quibus familia quidem non desit numerosa, veruntamen ea familia pigritiæ studeat atque desidiæ se tradat." Reisk. Conf. Schneideri Lex. Gr. s. v. ἀκιδνός. Kiessl. — ἐβαλλόμαν ex editt. Brubach. et Steph. venit in sequentes. Priscæ tamen habent ἐβολλάμαν· at ed. Commel. ἐβολλόμαν, qui antiquissimus scribendi mos fuit, pro ἐβουλόμην. vid. Koen. ad Gregor. Corinth. de Dial. p. 82 = 191. idque unice et jure, reor, probavit atque illustravit Toupius, rescripsitque Brunckius. [Adde Fischer. ad Weller. i. p. 105. K.] Etiam Valckenar. dedit ἐβολλόμαν, probatque Reiskium et Brunck., quorum ille suasit, hic recepit κεν pro μέν· ceterum Reiske malit κεν ἐβουλόμαν, aut potius παρεβολλόμαν, 'temerarium cepi consilium.' Warton probat vulgatum. Harl.

17. 18. h. e. Syracusæ, colonia Corinthiaca: nam Ephyra est Corinthus. [Vide ad Idyll. xv. 91. xvi. 83. De vocabulo κτίζειν usurpari solito de colonis deducendis conf. Wesselingii Obss. Var. l. ii. cap. xv. p. 208. sq. et Cuperi Obss. iii. 9. quas citat Siebelis. ad Hellen. p. 106. Kiessl.] — Vers. 18. μυελόν, 'medullam,' h. e.

Νῦν μὰν οἶκον ἔχοισ' ἀνέρος, ὃς πόλλ' ἐδάη σοφὰ
'Ανθρώποισι νόσως φάρμακα λυγρὰς ἀπαλαλκέμεν,
Οἰκήσεις κατὰ Μίλατον ἐραννὰν μετ' Ἰαόνων,
'Ως εὐαλάκατος Θευγενὶς ἐν δαμότισιν πέλῃ,
Καί οἱ μνᾶστιν ἀεὶ τῶ φιλαοιδῶ παρέχῃς ξένω.
Κεῖνο γάρ τις ἐρεῖ τῳ, ποτιδὼν σ', ἦ μεγάλα χάρις
Δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ· πάντα δὲ τιμᾶντα τὰ πὰρ φίλων.

Siciliæ partem fertilissimam. Simili metaphora usus est Callimach. H. in Del. 48. ex mente Vulcan. et Fabri, *μαστὸν Παρθενίης*, h. e. 'Samum pinguem:' sed compara Spanhem. aliosque interpretes. Harl. Adde Schol. ad Pind. Pyth. iv. 14. Lycophr. v. 534. Varro de R. R. i. 7. 10. "Cæsar — campos Roseæ Italiæ dixit esset sumen." Quæ repetit Plinius xvii. 4. extr. Kiessl.

19. 20. *ἔχοισ'* pro *ἔχουσ'* Winterton. Brunck. et Valcken. — *νόσως* pro *νόσους* Brunck. qui præterea in fine vers. 19. *σύφα* malit. Harl. Eustath. p. 631. 43. *σοφὸς σύφος Αἰολικῶς*. vid. Maittair. de Dial. p. 212. Kiessl.

21. 22. *ἐραννὰν* cod. sext. Vatic. edd. Flor. Reisk. Winterton. Valcken. et Brunck. idque Warton. et Toup. probarunt. v. Homer. Iliad. ι. 573. Vulgo *ἐρατεινάν*, quod contra metrum est. *ἐραστὴν* correxerat Scaliger. [*ἐραννὰν* ex quatuor cdd. adnotat Gaisford. K.] — Vers. 22. *πέλῃ* edd. Flor. Wintert. Reisk. Valck. etc. alii *πέλοι*. Harl. [Duo cdd. etiam *πέλει*, ut assolet. Kiessl.]

23. 24. Unus cd. *μνᾶσιν* — *παρέχοις*.

Vs. 24. pro vulgato *ἐρείτω* Scaliger conjecit *ἐρεῖ τῳ*, quod firmavit auctoritas apographi Aldini et cod. Vat sexti, receperuntque Brunck. et Valcken. Harl. Gaisford. ex uno cod. adnotat *κεῖνος* — *ἐρεῖ τῷ ποσείδων*. Kiessl.

25. *σὺν* pro *ξὺν* ex cod. Vatic. recepit Brunck. vide ad Idyll. x. 11. — *φίλων*] Forte repones, ex Vaticano sexto, *φίλω* pro *φίλου*· ubi pro *τιμᾶντα* scribitur *τιμᾶτα*· quod hic, licet inusitatum, non incommodum. Warton. Hujus quoque ultimam animadversionem adscribere juvat. "Qui legit hoc Idyllium, teneat animo, quod prius equidem monui, præstantissima fuisse vellera Milesia, artesque ideo lanam faciendi plurimum viguisse Mileti. Dignissima ergo tali munere, colo scilicet eburnea, pulcre expolita, Milesia mulier: ea præsertim, quæ tantopere lanificio præcellebat inter populares suas, ut, ipsius in gratiam, bis eodem anno matrices oves, lana mollissima præditæ, tonderentur. Aliter multa perit carminis hujus venustas." Conf. Virgil. Georg. iii. 306. sq. et Valcken. ad Adoniaz. v. 127. p. 406. Harl.

ΠΑΙΔΙΚΑ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κθ'.

ARGUMENTUM.

In elegantissimo hoc carmine, quod ad lyricum genus pertinet, poeta puero formoso, quem in deliciis habet, levitatem et inconstantiam in amore exprobrat, eumque, ut fide et constantia præstita famæ suæ consulat, hortatur. — De versibus Æolicis, quorum hæc est ratio :

```
 –
 ⏑⏑                         ⏑
 – –  – ⏑⏑  – ⏑⏑  – ⏑⏑  – ⏑ –
 ⏑
```

confer Hermanni Elementa Doctr. Metr. p. 360. sqq.

In Brunckii Analectis est Idyll. xxv. Digna sunt Wartoni verba, quæ hic repetantur : " In argumento Græco, quod, huic carmini præmissum, legere est in Vaticano sexto, dicuntur hæc *αἰολικὰ παιδικὰ*, quæ nempe scripsit in puerum quemdam, ejus amicitiam, levitate nimia, deserentem. Dein hæc de metro adferuntur : Τὸ δὲ *μέτρον τοῦτο σαπφικὸν πεντάμετρον τεσσαρακαιδεκασύλλαβον*. Forte vel pars, vel supplementum, poematis hujusce carmina sunt illa, *παιδικὰ* etiam dicta, quæ primus protulit magnus Casaubonus ad Diogenem Laertium, not. libr. ii. §. 71. p. 121. Titulum vulgatum, ΠΑΙΔΙΚΑ, commode illustrat Athenæus: *Στησίχορος δ' οὐ μετρίως ἐρωτικὸς γενόμενος, συνέστησε καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῶν ᾀσμάτων, ἃ δὴ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδικὰ ἢ παιδιά.* ' Stesichorus autem amori non mediocriter deditus, eum canticorum modum composuit, quæ olim *παιδικὰ* et *παιδιὰ* vocarunt, scil. pueriles lusus et delicias. lib. xiii. p. 601. ed. Casaub. Sic et *ὕμνους παιδείους*, ' hymnos in laudem puerorum,' memorat Pindarus Isthm. ii. 5. — Conferendus est huc inprimis Lexicographus in Montefalconii Biblioth. Coisl. p. 474." Fragmentum a Casaubono prolatum Reiskius infra post Epigrammata adjecit, Wartonus autem, Valcken. Brunck. aliique huic continuo Idyllio subtexuerunt. HARL. Hoc carmen Vir doctissimus, Frid. Thiersch in dissertatione, qua Specimen editionis Symposii Platonis dedit Gottingæ MDCCCVIII. p. 25. sqq. Alcæo tanquam auctori vindicare studuit. Ejus sententiam impugnavit vir præstantissimus Aug. Matthiae in Programmate Scholastico, Altenburgi MDCCCXV. edito. Summam disputationis horum duumvirorum hic suo loco repetimus. Quum hoc idyllium non in omnibus cdd. neque in vetustis editionibus, Aldina a. 1495. et Lovaniana a. 1520. quæ e cdd. expressæ sunt, perscriptum reperiatur, concludit inde Thierschius, esse id illis adnumerandum, quæ, rupta bucolicorum compage, Theocrito modo adscriberentur, modo, ut ab eo aliena, e reliquorum numero et contextu ejicerentur. Magis rem dubiam facit dialectus, qua scriptum est, Æolica, quæ post Sapphus et Alcæi ætatem, deficiente inter Æolenses poeseos flore, e carminibus jam dudum evanuerat. Sunt quidem formæ Æolicæ per librarios magnam partem carmini abstersæ et Doricæ illatæ ; sed non minima tamen earum copia etiamnum in vetustis exemplaribus imperitorum manus elapsa est. Est autem res nullius inter Græcos exempli, ut poeta aliquis nullo sive usu seu necessitate coactus sermonem patrium

damnet et dialectum peregrinam sequatur. Neque possunt derelictæ patriæ dialecti auctores afferri neque Tragici in choris, neque Aristophanes in Lysistrata extrema, neque Epici sequiores. Theocrito igitur adscribi non potest. — Pro Theocrito quidem carminis auctore non pugnat Matthiae; quanquam, quod de usu dialecti peregrinæ dixit Thiersch, de antiquioribus poetis Græcis ante Alexandri ætatem verum esse videtur, de Alexandrinis non videtur, siquidem etiam inter Callimachi hymnos, Ionica seu verius Epica dialecto scriptos, hymnus in lavacrum Palladis Doricam habet. — Tum nihil inest in hoc carmine dialecto Æolicæ proprium, nisi nonnullæ verborum formæ, quas Grammatici Æolibus tribuunt, ut ὄρπετον pro ἔρπετον v. 13. (quanquam ab ε in ο mutanda ne Dores quidem abstinuerunt:) ὔμοιον v. 20. στύματος et πεδέρχομαι pro μετέρχομαι v. 25., πέδα pro μετὰ v. 38. Nam ἆς pro ἕως v. 20. non tam Æolum est, quam Doriensium; τύ pro σύ et pro σέ enclitico v. 25. etiam Doricum est; et voce ῥέθος pro πρόσωπον v. 16. utuntur etiam Tragici, ut Sophocl. Antig. 529. Euripid. Herc. Fur. 1207. Non rectius igitur dici poterit hoc carmen dialecto Æolica scriptum esse, quam cantica lyrica in Atticorum poetarum fabulis Dorica; eodem etiam jure carmen 28. inter Theocritea Æolicum dici possit: in quo præter formas Æolicas, ut v. 3. ὐμάρτη (fortasse etiam βόλλεσθαι pro βούλεσθαι, ὀππάζειν pro ὀπάζειν Æolum magis quam Doriensium propria sunt;) reperitur etiam vox mere Æolica, βράκη pro ῥάκη v. 11. Contra litteræ Æolicæ s. digammi, qua ut poetas Æolicos omnes, sic Alcæum usum esse omnes consentiunt, ne vestigium quidem in carm. 29. reperitur. — Audiamus porro Thierschium. Quum igitur hoc carmen Theocrito adscribi nequeat, adscribendum est poetæ Æolico, et maxime quidem omnium ei, qui carminibus de puerorum amoribus inprimis inclaruit, Alcæo: cujus item ingenio, quale id cognitum habemus ex veterum criticorum judiciis et imitationibus Horatii (conf. de Alcæo Cicer. Tusc. iii. 33. Horat. Carm. i. 32. 11. Quintil. lib. x. c. 1. coll. Dionys. Hal. lib. inscripto: τῶν ἀρχαίων κρίσις· t. v. §. 8. p. 421. ed. Reisk. Horat. Od. xviii. lib. i.), hoc carmen egregie convenit. Nec metrum repugnat, quod constat ex dimetro choriambico catalectico –́ ◡◡ –́ ◡ –, qui novo choriambo in dactylum exsiliente augetur et a basi incipit, ita quidem: ◡ ◡́ – ◡◡ – ◡◡ –́ ◡◡ – ◡ –. Rem denique conficere videtur hoc Scholion in Platonis Symposium p. 51. (ad verba: οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής· p. 217. E. Steph. p. 107. Wolf.) οἶνος καὶ ἀλήθεια, ἐπὶ τῶν ἐν μέθῃ τὴν ἀλήθειαν λεγόντων. ἔστι δὲ ᾄσματος Ἀλκαίου ἀρχή· οἶνος, ὦ φίλε παῖ, καὶ ἀλήθεια. καὶ Θεόκριτος. τινὲς δέ φασιν, κ. τ. λ. Patet, hujus scholii auctorem, qui aperte hujus ipsius carminis initium respexit, locum Theocriti memoriter laudasse; hinc Attica forma ἀλήθεια est posita, et λέγεται omissum: quod tamen omitti licebat, quum solum proverbium respiceretur, οἶνος καὶ ἀλάθεα. Quod autem a Scholiasta ille versus Theocritei quoque versus initium dicitur; verba καὶ Θεόκριτος adscripta videntur ab alio quodam, qui hoc carmen, quod alter in suo Alcæo legisset, in Theocrito legeret. Denique si quæritur, qui sit factum, ut hoc carmen Alcæi ex ipsius auctoris libro decerptum bucolicorum carminum volumini insereretur; hoc non mirum videbitur ei, qui cogitaverit, non semel usurpatam esse hanc licentiam, ut diversorum auctorum opera, in simili argumento versantia, in unum volumen conjungerentur; atque Παιδικῶν horum argumentum fere totum redit in Idyllio xxiii. Ἐραστὴς ἢ Δυσέρως. Hæc Thierschius. Matthiae contra affirmat, pluribus de caussis se non adduci, ut credat, Alcæo tribuendum esse carmen. Primum enim dialectum Æolicam, qua Alcæus usus est, si quis ejus poetæ fragmenta vel pauca illa, quæ in Ursini et Stephani collectionibus leguntur, diligenter perlustraverit, longe plura a Dorismo recedentia habuisse, quam in hoc carmine occurrunt, intelliget. Deinde verosimile non est, Alcæi, in cujus carminibus emendandis Aristophanem et Aristarchum elaborasse accepimus (v. Villoison. Prol. ad Homer. p. lix. Schol. Aristoph. Plut. v. 253. et Hemsterh. ad h. l.), carmen aliquod ad Theocritum, æqualem fere illorum grammaticorum poetam, referri potuisse; tum multa quidem seriorum et poetarum et aliorum scriptorum opera antiquioribus tributa esse constat, antiquioris vel antiquissimi adeo carminis seriori poetæ assignati ne unum quidem exemplum ex tota antiquitate afferre quisquam possit. His argumentis Scholiastæ Platonis auctoritas non mediocriter labefactatur; magis vero etiam infringitur Scholio ad Lycophron. 212. ὅτι οἱ οἰνωθέντες τὰ τοῦ λογισμοῦ ἀπόῤῥητα ἐκφαίνουσιν· ὅθεν καὶ Ἀλκαῖος φησιν· οἶνος γὰρ ἀνθρώποις δίοπτρον. Quamvis enim hæc duo loca non ita inter se pugnent, ut alterutrum falsum esse necesse sit; — potuit enim Alcæus bis eamdem sententiam diversis verbis enuntiare

Οἶνος, ὦ φίλε παῖ, λέγεται, καὶ ἀλάθεα·
Κἄμμες χρὴ μεθύοντας ἀλαθέας ἔμμεναι.
Κἠγὼν μὲν τὰ φρενῶν ἐρέω κέατ' ἐν μυχῷ.
Οὐχ ὅλας φιλέειν μ' ἐθέλησθ' ἀπὸ καρδίας,
Γινώσκω· τὸ γὰρ ἅμισυ τᾶς ζοΐας ἔχω,
Ζῆ τὰν σὰν ἰδέαν, τὸ δὲ λοιπὸν ἀπώλετο.
Χὤταν μὲν τὺ θέλῃς, μακάρεσσιν ἴσαν ἄγω
Ἁμέραν· ὅκα δ' οὐκ ἐθέλῃς τύ, μάλ' ἐν σκότῳ.
Πῶς ταῦτ' ἅρμενα, τὸν φιλέοντ' ἀνίαις διδῶν;
Ἀλλ' αἴ μοί τι πίθοιο, νέος προγενεστέρῳ,
Τῷ κεν λώϊον αὐτὸς ἔχων ἔμ' ἐπαινέσαις·
Ποίησαι καλιὰν μίαν εἰν ἑνὶ δενδρέῳ,
Ὅππᾳ μηδὲν ἀπίξεται ἄγριον ὀρπετόν.

— tamen, quum Scholion ad Platonem tot aliis incommodis laboret, ut auctorem ejus errasse vix negari possit, ex hoc ad Lycophronem scholio causa simul erroris cognoscitur, et Scholiastam Platonis duo loca ejusdem sententiæ confudisse, et Alcæo tribuisse, quod Theocriti esset, intelligitur. Forsitan tamen hæc non est Scholiastæ culpa, sed ejus qui hoc Scholion descripsit, et locus ille sic scribendus est: ἔστι δὲ ᾄσματος Ἀλκαίου [ἀρχή· ** καὶ Θεόκριτος· οἶνος, ὦ φίλε παῖ, καὶ ἀλήθεια, ita ut versus Alcæi οἶνος γὰρ ἀνθρώποις δίοπτρον cum duobus præcedentibus omissus lacunam reliquerit. Est enim versus ille tertius in systemate Alcaico ⏑̄ – ⏑ – | ⏑̄ – ⏑ –, ut alii, quos servavit Heraclides Ponticus περὶ ἀλληγ. Ὁμ. p. 13. ed. Schow. Hactenus Matthiae, cui prorsus adstipulamur. Thierschii opinionem probarunt Boeckhius in Museum der Alterthums-Wissensch. ii. 2. p. 175. et Schneiderus. v. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 586. sq. Item Heindorfius ad Horat. Serm. p. 103. Atque jam ante Thierschium Alcæi hoc carmen esse suspicatus erat Philippus Wehnertus, referente Jacobsio ad Theocritum p. 245. a. 1808.— Hermanni de hac re hoc legitur judicium ad Vigerum p. 925. "Quod carmen nisi firmioribus argumentis, quam quæ ex scholiasta Platonis p. 51. depromta sunt, Alcæo vindicetur, non ausim ad hunc auctorem referre."

1 — 3. 'In vino est veritas.' v. Erasm. Chiliad. in Proverbb. Collect. Frcf. p. 450. Adde Toup. in Appendic. ad h. l. Mitscherlich. ad Horat. i. 18. affert ex Brunck. Gnom. Gr. p. 234. κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ. — Vers. 2. ad μεθύοντας intellige ὡς. v. ad L. Bos. Ell. p. 781. sq. κἄμμε et vers. 3. κἠγὼν Brunck. et κἠγὼν pro κἠγὼ etiam Valcken. — vers. 3. Thiersch. in Act. Monacens. t. i. p. 210. scribit: — μὰν ἐρέω, τὰ φρενῶν —. Repugnat Hermann. ad Viger. p. 926. Kiessl.

4. 5. ἐθέλησθα est indicativus. v. Matthiae in Gram. Gr. p. 247. — Vs. 5. γιγνώσκω Thiersch. l. c. qui formas γίνομαι et γινώσκω infimæ Græcitatis habet. At vid. Etymolog. p. 478. 49. 480. 54. — ἅμισυ pro ἥμισυ, quod Valcken. et Brunck. receperunt, legitur in multis codd. Iidem ex edd. Call. et Flor. dederunt ζοΐας· reliquæ omnes habent ζωΐας. Kiessl.

6. 7. Ζῆ pro ζᾷ Winterton. et Valcken. — τᾶς σᾶς ἰδέας (scil. ἕνεκα) correxit Warton. et Brunck. recepit. — Vs. 7. τὺ pro σὺ Brunck. et Valck. Harl. Ad vs. 6. conf. dicta ad Idyll. xiii. 38. Kiessl.

8. 9. Vulgo ὄκκα δ' οὐκ ἐθέλεις. Recepimus lectionem Schaeferi a pluribus cdd. apud Gaisford. confirmatam. Adde Hermann. ad Viger. p. 925. Thiersch. malebat, ὄκα δ' αὖτε θέλῃς τύ. — Vs. 9. ταῦτ' ἅρμενα cum Brunck. pro ταῦθ' ἅρμενα, quod reliquerunt Valcken. et Gaisford. — διδῶν Doricum est. Vid. Hermann. in Museo Antiq. Stud. vol. i. p. 232. et Buttmann. ibid. p. 242. διδοῖς quinque cdd. διδῶ Call. Kiessl.

10. 11. αἴ μοι cum Brunck. — Vs. 11. τῷ κεν cum Brunck. ex ed. Flor. et Schaefero, probat etiam Valck. Vulgo τῷ καί. Kiessl.

12. 13. καλιὰν] Schol. ad Apollon.

Νῦν δὲ τῶδε μὲν ἄματος ἄλλον ἔχεις κλάδον,
Ἄλλον δ' αὔριον· ἐξ ἑτέρω δ' ἕτερον ματῇς.
Καΐ κεν σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσῃ,
Τῷ δ' εὐθὺς πλέον ἢ τριέτης ἐγένευ φίλος·
Τὸν πρᾶτον δὲ φιλεῦντα τριταῖον ἐθήκαο.
Ἀνδρῶν τῶν ὑπερανορέων δοκέεις πνέειν.
Φίλει δ', ἄς κε ζόῃς, τὸν ὔμοιον ἔχειν ἀεί.
Αἰ γὰρ ὧδε ποῇς, ἀγαθὸς μὲν ἀκούσεαι
Ἐξ ἀστῶν· ὁ δέ τοί κ' Ἔρος οὐ χαλεπῶς ἔχοι,
Ὃς ἀνδρῶν φρένας εὐμαρέως ὑποδάμναται,
Κἠμὲ μαλθακὸν ἐξεπόνασε σιδαρέω.
Ἀλλ' ἀπρὶξ ἀπαλῶ στύματός σε πεδέρχομαι.

Rhod. i. 170. Καλιῇ, ἀντὶ τοῦ, οἰκίᾳ. κυρίως δὲ ἡ ἐκ κάλων κατεσκευασμένη. κάλα δὲ τὰ ξύλα. ξυλίναις γὰρ ἐχρῶντο τὸ παλαιὸν οἰκίαις. λίθων μηδέπω ἐπινοηθέντων. — Mox δενδρέῳ pro vulgato δενδρίῳ cum Valcken. et Brunck. Vid. Gregor. Cor. p. 589. — Vs. seq. Brunck. ὄππη sine iota subscripto. ὄππᾳ Valcken. Vulgo ὄππῃ. In cdd. est ὄπη et ὄποι· item ἀφίξεται. Tum ὀρπετὸν cum Valck. ex ed. Flor. pro vulgato ἑρπετόν. Obversabatur poetæ, monente Schaefero, Sapphicum illud: Ἔρως — γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον. Heph. Enchirid. p. 24. Ed. Volger. p. 46. Conf. Bion. Idyll. ii. et Theocrit. Idyll. xv. 120. sqq. KIESSL.

14. 15. Valck. malit νῦν δ' ἐν τῷδε. — Vs. 15. ματῆς sine iota pro ματεῖς Brunck. In cdd. est μάθης et μάτα. KIESSL.

16. Reiske pro vulgato καὶ μὴν ex ingenio dedit κ' αἴ μὲν, uti hic scribendum censuerunt etiam Scaliger, et Koenius ad Gregor. Corinth. p. 114 = 250. Nos cum Valcken. Toupio, Brunck. et Schaefero dedimus καΐ κεν, lectionem edit. Flor. et quinque codicum: item cum Toupio, Brunckio et Schaefero αἰνέσῃ pro αἰνέσαι. Brunckius tamen putat, bene quoque se scribere potuisse καί μὲν σεῦ — αἰνέσαι· et καὶ μὲν est in Ald. apographo. Ῥέθος, 'facies.' Hesychius: ῥέθος, πρόσωπον, παρειά. Toup. laudat Schol. ad Homer. Iliad. xxii. 68. Ῥέθεα λέγουσι τὰ τοῦ σώματος μέλη, ἐπειδὴ κατὰ παντὸς μέλους τὸ ζωτικὸν καὶ ψυχικόν ἐστι. Ῥέθη δὲ τὰ ζῶντα μέλη, δι' ὧν ῥέζομέν τι. Αἰολεῖς γὰρ ῥέθος τὸ πρόσωπον· καὶ ῥεθομαλίδας τὰς εὐπροσώπους. KIESSL.

17. τῷδ' conjunctim Brunck. et Valck. Non probo: vide ad Idyll. i. 11. KIESSL.

18. ἐθήκαο] Vitiosæ sunt lectiones ἔθηκας et ἔλειπες. VALCK. Thom. Briggs: τὸν πρᾶτον δὲ φιλεῦντα τριταῖον ἐθήκαο ἀνδρῶν· τῶς ὑπερηνορίαν δοκέεις πνέειν. KIESSL.

19. Brunck. admisit in textum Valckenarii suspicionem ad Euripidis Phœniss. v. 192. p. 62. χλιδώντων ὑπερηνορέων δοκέεις πνέειν· 'superbus amare videris delicatulos.' Hesychius enim: ἐμπνεῖ μοῦ, ἐρᾷ μου, ποθεῖ με. Valck. enim ὑπερηνορέων non genitivum pluralem, sed participium esse censet. Dissentit Reiske, et vulgata lectione probata, supplet πνεῦμα· 'spiras spiritum virorum superborum,' h. e. imitaris insolentes mores arrogantium. HARL. Sex cdd. ὑπερανορέων, quod reposui. KIESSL.

20. ἇς κε ζόῃς pro vulgato ὧς κε ζώῃς, 'dum vivas,' ex ed. Florent. et apographo Ald. receperunt Brunck. et Valck. hancque lectionem Æolicam aut Doricam Toup. eximiam esse contendit. ἇς, ἕως, ὅπως, μέχρις οὗ, Hesychius. Adde Koen. ad Gregor. Cor. de Dial. p. 81. (p. 188.). — Item Brunck. et Valck. ex apogr. Aldino Æolicum dederunt τὸν ὔμοιον, et Brunck. more suo, ἔχην pro ἔχειν. HARL.

22 — 24. τοι κ' ἔρος Brunck. ex Ald. apographo, cui adsentiuntur quinque cdd. Vulgo κ' abest. In edit. Flor. pro ἔρος est χρόνος. — Vs. 23. ὅς τ' ἀνδρῶν, Brunck. Usum verbi ὑποδάμναται illustrat Liebel. ad Archiloch. p. 192. sq. ὑποδάμνεται unus cod. — Vs. 24. σιδαρέω pro forma vulgari Valck. dedit. KIESSL.

25. Warton. conjicit ἀλλ' ἀπρὶξ ἀπαλῶ στόμ. σ' ἐπιδέρκομαι, et vertit: 'verun-

'Ομνάσθην, ὅτι πέρυσιν ἦσθα νεώτερος,
Χὤτι γηραλέοι πέλομες, πρὶν ἀποπτύσαι,
Καὶ ῥυσσοί, νεότατα δ' ἔχεν παλινάγρετον
Οὐκ ἔστι· πτέρυγας γὰρ ἐπωμαδίας φορεῖ·
Κἄμμες βαρδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλαβεῖν.
Ταῦτα χρὴ νοέοντα πέλειν ποτιμώτερον,
Καί μοι τὠραμένῳ συνεράν ἀδόλως σέθεν,
Ὄππως, ἀνίκα τὰν γένυν ἀνδρείαν ἔχῃς,
'Αλλάλοισι πελώμεθ' 'Αχιλλέϊοι φίλοι.
Αἰ δὲ ταῦτα φέρειν ἀνέμοισιν ἐπιτρέπεις,
'Εν θυμῷ τε λέγεις, Τί με, δαιμόνι', ἐνοχλεῖς;
Νῦν μὲν κὴπὶ τὰ χρύσεα μᾶλ' ἕνεκεν σέθεν
Βαίην, καὶ φύλακον νεκύων πέδα Κέρβερον·

tamen, utcunque hoc sit, etsi levis es et inconstans, o puer, non possum, quin tenerum tuum os semper defixis oculis intuear.' 'Αλλ' ἀπρίξ (pro vulgato ἀλλὰ πέριξ) edidit etiam Valcken. ex conjectura Casauboni; Brunck. autem dedit: ἀλλὰ πρός γ' ἁπαλῶ στύματός σε (in notis τὺ malit,) πεδέρχομαι· et στύματος, quod recepit Valckenarius, habent apograph. Ald. atque cd. Flor. HARL. Unus cod. στέματός, super ε scripto υ. KIESSL.

26. Ex versu præcedente hic adhæserant verba ἀλλὰ πέριξ μ'· ea tamen plures cdd. apud Gaisford. omittunt; hinc cum Gaisfordio omisi. Casaubonus sic legendum suspicatus est: οὐ μνάσθητι, ὅτι πέρυσ' ἦσθα νεώτερος· quo sensu, non exputat Valcken. qui se intellecturum esse dicit sic scripta: ὠνάθην, ὅκα δὴ πέρυσ' ἦσθα νεώτερος. Brunckius edidit: μνασθῆναι (μνασθῆμεν infra præfert) δ', ὅτι πέρυσιν ἦ. ν. Thiersch. legit: ἦ οὐ μνάσθης, ὅτι πέρυσιν ἔησθα νεώτερος. Hermannus contra ad Viger. p. 926. monet, proceleusmaticum ab hoc versuum genere alienum esse, neque ἦ οὐ μνάσθης scribi posse, sive antiquam lectionem, sive tempus verbi spectes. Μέμνασο, addit, primum fuit hujus versus vocabulum, monstrante id vetere scriptura. Ad omnem locum vs. 26 — 30. conf. Horat. iv. 10. ad Ligurinum. Thom. Briggs: κἀμνάσθην, ὅτι τοι πέρυσ' ἦσθα ν. KIESSL.

27. χὤτι γα — malit Valcken. Brunckio placet κὤττι. Quatuor cdd. ἐγκραλέοι. KIESSL.

28 — 30. δ' ἔχην (pro vulgato γ' ἔχειν) et vs. 30. συλλαβῆν· v. 31. πέλην· v. 35. φέρην dedit Brunck. In notis malit συλλάβην Æolice. v. Gregor. de Dial. Æol. §. lii. Valck. pro ἔχειν scripsit ἔχεν· et vs. 29. probat ἔντι, quod Brunck. dedit. Valck. retinuit βραδύτεροι, quod ex quatuor cdd. adnotat Gaisford. At ferri non potest ob primam correptam. Conf. Idyll. xv. 104. Thom. Briggs: κἄμμες βαρδύτεροι τὰ ποτώμενα συλλαβῆν. KIESSL.

31 — 33. Ταῦτα — ποτιμώτ.] Elegans locutio, πέλειν ποτιμώτερον, 'mitiorem esse et suaviorem.' Metaphora a vinis, quæ quo leniora, eo gratiora et potui matura esse solent. TOUP. ὅππως pro ὅπως Brunck. et Valcken. Pro ἔχῃς in apographo et pluribus cdd. ἔχεις. KIESSL.

34. 'Αχιλλέϊοι pro vulgato 'Αχιλλήϊοι cum Schaefero. KIESSL.

35 — 38. Valcken. scribendum putat αἰ δέ γε s. γα ταῦτα φέρ. ἀνέμ. ἐπιτρέπεις s. ἐπιτρέποις. Optativus est in apographo Scaligeri et in pluribus cdd. ἐπιτρόποις. Vulgo ταῦτά γε. Omisi γε, quod deest in uno cod., cum Gaisford. Schaefero et Thierschio, qui insuper ἐπιτρέπῃς scribendum censet. Indicativum, ut proprium sermonis familiaris, tuetur Hermannus. — Vs. 36. Brunck. Valck. alii θυμῷ τε pro θυμ. δέ. Thiersch. ita: ἐν θυμῷ δὲ λέγῃς — εἰνοχλεῖς; Hermannus: ἐν θυμῷ τε λέγεις — ἐννοχλεῖς; — Vs. 37. Vulgo μὲν δὴ κὴπί. Illud δὴ omiserunt jam Brunck. et Valcken. Atque Thierschius: νῦν ἂν κηπὶ· de qua mutatione Hermannus, νῦν μὲν κὴπὶ defendens, ita: " Nexum loci venustatemque tollas νῦν ἂν κὴπὶ scribendo.

Τόκκα δ', οὐδὲ καλεῦντος ἐπ' αὐλείαις θύραις
Προμόλοιμί κε, παυσάμενος χαλεπῶ πόθω.

Nam *μὲν* hic prorsus necessarium est, quia, quum statim subjungere deberet apodosin *τότε οὐκ ἂν προμόλοιμι*, præmittit descriptionem contrarii, quæ ob id ipsum carere ista particula non potest. *Βαίην* autem potuisse sine *ἂν* dici, quis jam dubitat?" — Vs. 38. Æolicum *πέδα* vitiose olim *παῖδα* scriptum erat. Conf. Schaef. ad Iamblich. de Vita Pythag. p. 219. Kiessl.

39. 40. *Τόκκα* pro *τόκα* cum Schaefero et Thierschio. — Vs. 40. Ad metrum fulciendum Thiersch. proposuit *προβλώσκοιμι* pro *προμόλοιμι*. De metro provocat Gaisford. ad Hephæst. p. 275. Kiessl.

ΕΙΣ ΝΕΚΡΟΝ ΑΔΩΝΙΝ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ λʹ.

ARGUMENTUM.

Adonide interfecto, quum Venus aprum, hujus facinoris auctorem, adduci jussisset, ille crimen diluere conatur, se pulcri pueri amore captum femora ejus osculari voluisse dicens. Deinde se Veneri offert, ut pœnas commissi sceleris a se sumat. Dea misericordia commota, vincula solvi jubet; ex quo tempore Venerem ultro sequitur.

— Hoc Idyllium tam ob argumentum quam ob metrum (cujus hæc est ratio: ⏓ ́ – ⏑ ́– ⏓ ́– ⏓. vide Hermanni Elem. Doctr. Metr. p. 475.) ad carmina Anacreontica referre licet. Adjectum quoque est ab carminum Anacreonticorum editoribus horum collectioni. Sed in antiquissimis Theocriteorum editionibus, Aldina, Calliergiana, et Lovaniensi inter Theocritea legitur. Wartonus hæcce adnotavit: "Hoc Idyllium Grammatici Theocriteis adscripserunt in secundo Codice Vaticano: sed non esse Theocriti, cum metri ratio, tum magis ipsa carminis indoles, haud obscure demonstrant. Anacreonti quidem tribuunt: et per me licet, inter odas illas argutulas haud incommode recenseatur, quæ sub Anacreontis nomine circumferuntur. Huc forsitan irrepsit, quod ejusdem generis argumentum Bio [in Ἐπιταφίῳ Ἀδώνιδος], cujus cum Theocriticis olim confusa carmina, tractaverit; quin est noster in Adoniazusis. Conf. Schol. ad Euripid. Hippolyt. v. 1420. et ibidem Barnesium." Dahlius carmen ab Theocrito non abjudicat, quippe quem non tantum in Bucolicis, sed in aliis etiam poeseos generibus excelluisse constet. — T. Faber ad Anacreont. ejus argumentum a veterum consuetudine, in pompis deorum ducendi leænas, apros, aliasque id genus feras, quæ domestico usu mansuefactæ fuerant, repetendum esse censet. Conf. Idyll. ii. v. 67.

Ἄδωνιν ἡ Κυθήρα
Ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη,
Στυγνὰν ἔχοντα χαίταν,
Ὠχρὰν τε τὰν παρειάν,
Ἄγειν τὸν ὗν πρὸς αὑτὰν

In Brunckii Analectis est Idyll. xxiv. Quæ in Anthologia Græca Poetica olim ad hoc odarium explicandum adnotavi, ea hic repetere supersedeo. HARL. In Fischeri editione Anacreontis legitur hoc carmen p. 240. KIESSL.

1. Vulgo Κυθήρῃ· quam formam Valcken. et hic et infra reliquit. Nos secuti sumus Schaeferum. KIESSL.

4. 5. τὰν pro τὴν Brunck. et Valcken.

Ἔταξε τὼς Ἔρωτας.
Οἱ δ' εὐθέως ποτανοὶ
Πᾶσαν δραμόντες ὕλαν,
Στυγνὸν τὸν ὗν ἀνεῦρον,
Δῆσάν τε κἀπέδησαν.
Χ' ὡ μὲν, βρόχῳ καθάψας,
Ἔσυρεν αἰχμάλωτον·
Ὁ δ', ἐξόπισθ' ἐλαύνων,
Ἔτυπτε τοῖσι τόξοις.
Ὁ θὴρ δ' ἔβαινε δειλῶς·
Φοβεῖτο γὰρ Κυθήραν.
Τῷ δ' εἶπεν Ἀφροδίτα·
Πάντων κάκιστε θηρῶν,
Σὺ τόνδε μηρὸν ἴψω;
Σύ μευ τὸν ἄνδρ' ἔτυψας;
Ὁ θὴρ δ' ἔλεξεν ὧδε·
Ὄμνυμί σοι, Κυθήρα,
Αὐτάν σε, καὶ τὸν ἄνδρα,
Καὶ ταῦτά μευ τὰ δεσμά,
Καὶ τώσδε τὼς κυναγώς,
Τὸν ἄνδρα τὸν καλόν σευ
Οὐκ ἤθελον πατάξαι·
Ἀλλ' ὡς ἄγαλμ' ἐσεῖδον,

ex cod. Vatic.—Iidem vers. seq. αὐτὰν pro forma vulgari. Harl.

12. ἐλαύνων] Vide ad Idyll. xiv. 35. Harl.

14. Warton. ad evitandum Ionismum legi jubet τοῖς γε τόξοις. Kiessl.

9. 20. Hesychius: ἴψαο· κατέβλαψας, ἔφθειρας. quæ glossa sumta est ex Hom. Il. α. 454. π. 237. Fisch. In cod. Vat. est ἤψω. Valcken. ἴψαο præfert.—Vs. 20. μευ pro μου Valck. et Brunck. Kiessl. ὁ ἀνὴρ est 'amator:' ut 'vir' ap. Terent. Andr. iii. 1. 2. coll. Hecyra i. 1. 2. Fisch.

28. Sensus ambiguus est, quum ἄγαλμα vel ut Accusativum ad Adonida, vel ut Nominativum ad ipsum aprum referre liceat. Priorem interpretandi rationem veram putavit Dorvillius ad Chariton. i. 1. p. 205. ed. Lips.; eandemque adoptavit ill. Vossius, vertens: 'Ich sah ihn für ein Bildniss;' alteram Bindemannus, vertens: 'Ich sah ihn — und versteinte,' itemque ven. Justi, qui in libro, Barden-Almanach von Gräter und Münchhausen auf 1802. inscripto novam vernaculam hujus Idyllii versionem proposuit. Dahl. Bindemanni rationem probo. Præterquam enim quod, si Adonis vocatur ἄγαλμα, in his verbis nihil laudis inest, neque intelligitur, quam ob causam aper ἄγαλμα osculari voluerit, etiam linguæ rationes hanc explicationem respuunt. Kiessl.

31. Vulgo ἐμαινόμην. Valck. ἐμαινόμαν. Harl.

32. κ' αἴ (i. e. καὶ εἰ) μευ κατεστυγνάζευ, 'et si mihi irata es,' ex ingenio correxit Reiske, et Brunck. hanc conjecturam, ut tolerabilem et bonum sensum præbentem, recepit, rejecta Valckenarii lectione, partim e codice, partim ex emendatione

Καὶ, μὴ φέρων τὸ καῦμα,
Γυμνὸν τὸν εἶχε μηρὸν
Ἐμαινόμαν φιλᾶσαι·
Καί μευ σίναζε κραντήρ.
Τούτους λαβοῦσα, Κύπρι,
Τούτους κόλαζε, τέμνε
(Τί γὰρ φέρω περισσώς;)
Ἐρωτικὼς ὀδόντας·
Αἰ δ' οὐχί σοι τάδ' ἀρκεῖ,
Καὶ ταῦτ' ἐμεῦ τὰ χείλη.
Τί γὰρ φιλεῖν ἐτόλμων;
Τὸν δ' ἠλέησε Κύπρις,
Εἶπέν τε τοῖς Ἔρωσι
Τὰ δεσμά οἱ 'πιλῦσαι.
Ἐκ τῶδ' ἐπηκολούθει,
Κὰς ὕλαν οὐκ ἔβαινε·
Καί, τῷ πυρὶ προσελθών,
Ἔκαιε τὼς Ἔρωτας.

Martini, V. L. iv. 16. profecta, quam Valckenar. in secunda etiam editione præfert: *Καί μευ ἔσινε κραντήρ·* 'at dens exsertus læsit:' (illud femur) quod vox *κραντήρ*, physiologis solis usurpata, minime poetica, nec propria sua significatione posita sit. Harl. In Anacreontis editione Brunckius Valckenarii emendationem recepit. — Nos cum Dahlio dedimus lectionem a Salmasio e cod. Palatino erutam, *καί μευ σίναζε κραντήρ·* nam vulgata *καί μευ κατεσίναζε* et metro repugnat, nec commode explicari potest. Scaliger: *καί μευ κατεκσίναζε*, h. e. *ἐφύβριζέ μοι.* Kiessl.

33—36. *περισσώς; ἐρωτικὼς* Doricas formas pro vulgaribus Valcken. cum Brunckio dedit. Idem Brunck. Vatic. codicem secutus, vocibus transpositis, probante Harlesio, legit: *τούτους λαβοῖσα τέμνε,* | *τούτους κόλαζε, Κύπρι.* Kiessl.

37—39. *αἰ δ' οὐχί — ἐμεῦ* Brunck. et Valcken. Vulgo *εἰ δ' οὐχί — ἐμοῦ.* Post versum 38. ex cod. Vat. cum Valcken. et Brunckio hunc versum, qui in omnibus vetustioribus edd. desideratur, inserui: *τί γὰρ φιλεῖν ἐτόλμων;* Harl.

40. *εἶπεν* 'jussit.' Duker. ad Thucyd. lib. vii. p. 462. Kiessl.

44—46. *Καὶ σύλαν* cod. Vat. unde correxit Valcken. in utraque edit. *Κὰς ὕλαν.* Brunck. tamen dubitat, an *καὶ ἐς* non bene in *κὰς* contrahatur, saltem Doricum *κὴς* præstare putat. In textu vero dedit *καί ῥ' ὕλαν·* et versu sequenti, ubi edd. pr. exhibent *καί τε πυρί*, correxit *καὶ δὴ πυρί·* versu denique ultimo retinuit et defendit lectionem Aldinam et cod. Vaticani, *Ἔρωτας.* Contra Valckenarius in priore editione cum Dorvillio ad Chariton. p. 462. (ed. Lips.) scripsit *ἐρῶντας*, quam lectionem in edit. 2. probat cum Martino et Luzacio; at in textu retinuit *Ἔρωτας.* Harl. Vers. 44. Hermann. in Elem. Metr. p. 476. emendat: *χὔλαν ἔτ' οὐκ.* Vers. 45. sq. recte Bindemannus ita intelligit, ut dicatur aper ad rogum, in quo Adonidis cadaver comburebatur, accessisse, seque desperatione adactus in ignem conjecisse. Pro se ipso, amore flagrante, dicit τοὺς *Ἔρωτας*, significantius: eleganter, non dixerim. Ceterum Reisk. et Brunck. de hoc loco citant Bayle Diction. v. Adonis, nota C. Scaliger cum aliis quibusdam suspicatur vs. 46. *ἔκλαιε*, ut sit sensus: 'suorum Amorum miseriam deplorabat.' In vetere quodam codice duo postremi versus desunt. Kiessl.

ΕΚ ΤΗΣ ΒΕΡΕΝΙΚΗΣ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ.

Hoc fragmentum *ἐκ τῆς ἐπιγραφομένης Βερενίκης* servatum est ab Athenæo vii. p. 284. A. Casaub.; commemoratur etiam ab Eustathio ad Homeri Iliad. *ν. ἱερὸν ἰχθὺν* p. 1067. 41. In eo emendando inprimis elaboravit Toupius in Addend. ad Theocrit. Warton. p. 408.—Berenice, quæ vers. 3. vocatur 'dea,' est celeberrima Ægypti regina, conjux Ptolemæi Lagidæ, quæ inter deos relata a filio Ptolemæo Philadelpho (conf. Idyll. xv. 106—108. xvii. 34. sqq.) omnium rerum credebatur abundantiam benignissimo numine suppeditare. Conf. Casaub. ad Athen. vii. p. 50.

Καί τις ἀνὴρ αἰτεῖτ' εὐαγρεσίαν τε καὶ ὄλβον,
Ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωή, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα,
Σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεᾷ ἱερὸν ἰχθύν,
Ὃν λεῦκον καλέουσιν, ὁ γὰρ φιαρώτατος ἄλλων,
Καί κε λίνα στήσαιτο καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσας
Ἔμπλεα.

1. Lectio *εὐαγρεσίαν* debetur Toupio. Antea legebatur *ἐπ' ἀγροσύνην*, quod Valcken. in Epist. ad Röver. p. xxii. in *εὐαγροσύναν* refinxerat. Idem tamen postea cum Brunckio Toupii emendationem recepit. De voce *εὐαγρεσία* disputat Toup. ad Suidam v. *'Ηέρος*. Kiessl.

2. Vulgo, *ἐξ ἁλὸς ᾧ ζώει*. Lectio recepta debetur Toupio: estque *ἀνὴρ ᾧ ἐξ ἁλὸς ζωή*, 'piscator qui ex mari victum comparat.' Theocrit. vii. 60. 'de avibus marinis,—' *ὅσαισί περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα.* Antipater in Epigram. Anthol. lib. iii. p. 371. —*ὁ δ' ἐκ πόντοιο ματεύων ζωήν, ἐκ πόντου καὶ μόρον εἱλκυσάμην.* Hesychius: *Ζωή, ἡ πρὸς τὸ ζῆν χορηγία.* Kiessl.

3. *'Ακρόνυχος.* Perperam Reiskius, 'summis unguibus.' Suidas: *ἀκρόνυξ· τὸ ἄκρον τῆς νυκτός. καὶ ἀκρονυχία, ὁμοίως, διὰ τοῦ ο μικροῦ. 'Ακρώνυξ δὲ καὶ 'Ακρωνυχία, τὸ ἄκρον τοῦ ὄνυχος, καὶ τοῦ ὄρους, διὰ τοῦ ω μεγάλου.* Nicand. Ther. 762. *ἀκρόνυχος·* quod Scholiastes recte explicat, *ἑσπερινός.* Sophocl. Ajac. 283. *ἄκρας νυκτός·* ad quem loc. conf. Lobeckium et Schaeferum. Kiessl.

4. Pro vulgato *θ' ἱερώτατος* Toupius egregie correxit *φιαρώτατος*. Rationem reddit poeta, cur iste piscis *λεῦκος* appellatur. Hesychius: *φιαρόν, λαμπρόν, καθαρόν.* Nicander Alex. 91. *φιαρὴν γρηῦν* vocat 'florem' sive 'spumam lactis.' Adde, quos item Toup. laudat, Callimachum apud Etymol. M. v. *φιαρός*, p. 793. 23. et Theocrit. xi. 21. Kiessl.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ

ΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

α΄.

Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα, καὶ ἡ κατάπυκνος ἐκείνα
Ἕρπυλλος κεῖται ταῖς Ἑλικωνιάσιν.
Ταὶ δὲ μελάμφυλλοι δάφναι τίν, Πύθιε Παιάν·
Δελφὶς ἐπεὶ πέτρα τοῦτό τοι ἀγλάϊσεν.

Epigrammata hæc, quæ primus vulgavit Zacharias Calliergus, neque in Aldina Theocriti editione, neque in Lovaniensi quatuor annis post Romanam facta, exstant. Aliquanto ea quam Calliergus locupletiora edidit Henr. Stephanus et in Principibus Poetis Græcis Carminis Heroici et in Anthologia Planudea p. 516—518. Eadem sunt repetita in Appendice Anthol. Wechel. p. 19—21. et in Jacobsii Anthologia Graeca tom. i. p. 194. sqq. coll. Animadvers. vol. i. P. poster. p. 191. sqq. —De indole horum poematiorum hanc dixit sententiam Wartonus: "Ob venustatem simplicem cum quibuslibet antiquorum merito conferendi sunt hi lusus. Si quis igitur acumine delectatur, idque solum quærit in hoc genere, moneo, prorsus prætereat et intacta relinquat Epigrammata Theocriti." Sex prima Epigrammata sunt ex genere bucolico; insuper primum et secundum referenda sunt ad ἀναθηματικά seu 'votiva.' Et in primo quidem poeta exponit, quid Musis et Apollini voveat. Kiessl.

α΄. 1. Pro κατάπυκνος in edit. Flor. et inde in margine Stephani male legitur κατάκαρπος. Harl.

2. Ex serpyllo, quod hic videmus Musis fuisse dicatum, fiebant coronæ. Conf. Paschal. de Coron. iii. cap. 17. Harl. *Serpyllum* veterum aliud fuisse videtur, ac nostrum Germ. Quendel. Schreber. Quendel. wilder Thymian, Feldkümmel. Thymus Serpyllum L. Ita Vossius ad Virgil. Ecl. p. 59. adde eundem ad Georg. iv. 31. p. 739. et interpretes ad Meleagri Carm. i. 54. Ultima in cd. Vat. sic leguntur: κῆται ταῖς Ἑλικωνιάσιν. Kiessl.

4. Recte scriptus est hic versus, cujus lectio non sollicitanda: Δελφὶς πέτρα τὴν ἀγλαΐαν τούτου τοῦ δένδρου σοὶ ἔφυσε. Scilicet ἀγλάϊσε significationem hic transitivam habet. Huc forte respexit Hesychius: ἀγλαΐζει· θάλλει. Posterius hoc verbum sæpe etiam transitivum est. Alexander Ætolus [Anal. t. i. p. 419.] Πειρήνης ὕδωρ θαλλήσει μέγαν υἱόν. Brunck. Toupius in Addendis p. 406. corrigit: Δελφίδ' ἐπεὶ πέτραν. 'Delphicam enim petram hæ tibi ornarunt.' τοῦτο scil. τὸ δένδρον. Ep. ἀδέσπ. DCI. πολλάκι καὶ Βρομίου κλήμασί σ' ἠγλάϊσε. Mihi quidem neque Brunckii explicatio, neque Toupii mutatio videtur admittenda, quum lectio vulgata, si τοι cum ἐπεὶ conjungas, commode sic possit explicari: 'nam profecto Delphica petra hoc decore nituit.' Aliquot cdd. offerunt τοῦτοι et τοῦτο οἱ. ἀγλάϊσεν cum ν paragogico Callierg. quam literam Stephanus omisit.—Δελφὶς πέτρα est ap. Sophocl. Œd. T. 472. et Eurip. Androm. 998. Kiessl.

Βωμὸν δ' αἱμάξει κεραὸς τράγος οὗτος ὁ μαλός,
Τερμίνθου τρώγων ἔσχατον ἀκρέμονα.

ΑΛΛΟ. β'.

Δάφνις ὁ λευκόχρως, ὁ καλᾷ σύριγγι μελίσδων
Βωκολικὼς ὕμνως, ἄνθετο Πανὶ τάδε·
Τὼς τρητὼς δόνακας, τὸ λαγωβόλον, ὀξὺν ἄκοντα,
Νεβρίδα, τὰν πήραν, ᾇ ποκ' ἐμαλοφόρει.

ΑΛΛΟ. γ'.

Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ, Δάφνι, σῶμα κεκμακὸς
Ἀμπαύων· στάλικες δ' ἀρτιπαγεῖς ἀν' ὄρη.

5. ὁμαλὸς conjunctim veteres edd. ὁ μαλὸς recentiores, in his Valckenarius, aut μαλλός, ut Wartonus metri causa voluit et Brunckius dedit. Et Wartonus, qui primo verterat, 'cornutus ille, qui totus est villus,' postea probavit Toupii explicationem: "τράγος μαλὸς est 'caper albus;' idem μαλὸς et μαλλός etc." v. ad Idyll. xxvi. 1. Priamus tamen Ulyssem apud Hom. Iliad. γ. 197. comparat ἀρνειῷ—πηγεσιμάλλῳ, 'cum ariete densi velleris,' quem antea dixerat, κτίλος ὥς, 'aries veluti.' Reiskius de conjectura reposuit ὁ μάχλος, 'ille lascivus, salax.' Harl. Hesychius: μαλός, λευκός. μάλουρις, ἥτις τὴν οὐρὰν ἔχει λευκήν.

6. Τέρμινθος, Τερέβινθος, Terebinthus ad Pistaciae genus a Linneo relata. Terbenthinbaum. Schreber. περμίνθου in cd. Vat. a pr. manu. Kiessl.

II.

Daphnis musicæ, venationi et amori renuntians, tibias, pedum, jaculum cet. Pani dedicat. Inde etiam in cod. Vatic. inscriptio: Ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Δάφνιδος. Dahl.

β'. 1. Hunc versum laudat Suidas in λευκόχρως. Kiessl. καλὰ, adverbialiter, 'pulcre fistula modulans hymnos bucolicos,' malit Wartonus, at præter necessitatem, etiam Valckenario censente; neque a Wartono citatus locus Apollon. Argon. i. 577. σύριγγι λιγείῃ καλὰ μελιζόμενος, huc quadrat, quod hic substantivum suum jam habet adjectivum, n. λιγείῃ. Harl.

2. Βωκολικὼς ὕμνως cum Brunckio, Valcken. aliisque recepimus pro vulgato βουκολικοὺς ὕμνους, quod etiam Anthol. cd. Vat. habet, et Reisk. ex vett. libris reduxit. Juniores editiones βωκολικούς. Kiessl.

3. Cum Brunckio, Valcken., Dahlio et Jacobsio recepimus emendationem Salmasii ad Solin. t. i. p. 585. A. proditam, a Wartono et Bod. a Stapel ad Theophrast. iv. p. 478, probatam atque jam ab Anthol. Ms. Vat. quatuorque cdd. apud Gaisf. in quibus est τρητοὺς pro vulgato τρισσούς, confirmatam, τρητώς, i. e. 'fistulam ex perforatis arundinibus compactam.' Eidem lectioni favet Eratosthenes Schol. qui hoc carmen expressit Ep. iii. τὼς τρητὼς δόνακας, τὸ νάκος τόδε,—Ἄνθεσο Πανὶ φίλῳ, Δάφνι γυναικοφίλα. Conf. Jacobs. Lectionem τρισσὼς (eine Syringe aus drei Röhren) tamen tuetur J. H. Vossius ad Virgil. Ecl. p. 72.—De vocabulo δόναξ Harlesius citat Lampium de Cymbalis Veterum p. 94. sq. Kiessl.

4. τὴν πήραν vulgo. τὰν Valcken. cum cd. Vat. καὶ πήραν Brunck.—ἐμαλοφόρει] Alludit ad morem amantium, mala ad amatas suas perferendi. conf. Idyll. ii. 120. iii. 10. xi. 10. Kiessl.

III.

γ'. Daphnis, quem pastorem venatoremque fuisse constat ex Idyll. i. 116. plagis in sylva relictis, in antrum concesserat, ubi somnum caperet. Huc eum Pan et Priapus, formosi pastoris amore inflammati, sequuntur. Jacobs. De Pane venatore ejusque ira vid. Idyll. i. 16. Observ. Miscell. x. 56. et Wartonum, qui hæc credit adscripta fuisse statuæ pastoris dormientis, in antro collocatæ. Kiessl.

1. κεκμακώς, Vat. et tres alii apud Gaisford. Non displicet Jacobsio: ἀμπαύει τὸ σῶμα, κεκμακὼς ὤν. Idyll. i. 16. ἦ γὰρ ἀπ' ἄγρας Ταυίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται. Kiessl.

2. στάλικες, proprie 'sudes adustæ,' quibus imponebant retia, v. Warton. et

Ἀγρεύει δέ τυ Πάν, καὶ ὁ τὸν κροκόεντα Πρίηπος
  Κισσὸν ἐφ' ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος,
Ἄντρον ἔσω στείχοντες ὁμόρροθοι. ἀλλὰ τὺ φεῦγε,
  Φεῦγε μεθεὶς ὕπνου κῶμα καταγρόμενον.

ΑΛΛΟ. δ'.

Τήναν τὰν λαύραν, τὼς αἱ δρύες, αἰπόλε, κάμψας,
  Σύκινον εὑρήσεις ἀρτιγλυφὲς ξόανον,

Arnald. Græc. Lectt. ii. 9. p. 164. Equidem signum pro re signata intelligo atque interpretor: 'quid dormis? omnia ad venatum jam parata sunt.' Harl. Unice probo Jacobsium, qui hunc locum sic expedit: "Hunc versum sensu proprio accipio. Daphnis, venationis labore lassus, feris insidiari desierat, quum, en, ipse in libidinosorum deorum insidias incidit. Eleganter poeta ludit in notissima de Panis in Daphnidem amore fabula. Conf. Meleagr. Ep. xlvii. Diodor. Zon. Ep. vi. Glauc. Ep. ii." Kiessl.

3. Ἀγρεύειν, de amore eleganter positum, illustrat Schrader ad Musæum p. 253. sq.; et Xenophontem in Memorab. Socr. totum locum, metaphora a venatu sumta, eleganter ornateque tractasse, notum est. Vide Xenoph. M. S. i. c. 2. §. 24. ibique Ernesti.—De Priapo Tibull. i. 4. 1. ubi vide Broukhus. "Sic umbrosa tibi contingant tecta, Priape, Ne capiti soles, ne noceantque nives." Harl. In carmine ad Priapum (Lus. 82.), quod vulgo Tibullo adscribunt, similiter v. 7. dicitur Priapus "sacrum revinctus pampino caput." Adde Catull. xix. 10. De usu verbi ἀγρεύειν, quod de amantium insidiis accipitur, Jacobs. laudat Ep. Rhiani vii. et facete dictum Demarati ap. Plutarch. t. ii. p. 220. C.—Πρίαπος duo cdd. apud Gaisford. Kiessl.

4. κισσὸν κροκόεντα intelligit Toupius 'hederam croceas baccas' s. 'corymbos ferentem,' et laudat Dioscor. ii. 210. καρπὸν κροκόεντα vocat Theocritus Idyll. i. 31. Harl.

5. ἄντρου cd. Vat. et tres alii apud Gaisford.—ὁμόρροθοι 'simul.' Schol. Aristoph. in Av. 852. ὁμορροθῶ, Σοφοκλέους ἐκ Πηλέως, ἀντὶ τοῦ τὸ αὐτὸ φρονῶ. ὁμορροθεῖν δὲ κυρίως τὸ ἅμα καὶ συμφώνως ἐρέσσειν. Ad locum Aristoph. conf. Beckium. Kiessl.

6. καταγρόμενον, quod vulgo legitur, Toupius in Cur. poster. p. 44. nauci non esse pronuntiat. Hinc scribit καταρχόμενον, quod Brunckio genuinum visum est. At idem Toup. in Addendis p. 406. corrigit, κατεγρόμενος· 'tu vero, somno remisso, surge demum et fugam capesse.' Κατεγείρεσθαι ait esse, 'e somno te ipsum excitare idque ocius et sine mora.' Atque hoc κατεγρόμενος Valckenarius genuinum censet. Jacobsio lectionem καταρχόμενον sive καταρχομένου, quod fortasse est concinnius et nonnihil præsidii habet in lectione cd. Vat. καταγομένου, tueri videtur Scholiast. ad Nicandr. Alex. 455. τὴν μεταξὺ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως καταφορὰν κῶμα καλοῦσιν.—Heinsius et Brodæus καταγρόμενος legi jubent. Reliquis lectionibus aptior mihi quoque καταρχομένου videtur.—Ex verbis Scholiastæ Nicandri τὸ κῶμα significat somni initium et finem. Alii tamen de gravi somno interpretantur: ut Theophan. Nonus c. xxix. Tom. i. p. 114. κῶμα λέγεται ὁ βαρὺς καὶ παρὰ φύσιν δυσέγερτος ὕπνος. Vide inprimis Foesium Œcon. Hipp. v. p. 223.—Etiam J. H. Vossius ad Virgil. Ecl. p. 246. ὕπνου κῶμα vertit des Schlummers Betäubung, dictionisque abundantiam comparat cum similibus; ut Ecl. v. 26. "graminis herba." Georg. i. 134. "frumenti herba." Adde Sophocl. Trach. 20. εἰς ἀγῶνα μάχης. Virgil. Æn. xii. 598. "certamen pugnæ." Cic. ad Q. Fratr. i. 1. (p. 151. Schütz.) "prœlii dimicatio." Virgil. Æn. vii. 6. "agger tumuli." Sophocl. Antig. 421. ibique Erfurdt. et ad Sophocl. Electr. 692. Schaeferum. Kiessl.

IV.

δ'. Pastor statuam Priapeiam et amœnissimum locum, quo dedicata est, describit, simulque ampla sacrificia vovet Priapo, ut se ab amore Daphnidis, quo depereat, liberet. Dahl.

1. τώς ('ubi'), sic scriptum, non τῶς, ut est in editione Valckenarii (cui tamen et τώς et τῶς hoc loco vitiosum videtur), tuetur Hermannus in libro de Emend. Rat. Gr. Gram. p. 113. sq. In cod. Vat. est

Τρισκελὲς, αὐτόφλοιον, ἀνούατον· ἀλλὰ φάλητι
Παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν.
Σακὸς δ' εὖ ἱερὸς περιδέδρομεν ἀέναον δὲ
Ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοσε τηλεθάει
Δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ·
Ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι
Ἄμπελος, εἰαρινοὶ δὲ λιγυφθόγγοισιν ἀοιδαῖν
Κόσσυφοι ἀχεῦσιν ποικιλότραυλα μέλη·
Ξουθαὶ ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀνταχεῦσιν,
Μέλπουσαι στόμασιν τὰν μελίγηρυν ὄπα.
Ἕζεο δὴ τηνεί, καὶ τῷ χαρίεντι Πριήπῳ
Εὔχε' ἀποστέρξαι τοὺς Δάφνιδός με πόθους·

πόθι, quod et ipsum probari potest. Conf. notata ad Idyll. xxii. 199. — De voce *λαύρα* vide Casaub. ad Athen. xii. 10. p. 848. *λαύρη. δημόσιος στενωπὸς καὶ ἄμφοδον, ῥύμη, ὁδὸς, δι' ἧς οἱ λαοὶ ῥέουσιν.* Conf. Polluc. ix. 38. qui excitat locum Homeri Od. χ. 120. et Athen. xii. p. 540. F. 541. A. Kiessl.

2. In Edit. Flor. Biblioth. Senatus Lipsiensis antiqua manus notavit lectionis varietatem *ξύλινον*, quod monuit Leichius in Praef. ad Carm. sepulcr. p. ix. at *σύκινον* non tentandum. "Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum." Horat. i. serm. viii. 1. et *ξύλινον* habet primam correptam. *εὑρησεῖς* Brunck. Kiessl.

3. Quum Priapum uno potius pede, sive palo plerumque niti constet, Jacobsius pro *τρισκελὲς* proponit *ἀσκελές*, 'durum et aridum.'—*αὐτόφλοιον*, 'rude lignum,' ut Idyll. xxv. 208. K. *φάλητι.* Sermo est de Priapo, qui etsi auribus carebat, membro tamen virili non carebat. *φάλης* est 'ea pars viri, qua viri sumus.' Vocem non semel usurpat Aristophanes. —Hesychius: *φαληρός, ὄρνις λιμναῖος, καὶ ΦΑΛΗΣ, τὸ δερμάτινον καὶ ξύλινον αἰδοῖον.* Ita scribendus iste locus.—Idem autem *φάλης* et *φάλλος*. Toup. in Addend. p. 409. ubi multus est de h. v. Harl.

4. Pro vulgato *παιδογόνῳ* scripsimus *παιδογόνω* cum Valcken. et Dahlio. Idem probat etiam Jacobsius. Sosipater Ep. i. *παιδογόνῳ Κύπριδι τερπόμενος.*—*Κύπριδος ἔργα*, 'nuptias,' 'amores.' Sic Homer. Hym. in Ven. 1. Hesiod. O. et D. 521. Musæus vs. 141. ubi v. Schrader. Adde Jacobs. ad h. l. Kiessl.

5. *κᾶπος δὲ σκιερὸς* ed. Flor. et hinc margo Steph. Etiam in ed. Call. ad *σακὸς* adscriptum est *γρ. κᾶπος*, quod probat Brodæus. item cd. Med. apud Gaisford. offert *κᾶπος*. Reiskius amplectitur *σκιερός*. Salmasius ad Herod. Attic. v. 103. e cod. vetusto legendum affirmat *ἕρκος δ' εὖ ἱερόν*, quod confirmat etiam cod. Vat. in quo est *ἕρκος δ' εὐθ' ἱερόν*. Toupius vulgatam tuetur laudato scholio ad Euripid. Phœniss. 1017. et Valckenar. ad Ammon. p. 154. sq. pro *εὖ ἱερὸς* tamen legi jubet *εὔϊερος*, quod sic conjunctim sæpe occurrit in hymnis Orphicis. Atque hoc reposuit Brunckius. Recte, opinor. Contra cod. Vat. lectionem commendat etiam Liebel. ad Archiloch. p. 89. sq. ubi illustrat verbum *περιδέδρομε*. Kiessl.

7. *κυπαρίττω* tres cdd. apud Gaisford. Kiessl.

8. *ἄμπελος βοτρυόπαις*, 'vitis uvas, ut liberos, gignens,' fortasse ex Ione Chio i. 7. p. 161. ubi uvæ *παῖδες πυκινοὶ τῆς ἀμπέλου.* Ex Theocrito Philippus Ep. xlv. *ἄγχεις τὴν Βρομίου βοτρυόπαιδα χάριν.* Jacobs.

9. 10. *εἰαρινῷ* Call. et nonnullæ aliæ editt.—10. *ποικιλότραυλα μέλη* illustrat Dorvill. in Vanno Crit. p. 153. et Warton. ad h. l. Kiessl.

11. 12. *ξουθαὶ δ'* cd. Vat. in coll. Dorvill.—*μινυρίσματα*, 'querelæ,' inprimis lusciniæ tribuuntur. Conf. Jacobs. et ad Horat. v. Carm. ii. 26. interpretes.—*ἀνταχεῦσι* pro vulgato *ἀντιαχεῦσι* est ex emendatione Scaligeri, quam cum Toupio probarunt Brunck. Valckenar. alii. —Vers. 12. *μέλποισαι* Brunck., *μέλπουσι* Vat. et *μέλποιτε* in margine. *μελίγαρυν* duo cdd.

Κεὐθὺς ἐπιῤῥέξειν χίμαρον καλόν, ἢν δ' ἀνανεύσῃ,
 Τοῦδε τυχών, ἐθέλω τρισσὰ θύη τελέσαι.
Ῥέξω γὰρ δαμάλαν, λάσιον τράγον, ἄρνα, τὸν ἴσχω
 Σακίταν· αἴοι δ' εὐμενέως ὁ θεός.

ΑΛΛΟ. ε'.

Λῆς, ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν, διδύμοις αὐλοῖσιν ἀεῖσαι
 Ἁδύ τί μοι; κἠγὼν πακτίδ' ἀειράμενος
Ἀρξεῦμαί τι κρέκειν· ὁ δὲ βωκόλος ἄμμιγα θέλξεῖ
 Δάφνις, καροδέτῳ πνεύματι μελπόμενος.

Parisiens. ap. Gaisford.—Adde de hoc loco Ruhnken. Epist. Crit. i. p. 166. sq. KIESSL.

13. 14. ἕσδεο Brunck.—Pro ἀποστέρξαι, quod verbum legimus Idyll. xiv. 50., Vat. offert ἀποῤῥέξαι, quod Jacobsio ortum videtur ex ἐπιῤῥέξειν sequentis vers. ubi Vat. membr. iterum ἀποῤῥέξαι legunt. Coll. Dorvill. in vs. 14. ἀποστρέψαι, et vs. seq. ἀποῤῥέξαι. In nomine Δάφνιδος h. l. prima corripitur. Similia exempla collegit Clark. ad Homer. Iliad. β. 537. KIESSL. "Quæ sequuntur, non satis expedita sunt. Is qui loquitur, duo, sed plane diversa, rogari cupit Priapum: ut deus aut amorem in ejus pectore exstinguat, aut contra amoris fructum ei concedat. Si Priapus concesserit prius, hœdum; si posterius, tres victimas accipiet. Sed quis est, qui hoc carmine loquatur? Cur caprario (vide v. 1.) mandat preces ad deum Lampsacenum facere? Quomodo denique Priapus efficere potest, ut amoris flamma in pectore quiescat?" JACOBS.

15. "Vulgatum ἢν δ 'ἀνανεύσῃ in hoc contextu verum esse nequit. Dedi ἐπινεύσῃ, quod in Scholiis ad Anthologiam (v. Leichii Præf. ad Carm. Sepulcr. p. ix.) repertum est, quodque Valckenarius quoque præferendum censebat. Heinsius ita distinguere et scribere volebat: κεὐθὺς ἐπιῤῥέξειν χίμαρον καλόν, ἢν κατανεύσῃ." DAHL. καλὰν Vat. ap. Dorv. idem νεύοι, et duo alii cdd. ap. Gaisford. ἄρα νεύσῃ. Equidem nondum video, cur ἀνανεύσῃ repudietur. Nam hoc ipso, quod Priapus precantis pectus Daphnidis exsolvere nolet amore, ingenium Priapeum se prodit. KIESSL.

16. τοῦδε τυχών. Daphnidis compos factus. Lectionem ed. Call. et aliarum veterum τρισσοθύην revocarunt Reisk. et Brunck. Vulgata a Stephano profecta et a cd. Vat. confirmata, a Valckenario restituta est. KIESSL.

17. 18. De hoc verbi ῥέζειν usu vid. ad Lamb. Bos. p. 200.—τ' ἄρνα Vat. et vs. seq. νεύοι pro αἴοι.—De vocabulo σακίτας vid. Schol. ad Idyll. i. 10. et Porti Diction. Dor. s. h. v. KIESSL.]

V.

ε'. Hoc elegans et vere bucolicum epigramma, quod tabulæ cuidam pictæ adpositum fuisse, ad mentem consiliumque pictoris explicandum, Wartonus sinistro judicio censuit, merus est lusus ingenii. Dorvillius ad Chariton. ii. 5. p. 188. (p. 314. Lips.) e codicibus Mss. emendatius id reddidit, rationibus quidem mutationum non adjectis. KIESSL.

1. Λῆς, sine iota subscripto, Brunck. Μοισᾶν pro νυμφᾶν præbet Vat. Ad hunc vers. conf. Idyll. i. 12. KIESSL.

2. κἀγὼ Dorvill., improbante Valckenario. De 'pectide' confer notata ad Iamblich. de Vita Pythagor. p. 257.—ἀειρόμενος Vat. KIESSL.

3. ταξεῦμαι Vat. 'constituam ipse me eo in loco, ut—, ipse mihi hoc muneris imponam, ut—.' Hanc lectionem probarunt Dorvill. et Reiskius. Vulgatam recte in literis ad Wartonum datis tuitus est Toupius laudato Idyll. vii. 95. ἀλλὰ τόγ' ἐκ πάντων μέγ' ὑπείροχον, ᾧ τυ γεραίρεν ἀρξεῦμ'. Adde Homer. Odyss. viii. 9. —Mox Vaticanus βουκόλος ἐγγύθεν αἰσεῖ, quod, monente Jacobsio, ductum est ex Idyll. vii. 72.—βωκόλος Valcken. et Brunck.—De verbo κρέκειν conf. Perizon. ad Æliani H. V. lib. iii. cap. 32. KIESSL.

4. καροδέτῳ ex Ms. Dorvill. Reisk. Brunck. Valcken. aliique. Vulgo κηροδέτῳ. KIESSL.

Ἐγγὺς δὲ στάντες λασίας δρυός, ἄντρου ὄπισθεν,
Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες ὕπνου.

ΑΛΛΟ. ς'.

Ἆ δείλαιε τὺ Θύρσι, τί τοι πλέον, εἰ καταταξεῖς
Δάκρυσι διγλήνους ὦπας ὀδυρόμενος;
Οἴχεται ἁ χίμαρος, τὸ καλὸν τέκος, οἴχετ' ἐς ᾅδαν·
Τραχὺς γὰρ χαλαῖς ἀμφεπίαξε λύκος.
Αἱ δὲ κύνες κλαγγεῦντι. Τί τοι πλέον, ἁνίκα τήνας
Ὀστέον οὐδὲ τέφρα λείπεται οἰχομένας;

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ. ζ'.

Ἦλθε καὶ ἐς Μίλατον ὁ τῶ Παιήονος υἱός,
Ἰητῆρι νόσων ἀνδρὶ συνοισόμενος

5. *λασιαυχένες ἐγγύθεν ἄντρου* Vat. ap. Dorvill. atque *λασιαύχενος* hinc adoptavit Dorvillius. Quam lectionem vulgata haud paulo doctiorem esse existimat Jacobsius. Mihi tamen parum eleganter antrum virgultis et arbustis obsitum et quasi horridum hoc epitheto ab animalium hirsutorum cervice petito (conf. Hom. h. in Mercur. 224.) videtur insigniri. Vulgatam cum Valckenario Wartonus, Harlesius, Dahlius, recte tuentur. Kiessl.

6. *αἰγιβόταν ὀρφανίσωμεν* vulgo. Lectionem receptam, jam a Stephano prolatam, præter Dorvillii cd. etiam tres alii apud Gaisford. assensu firmant. De nomine *αἰγιβάτης* conf. Graefium ad Meleagri Ep. 27. 2. p. 72. et Passovium in libello de Lex. Gr. p. 17.—Ceterum pastor hoc Epigrammate permissum putat, quod caprarius Idyll. i. 15. sqq. ut nefas fugit. Kiessl.

VI.

ς'. Hoc epigrammate Thyrsidem consolatur de capella, quam lupus ipsi ereptam devoraverat. Wartonus et hujus epigrammatis fundum causamque fuisse picturam autumat, simulque, non magis probabiliter, suspicatur, hoc epigramma, unumque etiam atque alterum præterea esse fragmenta vel excerpta libri Elegorum, quem Theocritus scripsisse perhibetur. Dahl.

1. *ὦ* pro *ἆ* habet Vat. *ὦ δειλὲ* cd. Paris. ap. Gaisf, *δειλὲ* item duo alii. Mox pro vulgato *τί τὸ πλέον* ex Vat. cum Schaefero rescripsi *τί τοι πλέον*; Solet enim in hac formula pronomen addi, ut ostendunt loca allata in Matthiaei Gram. Gr. p. 514. sq. aut certe articulus abesse, ut in Meleagri Epigr. xxiii. *τί δὲ πλέον*; Kiessl.

2. *διγλήνως* et *ὀδυρώμενος* Vat. Kiessl.

3. *Οἴχομαι* frequens est verbum de mortuis. Theocriti locum expressit Alciphron i. 38. p. 172. (p. 231. Wagn.) *οἴχεται Βακχὶς ἡ καλή, Εὐθύκλεις φίλτατε, οἴχεται.* Ad quem locum conf. Berglerum. Adde Wartonum et Pierson. Verisimil. p. 54.—De delphino Oppian. Hal. v. 464. *σκύμνος ἀεξηθείς, ὀλίγον βρέφος.* Kiessl.

5. 6. *τοι πλέον* pro vulgato *τὸ πλέον* etiam hic dat Vat.—Vs. 6. Reiskii conjecturam *ὀστέων οὐδὲ τέφρα*, 'ne cinis quidem ossium,' immerito a Brunckio, Dahlio, et Gaisfordio receptam esse, docet Schaefer. ad Bosii Ellipses p. 777. *ὀστίον—λείπετ' ἀποιχομένας* Vat. *ὀστίον* item alius cd. ap. Gaisf. Kiessl.

VII.

ζ'. "In Æsculapii signum, Eetionis manu affabre factum, quod Nicias, qui Mileti artem medicam exercebat, posuerat. Nicias is est, cui Theocritus dedicavit Idyll. xi. et ad cujus conjugem colum eburneam misit Idyll. xxviii. ubi vide inprimis v. 9. et 19." Jacobs. Adde Idyll. xiii. Kiessl.

1. *Μίλατον* et *τῶ* pro formis vulgaribus præbet Vat. Kiessl.

2. *Συνοισόμενος.* Sic cod. Vatic. [et quinque alii apud Gaisford. K.] vulgo *συνεσσόμενος*, quod illius interpretamentum est. Etiam in Asclepiadæ Epigr. v.

Νικίᾳ· ὅς μιν ἐπ' ἆμαρ ἀεὶ θυέεσσιν ἱκνεῖται,
Καὶ τόδ' ἀπ' εὐώδους γλύψατ' ἄγαλμα κέδρω,
'Ηετίωνι χάριν γλαφυρᾶς χερὸς ἄκρον ὑποστὰς
Μισθόν. ὁ δ' εἰς ἔργον πᾶσαν ἀφῆκε τέχναν.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΟΡΘΩΝΟΣ. η'.

Ξεῖνε, Συρηκόσιός τοι ἀνὴρ τόδ' ἐφίεται Ὄρθων,
Χειμερίης μεθύων μηδαμὰ νυκτὸς ἴῃς.

4. ex eodem libro *συμφέρομαι* revocandum. Soph. Philoct. 1084. *ἀλλ' ἐμοὶ Καὶ θνήσκοντι* (i. e. *θανόντι*) *συνοίσει*. Bene Scholiastes: *σὺν ἐμοὶ ἔσῃ*. Cum Sophocleis compares Agathiæ Epigr. lviii. 3. *τὰ γὰρ κενὰ κύδεα φωτῶν Ψυχαῖς οἰχομένων οὐ μάλα συμφέρεται*. SCHAEFER.

3. *ἆμαρ* pro *ἦμαρ* Vat. quod cum Schaefero restituimus.—*θυέεσσιν*, lectionem vett. editionum (nam juniores dant *θύεσσιν*) Reisk. et Brunck. revocarunt. KIESSL.

4. *εὐώδους* primus dedit Stephanus, quum antea post Calliergum *εὐώδου* vulgaretur.—*γλύψατ'*, 'sculpi curavit.' Hunc medii usum pluribus hic exemplis illustrat Schaefer.—*κέδρω*. hujus arboris ligno veteres sæpe utebantur ad *ξόανα*. Conf. Virgil. Æn. vii. 177. et Jacobs. ad Theocriti locum. KIESSL.

5. 6. *'Αετίωνι* duo cdd. ap. Gaisf.—vs. 6. Achill. Tat. vi. 6. p. 252. *ἰδὼν δὲ ὁ Θέρσανδρος τὸ κάλλος ἐκ παραδρομῆς—ἀφῆκε ψυχὴν ἐπ' αὐτήν*. Pro vulgato *τέχνην* in Vat. est *τέχναν*. KIESSL.

VIII.

η'. De Orthone Syracusano, qui quum in extera terra noctu ebrius domum rediret, in via periit.—Leonidæ nomen hoc epigramma in veteri quodam cod. Ms. referente Hemsterhusio ad Hesych. Albert. t. i. 1352. præfert. Hinc a Brunckio in Theocriteis omissum inter Leonidæ Tarentini epigrammata relatum est, idemque factum videmus in Jacobsii Anthologia (t. i. p. 174. coll. Animadverss. vol. i. p. post. p. 129.). Quem Hemsterhusius codicem intellexerit, non constat. At teste Wartono in cod. Anthologiæ Cephalæ Parisino, et observante Jacobsio in cod. Anthol. Vaticano hoc epigramma revera Leonidæ epigrammatibus insertum legitur. Contra in Append. Planud. Antholog., in Calliergi et ceteris Theocriti editionibus Theocrito adscribitur.—Conf. Epigramma Martialis l. xi. Ep. 83. a Jacobsio repetitum. KIESSL.

1. *Ξεῖνε*· de hujus compellationis vi conf. Schaeferum ad Mansonis edition. Bionis et Moschi alteram p. 234.—*Συρακόσιος* et *Ὄνθων* apograph. Hemsterh. Prius reposuit Brunck. KIESSL.

2. *Χειμερίας* apogr. Hemsterhus. et Brunck.—*ἴῃς* pro vulgato *ἴοις* scripsimus cum edit. Junt. et Schaefero. Est enim hæc *ἐφετμή*, non *εὐχή*. KIESSL.

3. *μόρον· ἀντὶ δὲ φίλης* apogr. Hemsterh. *μόρον* rescripsit Brunck.—Lectionem vulgatam *πολλᾶς* Toupius apud Wartonum ita tuetur, ut, subaudito vocabulo *γῆς*, quod etiam Epigr. xi. 3. et Idyll. xxii. 59. subintelligendum est, locum sic interpretetur: 'Pro patria terra eaque multa et præclara, peregrino tumulo exceptus sum.' Toupio adsentitur Wartonus, monens, veteres infortunium credidisse, si quis 'exigua' tantum terra coopertus sepeliretur. Hinc Lacon (Idyll. v. 43.) Comatæ salsis dicteriis incensus, imprecatione vulgari optat, ne 'profunde' ille sepeliretur. Vetus inscriptio ap. Gruterum p. dclv. 3. "At tibi dent superi, quantum, Domitilla, mereris, Qui facis, exigua ne jaceamus humo." Vulgatam item tuetur Schaeferus citato loco Moschi Idyll. iv. v. 28. *δόμον κάτα πολλὸν ἐφοίτων*. Eundem Moschi locum eodem consilio citavit H. Vossius in Programmate. Nec Valckenario vulgata displicet. Hermannus contra miratur, *πολλᾶς* a quoquam defendi potuisse. Nam "Moschi," inquit, "locus nullo pacto comparari potest, in quo *πολλὸν* adverbialiter dictum esse epicus sermo docet. Nec ea de re dubitari potest. Fortasse in Theocrito scribendum *ἀντὶ δὲ βώλου πατρίδος*." In mutationem *βώλου* incidit jam Heinsius. Addaei Ep. ix. *Αἰγαίην κεῖμαι βῶλον ἐφεσσάμενος*. Ob eundem Addaei locum Jacobsio sic scribendum videtur: *ἀντὶ δὲ πάτρης ὀθνείην κεῖμαι βῶλον ἐφεσσάμενος*. Dioscorides

Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δὲ πολλᾶς
Πατρίδος ὀθνείην κεῖμαι ἐφεσσάμενος.

ΑΛΛΟ. θ'.

Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
Ναυτίλος ἴσθ'· ὥς ἐστ' οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.
Δείλαιε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
Ἠπείγευ κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης.
Ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε· δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτὴν
Ποντοπορῶν αὐτῇ Πλειάδι συγκατέδυς.

Ep. xxi. Φιλόκριτον—ξείνῳ Μέμφις ἔκρυψε τάφῳ, Ἔνθα δραμὼν Νείλου ὁ πολὺς ῥόος ὕδατι λάβρῳ Τἀνδρὸς τὴν ὀλίγην βῶλον ἀπημφίασεν.—Joan. Auratus conjecit ἀντὶ παλαιᾶς· cui conjecturæ assentitur Stephanus. At Stephanus item proposuit Πέλλας, in quod idem incidit Koehlerus ratus hoc esse epitaphium hospitis Pellaei Syracusis mortui. Reiskius πότνας ('venerabilis'). Denique Brunckius ex ingenio, ut videtur, rescripsit: ἀντὶ δὲ γαίης. Dahlio omnium maxime placet φίλης, si vulgata sollicitanda videatur. φίλος sæpius primam producit; ut Iliad. iv. 155. xxi. 308. adde Ilgen. ad Homer. Hymn. p. 531. Kiessl.

4. ὀθνείων duo cdd. ap. Gaisford.—ἐφέσσασθαι γαῖαν eleganter, a poetis præcipue, dici solere eos, qui diem supremum obeunt, et terra mortui conduntur, docet Hemsterhusius ad locum Hesychii memoratum. Conf. Apollon. Rh. i. 691. Adde interpretes ad Iliad. iii. 56. Kiessl.

IX.

θ'. Hoc epigramma neque in Calliergi editione legitur, neque in Theocriteis ad calcem Planudeæ. Prius ejus distichon solum extat in ipsa Antholog. Planud. p. 253. (366. W.), unde Stephanus adscivit in Collect. Princip. Poet. Gr. Duo posteriora disticha primus addidit Graevius in Comment. ad Hesiodi Oper. et Dier. versum 619. (cap. xiv. p. 69. ed. Cler.) cujus hæc sunt verba: "Quam periculosi sint circa occasum Pleiadum cursus maritimi, insigni exemplo ostendit Theocritus in epigrammate in Cleonicum, qui circa occasum Pleiadum in mari periit. Hujus epigrammatis quatuor versus nunc primi edimus ex codice Palatino veterrimo, quem Fridericus Sylburgius contulit cum Anthologia; in qua, ut in Theocriti editionibus, prius solum distichon exstat." Totum epigramma a Reiskio positum est in fine Theocriti, et hoc loco ante epigramma εἰς ἄγαλμα Μουσῶν solum prius distichon. Reiskium Harlesius sequutus erat. Nos sequimur Brunckium et Valckenarium. J. H. Vossius in versione Theocriti vernacula ex his 6 versibus duo epigrammata fecit, quorum prius versibus 1. 2. continetur, alterum quatuor reliquis versibus. Jacobsio totum epigramma Theocriti carminibus eximendum videtur. Kiessl.

1. παρώρην junctim Vat. Kiessl.

2. Brunck. dedit: ναυτίλος ἔστι καὶ ὡς οὐ π. etc. quam lectionem sumsit ex cod. Planudeæ, in quo scriptum fuit: ναυτίλος ἴσθι καὶ ὡς οὐ etc. ad ναυτίλος subauditur γίνου. Reiskius conjecit: ναυτίλλου· ἴσθι γὰρ ὡς, et comparat Epigr. Callimachi xxi. Toupius emendavit: Ναυτίλος ἴσθ', ὡς ἐστ' οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος. A facilitate sensus valde commendabilis est Koehleri emendatio: ναυτίλος· ἴσθι γὰρ ὡς οὐ π. ἀ. β. 'Homo, parce vitæ tuæ, non intempestive navigando; scias enim vitæ humanæ summam brevem esse.' Harl. Wakefield. in Sylv. Crit. iv. p. 198. distinguit: ναυτίλος ἴσθι· καὶ ὡς—ubi ἴσθι pro γίνου positum censet ex observatione Ammonii p. 64. Sed hoc sensu positum ἴσθι participium adsciscere monet Jacobsius. Nos cum Valckenario, Dahlio, aliisque Toupii lectionem adoptavimus. Vulgata hæc est: ναυτίλος ἴσθι· ὡς οὐ πολ. ἀ. β. Kiessl.

6. Graevius edidit ποντοπόρος ναύτης—συγκατέβης—Emendatior lectio, quam cum Valcken., Schaefero aliisque reposuimus, debetur Piersono Veris. i. 3. p. 41. et cod. Vat. in quo est: ποντοπορων αὐτηι Π. συγκατεδυς. Jacobsius comparat Callimachi Epigr. xlviii. de Lyco quodam.—Ad versiculi sententiam illustrandam conf. Hesiodi O. et D. 616—620. Kiessl.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΜΟΥΣΩΝ. ί.

Ὑμῖν τοῦτο, θεαί, κεχαρισμένον ἐννέα πάσαις
Τὤγαλμα Ξενοκλῆς θῆκε τὸ μαρμάρινον,
Μουσικός· οὐχ ἑτέρως τις ἐρεῖ· σοφίῃ δ' ἐπὶ τῇδε
Αἶνον ἔχων, Μουσέων οὐκ ἐπιλανθάνεται.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΕΥΣΘΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΟΣ. ια'.

Εὐσθενέος τὸ μνᾶμα· φυσιογνώμων ὁ σοφιστής,
Δεινὸς ἀπ' ὀφθαλμοῦ καὶ τὸ νόημα μαθεῖν.
Εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα·
Χ' ὑμνοθέτης αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ἦς.
Πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει τεθνεὼς ὁ σοφιστής·
Καίπερ ἄκικυς ἐών, εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.

X.

ί. Hoc epigrammate Xenocles musicus ob signum marmoreum Musis dedicatum laudatur. Kiessl.

1. ἐννέα πάσαις, 'omnino novem.' Hanc significationem in numeris indicandis πᾶς habet. v. Ernesti ad Callim. H. in Dian. v. 105. Ita sæpe Herodot. ut lib. i. p. 20. ed. Stephan. κτήνεά τε γὰρ τὰ θύσιμα πάντα τρισχίλια ἔθυσε. Moschus i. v. 6. (ubi vide quæ in Antholog. Gr. poetica adscripsi,) ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν. Harl. [Jacobsius laudat Bernard. Martin. Var. Lectt. l. iii. 22. p. 75. Adde Viger. p. 135.—Pro ἐννέα πάσαις in cd. Vat. est ἄνθετο πάσαις et vers. seq. pro θῆκε ibidem legitur τοῦτο. Kiessl.]

3. Pro ἑτέρως editt. ante Stephanum ἕτερος habent. Sensus est: eum peritum esse musicum, nemo infitias ibit.—σοφίῃ, 'artis peritia.' σοφίᾳ et τᾷδε Vat. Kiessl.

XI.

ια'. In Eusthenem, sophistam et physiognomonem, in terra peregrina ab iis, quibus non sanguine conjunctus, sed virtute carus erat, honorifice sepultum. In cod. Vat. hoc xi. sicuti viii. epigr. Leonidæ, Tarentino puta, adscribitur. Dahl.

1. Quam physiognomoniam intellexerint veteres, vide ap. Aristotelem Analyt. Prior. L. ii. 28. Eidem tribuitur de hac arte liber peculiaris, quem cum aliis scriptoribus physiognomoniæ veteribus edidit Jo. Georg. Frid. Franzius, Altenburgi, MDCCLXXX. 8. —ἀπ' ὀφθαλμοῦ. Unum artis fontem poeta indicat, reliquis omissis. Nam ex omnibus corporis partibus de hominis natura et indole statuebant physiognomones; quanquam ex oculorum obtutu præcipue. Kiessl.

3. ἔγραψαν quatuor codices ap. Gaisford. Kiessl.

4. χ' ὑμνοθέτης vulgo, quod retinuit Dahl. χ' ὑμνοθέτας—δαιμονίοις—ἦν Vat. χ' ωμνοθέτης αὐτῆς ἀλίμων ὡς—et δαιμονίως alius cd. ap. Gaisford. atque αὐτῆς et ἀλίμων ὡς item in aliis cdd. exstat. Reiskius conjecit: χ' ὁμνοθέτης ἐν τοῖς δαιμονίοις Φιλοκλῆς· 'in quibus etiam erat divinus poeta Philocles.' quam conjecturam Valckenarius merito absurdam vocat. Heinsius, secutus emendationem Brodæi χ' ὑμνοθέτης αὐτοῖς, versum ita interpretatur: 'etiam ipsis poetis ibi notus et acceptus erat: a quibus postea epicedium meruit. Itaque ne hoc quidem honore caruit, quem poetæ conferunt.' Hanc emendationem probarunt et in textum receperunt Toupius, Brunckius, Valckenarius. Negari tamen non potest, sic αὐτοῖς languere. Ex cod. Vat. locus sic legi potest: χ' ὑμνοθέταις αὐτὸς δαιμονίοις φίλος ἦς. Hoc ἦς ex vett. edd. reduxit Toupius. Kiessl.

5. πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει vulgo et in cod. Vat. ἐπέοικε τύχεν conjecit Auratus, quam conjecturam assensu suo probarunt Stephanus, Toupius, et Brunckius, qui sic scripsit. Recte, opinor. Wartono in mentem venit: πάντ' ὧν, ὡς ἐπέοικεν, ἔχει.—τεθνεὼς Vat. et tres alii codd. ap. Gaisf. Kiessl.

6. Vulgatam lectionem καίπερ ἄκικυς ἐὼν tuetur Reiskius. Pro ἄκικυς, quod judice

ΕΙΣ ΤΡΙΠΟΔΑ ΤΩι ΔΙΟΝΥΣΩι ΑΠΟ ΔΗΜΟΤΕΛΟΥΣ. ιβ'.

Δαμοτέλης ὁ χορηγός, ὁ τὸν τρίποδ', ὦ Διόνυσε,
Καὶ σὲ τὸν ἥδιστον θεῶν μακάρων ἀναθείς,
Μέτριος ἦν ἐν παισί· χορῷ δ' ἐκτήσατο νίκην
Ἀνδρῶν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ προσῆκον ὁρῶν.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΤΗΣ ΟΥΡΑΝΙΑΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ. ιγ'.

Ἡ Κύπρις οὐ πάνδημος. ἱλάσκεο τὴν θεὸν εἰπὼν
Οὐρανίαν, ἁγνᾶς ἄνθεμα Χρυσογόνας

Schaefero Græcum non est, recepimus ex cod. Vat. et quatuor aliis ap. Gaisford. ἄκικυς, i. e. ἀσθενής, ἀδύνατος. Idem verum videbatur Palmerio in Exercit. p. 815. Vide Hesych. v. ἄκικυς. Jacobsius de hoc loco sic disserit: "Memoratu dignum videbatur Theocrito, Eusthenem, hominem et peregrinum et opibus destitutum, amicos habuisse, qui eum non minus ac necessarium colerent. Idque inprimis ad Eusthenis laudem facit. Singulari enim virtute instructus sit oportet, qui inter peregrinos, unius virtutis causa, nec per vitam modo, sed etiam post mortem, tam sedulos amicos repererit." Elegantem tamen Heinsii conjecturam, in quam et Huetius incidit p. 80., magis probarunt Valckenarius, Brunckius (qui eam in textu reposuit) et Toupius, qui in Addendis p. 407. hæc habet: "Dicit poeta, sophistam illum, etsi non uxorem habebat nec liberos aut propinquos, habuisse tamen, qui exsequias suas curarent."—Plerosque peregre viventes fuisse parum in illa republica, in qua sedem fortunarum fixerant, potentes, Reiskius hic docet ex Xenophont. Memorab. Socr. ii. 1. §. 13. 14. Kiessl.—κηδεμόνες non fuerunt, qui proxime juncti erant sanguine, sed 'adfinitate juncti.' Hesychius: κηδεμόνες, οἱ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖοι. v. Valcken. ad Euripid. Phœniss. v. 431. p. 159. sq. Harl.

XII.

ιβ'. In Demotelem, qui quum in choro virorum victoriam reportasset, Baccho tripodem et simulacrum dedicaverat. Kiessl.

1. In nomine viri, cujus victoria hoc epigrammate celebratur, mire cdd. inter se discrepant. In edd. vett. Δαμομέλης est: in cod. Vat. et binis ap. Gaisford. Δαμομένης. At in lemmate cod. Vat. idem vocatur Δημομέδων, quod verum esse suspicatur Jacobsius. In alio cod. Δαμογένης. Theocr. Reiskius male probavit Δαμομέλης.—χοραγὸς Vat. ap. Dorv. Kiessl. Choregi sive Choragi fuerunt, qui sumtus præberent ad ludos et ὄψον, h. e. choragium, quo instruebantur theatrum et chorus. vide van Dalen ad Antiqq. et Marmora etc. pag. 674. sqq. Demosth. Orat. de Corona cap. 78. et quæ ibi p. 430. adscripsi. Harl. [Adde Wolfii Prolegom. ad Orat. Leptin. p. lxxxix. Jacobsius h. l. χορηγὸν non eum intelligit, qui sumtus præbet, sed ducem chori. Hoc colligit ex v. 3. ubi idem olim inter pueros certasse dicitur. Hoc sensu Dorienses vocabulum χορηγὸς et χορηγεῖν accipere solebant, teste Athen. l. xiv. p. 633. B. Polluc. ix. 41. Vide ad Simonid. Ep. lxxvi. et Casaub. ad Sueton. Vit. Aug. c. 52. ubi de τρίποσι χορηγικοῖς agens, hoc Epigramma profert. Kiessl.]

[illegible] καί σε unus cd. ap. Gaisf. ἥδιστον Vat. Kiessl.

3. μέτριος, 'moderatus.' v. Aristoph. Plut. 245. et quæ ad Demosthen. Orat. de Corona p. 320. sq. notavi.—παισὶ ex vett. edd. ante Stephan. cum Reiskio et Brunckio restitui pro vulgato πᾶσι· (in Vat. πᾶσι·) inter pueros fuit moderatus; in chorea vicit viros. Conf. Dorvill. ad Chariton. p. 61. (p. 236. Lips.) Harl. Vulgatam lectionem Heinsius in Lectt. Hesiod. 306. explicare conatus Demotelem 'in omnibus excelluisse' ait. Male; nam in eo, qui de victoria certat, τὸ μέτριον εἶναι præstantiæ significationem habet nullam. Melius itaque Graevius in Lectt. Hesiod. c. vii. p. 34. hæc verba non ad certamina refert, sed Demotelem in omnibus rebus modum tenuisse, ubique modestum fuisse significari ait. Verum sic contextus turbatur, qui optimus est revocata lectione παισί.—νικᾶν tres cdd. apud Gaisford. Kiessl.

XIII.

ιγ'. In statuam Veneris Uraniæ, a Chry-

Οἴκῳ ἐν Ἀμφικλέους, ᾧ καὶ τέκνα καὶ βίον εἶχεν
  Ξυνόν· ἀεὶ δέ σφιν λώϊον εἰς ἔτος ἦν
Ἐκ σέθεν ἀρχομένοις, ὦ πότνια· κηδόμενοι γὰρ
  Ἀθανάτων αὐτοὶ πλεῖον ἔχουσι βροτοί.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΕΥΡΥΜΕΔΟΝΤΟΣ. ιδ'.

Νήπιον υἱὸν ἔλειπες· ἐν ἁλικίᾳ δὲ καὶ αὐτός,
  Εὐρύμεδον, τύμβου τοῦδε θανὼν ἔτυχες.
Σοὶ μὲν ἕδρα θείοισι μετ' ἀνδράσι· τὸν δὲ πολῖται
  Τιμασεῦντι, πατρὸς μνώμενοι ὡς ἀγαθοῦ.

ΕΙΣ ΑΥΤΟ. ιε'.

Γνώσομαι, εἴ τι νέμεις ἀγαθοῖς πλέον, ἢ καὶ ὁ δειλὸς
  Ἐκ σέθεν ὡσαύτως ἶσον, ὁδοιπόρ', ἔχει.
Χαιρέτω οὗτος ὁ τύμβος, ἐρεῖς· ἐπεὶ Εὐρυμέδοντος
  Κεῖται τῆς ἱερῆς κοῦφος ὑπὲρ κεφαλῆς.

ΕΙΣ ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ. ιϛ'.

Θᾶσαι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον, ὦ ξένε,
  Σπουδᾷ, καὶ λέγ', ἐπὰν ἐς οἶκον ἔνθῃς,

sogona, quæ divæ felicitatem eam, qua cum conjuge et liberis fruebatur, acceptam referebat, positam. Jacobs.

1. ἁ Κύπρις—τὰν θεὸν Brunck. [ἁ—πάνδαμος—τὰν cd. Vat. ἱλάσκετο duo cdd. ap. Gaisf. Kiessl.] De Venere cœlesti omnia nota sunt. v. Harpocrat. voc. Πάνδημος Ἀφροδ. et Moses Mendelsohns Philosophische Schriften part i. p. 151. Harl. [Adde Mansos Versuche üb. einige Gegenstände aus der Mythologie, p. 78. sqq. K.]

2. 3. ἄνθεα duo cdd. ap. Gaisf.—V. 3. ἔσχε Vat. ed. Junt. et Brunck. Kiessl.

4. 5. ἧς Brunck.—V. 5. κηδύμενοι ἀ—π' ἀθανάτων Call. aliæque veteres edd. ut ἀ quintum versum finiat, π' sextum incipiat. Vitium primus sustulit Stephanus. Kiessl.

XIV.

ιδ'. Hoc Epigramma et sequens unum esse putabat Reiskius, improbante Brunckio, qui diversissima judicat, quamvis in ejusdem hominis memoriam composita eidemque tumulo insculpta. Utrumque, quibusdam aliis interjectis, in Anthologiæ appendice legitur, p. 517. sq. Steph. In cod. Vat. p. 311. prius distichon Ep. xiv. (xv.) librarii errore annexum est Epigrammati Leonidæ Tar. xciii. Deinde sequitur alterum distichon, cui, nullo spatio relicto, subjicitur Ep. xiii. (xiv.). Utrique carmini unum lemma adscriptum : Θεοκρίτου, οἱ δὲ Λεωνίδου Ταραντίνου εἰς Εὐρυμέδοντος τάφον, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, ὃς υἱὸν ὁμώνυμον λείπων ἔτυχεν τοῦ αὐτοῦ τάφου. Vereor, ut hujus lemmatis auctor carminis sensum recte acceperit. Eurymedon, vir bonus et civibus suis carus, mortuus erat, filio impubere relicto. Ep. xiv. (xv.) legendum est ante Ep. xiii. (xiv.), quod in posteriore cippi parte insculptum fuisse videtur. Jacobs.

1. ἡλικίῃ Vat.

3. ἕδρα, 'statio.' v. Spanhem. et Ernesti ad Callim. H. in Delum v. 233. Harl. ἕρδη θ. παρ' ἀνδρ. et v. 4. τιμησεῦντι Vat. Kiessl.

XV.

ιε'. Viros bonos poeta hortatur, ut Eurymedontis tumulum prætereuntes, terram levem ei optent. Jacobs.

1. πλέον τι νέμειν illustrat Valcken. ad Hipp. p. 306. E. Idem.

XVI.

ιϛ'. "Hoc epigramma veteri marmori literis uncialibus inscriptum in area palatii

Ἀνακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐν Τέῳ,
  Τῶν πρόσθ' εἴ τι περισσὸν ᾠδοποιῶν.
Προσθεὶς δὲ χὤτι τοῖς νέοισιν ἅδετο,
  Ἐρεῖς ἀτρεκέως ὅλον τὸν ἄνδρα.

ΕΙΣ ΕΠΙΧΑΡΜΟΝ. ιϛ'.

Ἅ τε φωνὰ Δώριος· χὠνήρ, ὁ τὰν κωμῳδίαν
    Εὑρών, Ἐπίχαρμος.
Ὦ Βάκχε, χάλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινοῦ
    Τὶν ὧδ' ἀνέθηκαν,
Τοὶ Συρακόσσαις ἐνίδρυνται Πελωρεῖς τᾷ πόλει,
    Οἷ' ἀνδρὶ πολίτᾳ,
(Σωρὸν γὰρ εἶχε χρημάτων) μεμναμένοι
    Τελεῖν ἐπίχειρα.

nobilis cujusdam viri tradit, ex auctore nescio quo, Barnesius in Anacreonte p. 318. ed. 1734. Conferantur huc epigrammata Anthol. Planud. iii. xxv. 49. 51. 53. 54. iv. xxvii. 15. 17." WARTON.

1. Ante Stephanum ξεῖνε.—V. 2. σπουδῇ et ἔλθῃς Ursin.

4. τῶν πρόσθ' ἔντι π. ᾠδοποιοῦ Vat. vitiose. Veterum poetarum, si quis alius, præstantissimus. Eid. vii. 4. εἴτι περ ἐσθλὸν Χαῶν τῶν ἐπάνωθεν. Proxime accedunt hæc Apollon. Rhod. l. iii. 347. Παναχαιΐδος εἴ τι φέριστον Ἡρώων. JACOBS.—Baxterus legi voluit εἰπὲ pro εἴτι. Male. KIESSL.

5. ἥδετο Vat.

XVII.

ιϛ'. In Epicharmi Syracusani statuam ex ære.—Comœdiæ inventionem Epicharmo tributam esse putat Bentleius in Diss. de Phalar. p. 108. (p. 259. Lips.), quod ante eum nihil in hoc genere scriptum fuerit. Erat enim Tragœdia et Comœdia, ut necesse erat ante literarum usum ap. Græcos vulgatam, tota αὐτοσχεδιαστική, ut ait Aristotel. in Poet. c. iv. Sed vide, quæ de artis dramaticæ ap. Dorienses flore nuper docte disputavit Boettiger in Prolus. de Quatuor Ætatibus Rei Scenicæ p. 6. Inter præstantissimos Comœdiæ scriptores numeratur Epicharmus ap. Platonem in Theæt. tom. i. p. 152. E. τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας· κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος· τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος. Ceterum an Epicharmus ille, quem scenæ studium illustrem reddidit, idem sit cum Pythagoreo ὁμωνύμῳ, fuse disputavit Mongitor in Bibl. Sic. tom. i. p. 180. Diversos putat Saxius in Onom. i. p. 537. Vide Fabricii Bibl. Gr. t. ii. p. 298. sqq. ed. Harl. JACOBS.

1. Ἅ τε φωνά. De ipso hoc carmine sive statuæ inscriptione accipio, ut in Ep. Sapphus ii. Παιδνὴ ἄφωνος ἐοῖσα τάδ' ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται, Φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν, ubi vide not. Par autem erat, carmen in virum Doriensem Dorica dialecto conscribi.—Δώρειος et κωμῳδὰν editt. ante Stephan. JACOBS.

3—8. Exhibuimus cum Brunckio, Valckenario aliisque hos versus ita, ut eos emendatos dederunt Scaliger in Opere de Emend. Temp. p. 230. et Toupius.—Vers. 5. vulgo τὸν Συρακόσσαις ἐ. πελωριστᾷ πόλει. Vat. cod. οἱ Συρακούσσαις πελωρὶς ταῖ π. Tres cdd. ap. Gaisf. πέλωρις τῇ. Eodem, quo Scaliger, modo versum quintum emendat etiam Andreas Schottus Observ. p. 97. Πελωρεῖς dicuntur a vicino Peloro promontorio, suntque Pelorenses qui in urbe Syracusis sedes fixerant. At Reiskius, "quid Pelorenses," inquit, "aut Pelorii Syracusis? et soline illi, exclusis reliquis Syracusanis, Epicharmo statuam dedicarunt? Mihi videtur πελωριστὴ πόλις esse civitas ad ingentem amplitudinem et pæne portentosam seu rei veritate seu orationis vanitate sublata. Brodæus reddit πελωριστᾷ πόλει Peloro monti subjacenti." Wartonus vulgatam vertit: 'prægrandi urbi;' præterea tamen corrigit, infeliciter quidem: τὸν Συρ. ἐνιδ. πελώριον πόλει· quem Syracusis collocarunt, 'admi-

Πολλὰ γὰρ ποτ τὰν ζόαν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα·
Μεγάλα χάρις αὐτῷ.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΚΛΕΙΤΑΣ ΤΡΟΦΟΥ ΜΗΔΕΙΟΥ. ιη΄.

Ὁ μικκὸς τόδ' ἔτευξε τᾷ Θρείσσα
Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ, κἠπέγραψε Κλείτας.
Ἑξεῖ τὰν χάριν ἁ γυνὰ ἀντὶ τήνων,
Ὧν τὸν κῶρον ἔθρεψε. τί μάν; ἔτι χρησίμα καλεῖται.

randum urbi,' seu, 'miraculum urbis, ut virum civem decet.'—Tyrwhittus ap. Valck. πεδωριστᾷ pro μετεωριστᾷ positum corrigit. Urbem magnificam et primi ordinis significari. Huic emendationi plurimum tribuit Jacobsius, primum quod ad Vat. cod. lectionem proxime accedit, tum quod sensum efficit maxime probabilem. Omnes enim Syracusarum cives poeta indicasse videtur. Nec auctoritate destitutum est vocabulum πεδωριστής. Hesych. et Phot. agnoscunt formam πεδευρὸς pro μετέωρος, et πεδαωριστής, ἵππος φρυαγματίας, καὶ μετεωριστής. Verbum ἐνιδρύσθαι de iis, qui vitæ sedem in aliqua regione fixerunt, passim obvium. Conf. Theocr. Idyll. xvii. 102. Thucyd. viii. 77. καὶ ἄλλη οὐδεμία ὑμᾶς ἐν Σικελίᾳ, οὔτ' ἂν ἐπιόντας δέξαιτο ῥᾳδίως οὔτ' ἂν ἱδρυθέντας που ἐξαναστήσειε.—V. 6. ὅσσ' ἀνδρὶ Vat. οἱ—πολῖται Junt.—Cous fuit, sed quum trimestris in Siciliam esset delatus, pro Syracusano est habitus. Diog. Laert. viii. 78. p. 539.—Vers. 7. verba σωρὸν—χρημ. Reiskius cum Scaligero et Schotto signis parentheseos inclusit et pro vulgato μεμναμένοις dedit μεμναμένοι, quos viros cum Valckenario sequuti sumus. μεμναμένους Vat. tresque alii ap. Gaisford. Similis diversitas est apud Pindar. Olymp. i. 16. ἱκομένοις· ἱκομένους· ἱκόμενοι.—Locutio σωρὸς χρημάτων, 'divitiarum thesauri,' forsitan petita est ex Aristoph. Plut. 269. δηλοῖς γὰρ αὐτὸν ἥκειν σωρὸν χρημάτων ἔχοντα. ubi vide Bergler. Toupius putat, Epicharmo statuam duabus de causis fuisse positam, prima, quod cives pecunia sua sublevasset, altera, quod adolescentibus vitæ recte instituendæ præcepta dedisset. Jacobsio divitiarum Epicharmi commemoratio semper ab hoc loco aliena fuit visa; hinc præfert lectionem cod. Vat. σωρὸν εἶχε ῥημάτων. Ut enim ii qui bonis malisve abundant, σωρὸν ἀγαθῶν et κακῶν ἔχειν dicuntur apud Aristoph. in Plut. 270. et 870., sic eum qui verbis et eloquentiâ polleret, σωρὸν ῥημάτων habere non inepte dici.—V. 8. Etym. M. c. 367. 27. ἐπίχειρα, οἱ μισθοί. conf. Schaefer. ad L. Bos. Ellips. p. 304. Kiessl.

9. πολλὰ καὶ pro π. γὰρ ex Toupii conjectura scripsit Brunck.—ζόαν, veteres edd. recte. vid. Porson. ad Euripid. Hec. 1098. vulgo cum Stephano ζωάν. Pro παισὶν cd. Vat. πᾶσιν habet. Jacobsius sic de hoc loco: "Heinsius, qui hoc distichon profert in Not. ad Horat. p. 157., comicos et tragicos poetas διδασκάλους appellatos esse ait, 'quod pueros multa ad vitam utilia docerent;' in quo egregie fallitur. Formasse potius dicitur puerorum animos poeta comicus, cum præceptis salubribus fabulis suis hic illic inserendis, tum præcipue humana mente ad veritatem naturæ adumbranda. At jam vereor, ut hæc disciplina puerorum ætati accommodata sit; nec profecto video, cur Theocritus id, quod in Epicharmi fabulis ad animos fingendos et emendandos valeret, ad pueros tantum, non item ad viros pertinere dixerit. Hinc suspicor, præferendam esse Vat. cod. lectionem, ita ut scribatur: πολλὰ καὶ ποττὰν ζωάν τοι πᾶσιν εἶπε χρήσιμα." Kiessl.

XVIII.

ιη΄. In tumulum nutricis Clitæ, quem Medius puer ei exstruxerat. Conf. simile Epigramma Callim. liv. et Valcken. ad Adoniaz. p. 350. cd. Vat. tribuit Leonidæ Tarentino. Kiessl.

1. τᾷ Θράσσᾳ Vat.

3. 4. Vulgo τὴν—ἡ γυνή. Formam Doricam restituimus cum Brunck. et Valcken. Notandum ἀντὶ τήνων (Vat. ἀντικείνων) ὧν pro ἀνθ' ὧν. Conf. Schaef. ad Bos. Ellips. p. 410. Etiam in ultimis secuti sumus ed. Vat. (in quo perspicue τί μάν; i. e. πῶς γὰρ οὔ; διὰ τί γὰρ οὔ; conf. Koen. ad Gregor. Corinth. de Dial. p. 109 = 236.) Brunckium et Valckenarium. Vulgo, κοῦρον ἔθρεψ' ἔτι μὴν—. V. 4. cd. Vat. τελευτᾷ pro καλεῖται. Harles. citat notata ad Valer. Flacc. vi. 571. Kiessl. "Proprium nutricis nomen fuit Κλεῖτα, cogno-

ΕΙΣ ΑΡΧΙΛΟΧΟΝ. ιθ'.

Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε τὸν πάλαι ποιητάν,
Τὸν τῶν ἰάμβων, οὗ τὸ μυρίον κλέος
Διῆλθε κἠπὶ νύκτα καὶ ποτ' ἀῶ.
Ἦ ῥά μιν αἱ Μοῦσαι καὶ ὁ Δάλιος ἠγάπευν Ἀπόλλων·
Ὡς ἐμμελής τ' ἔγεντο κἀπιδέξιος
Ἔπεά τε ποιεῖν, πρὸς λύραν τ' ἀείδειν.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΤΗΝ ΗΡΑΚΛΕΙΑΝ ΠΟΙΗΣΑΝΤΟΣ. κ'.

Τὸν τῶ Ζανὸς ὅδ' ὔμμιν υἱὸν ὠνήρ,
Τὸν λεοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα,
Πρᾶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν
Πείσανδρος συνέγραψεν ὠ 'κ Καμείρου,
Χὤσσους ἐξεπόνασεν εἶπ' ἀέθλους.

men χρησίμη, quod ei propter fidem in servitio præstitam, utilitatemque, quam inde capiebat puer, cui lac præbebat, impositum fuisse videtur." Jacobs.

XIX.

ιθ'. Epitaphium Archilochi. — In cod. Vat. huic epigr. auctoris nomen non additum est. At proximo carmini adscriptum lemma τοῦ αὐτοῦ Λεωνίδου. Unde suspiceris, hoc quoque carmen Leonidæ esse. Paulo tamen simplicior oratio quam pro Leonidæ ingenio Jacobsio esse videtur. De Archilochi vita et scriptis conf. Commentationem Liebelii præmissam Archilochi Reliquiis ab ipso editis. Kiessl.

2. τὸ μύριον κλέος. 'ingens gloria.' Vide Valcken. ad Phœniss. p. 498. Jacobs.

3. ποτ' ἀῶ pro vulgato πρὸς ἀ. Vat. cujus gloria totum orbem terrarum, inde ab occasu usque ad orientem, complevit. Idem.

4. ἠράνυιν Vat. νιν igitur legit. Quod Archilochum Apollo amasse dicitur, fortasse simpliciter de poetica facultate accipiendum est; fortasse tamen spectat notam illam fabulam de Apollinis in Archilochi percussorem ira. Conf. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 81. Idem. [Adde Liebel. l. c. p. 42. sqq. Kiessl.]

5. ἐγένετο Vat. — V. 6. ἔπτεα Vat. Sunt autem ἔπη Archilochi 'iambi.' Conf. Franckii Callinum p. 84. et Liebel. l. c. p. x. sq. Kiessl.

XX.

κ'. In Pisandri poetæ statuam ex ære. De hoc poeta, qui Herculis labores carmine celebravit, vide Valcken. ad Phœn. p. 790., ubi partem hujus carminis excitat, et inprimis Heynium ad Virgil. Æn. ii. Exc. i. Fabric. Bibl. Gr. Tom. i. p. 215. ed. Harl. Jacobs.

1. ὔμμιν pro vulgato ὑμῖν Winterton. Valcken. Brunck. et Reisk. ex mente Heinsii et Valcken. ut fiat Phalæcius. — Dein ὤ' νὴρ dederunt Valck. et Brunck. dissentiente Reiskio, quod ἀνὴρ pro ὁ ἀνὴρ sæpissime reperiatur. Harl. Nos cum Schaefero e cod. Vat. scripsimus τῶ et ὠνήρ. Kiessl.

2. ὀξύχειρα. Theocritus in hoc epitheto Herculi tribuendo de luctatorum celeribus et bene exercitatis manibus cogitasse videtur; vel sic tamen heroum maximi dignitatem vix exæquavit, judice Hemsterhusio ad Lucian. t. ii. p. 266. ed. Bip. Jacobs.

3. πρᾶτος pro πρῶτος cum Gaisford. ex cd. Vat. tribusque aliis. — ἔτ' ἄνωθεν male Vat. Cf. Valck. ad Idyll. vii. 5. Kiessl.

4. συνέγραψεν cum Brunckio et Gaisford. ex binis cdd. pro ξυνέγραψεν. Jacobsius hoc verbum referebat ad imaginem Herculis a Pisandro adumbratam ob locum Strabon. xv. p. 1008. Schaeferus autem vertit 'scripsit de Hercule.' Insolens tamen hujus verbi usus de poeta. ὠ'κ pro vulgato ὁ κ emendarunt Scaliger, Casaubon. et Valcken. Kiessl.

5. χὤσσους Vat. — ἐξεπόνασεν. Ad ver-

Τοῦτον δ' αὐτὸν ὁ δᾶμος (ὡς σάφ' εἰδῇς)
Ἔστασ' ἐνθάδε, χάλκεον ποιήσας,
Πολλοῖς μασὶν ὄπισθε κἠνιαυτοῖς.

ΕΙΣ ΙΠΠΩΝΑΚΤΑ. κα'.

Ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἱππῶναξ κεῖται.
Εἰ μὲν πονηρός, μὴ ποτέρχευ τῷ τύμβῳ·
Εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
Θαρσέων καθίζευ· κἂν θέλῃς, ἀπόβριξον.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΒΙΒΛΟΝ. κβ'.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος ὃς τάδ' ἔγραψα,
Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρηκόσιος,

sum Euripid. in Phœn. 1642. *τἀντεταλμέν' οὐ δίκαιον ἐκπονεῖν*, nostrum locum cum similibus excitavit Valcken. p. 552. Jacobs.

8. *μησίν*. Vat. Hanc Pisandri statuam diu post ejus mortem a Camirensibus in tam illustris viri memoriam positam esse, significat Theocritus. Perperam in cod. Vat. reliquis versibus subjicitur hic: *ὅτι δεξιὸς ἦς ἔπεα ποιῆσαι*, ex Ep. xix. huc traductus. Idem.

XXI.

κα'. Deest hoc carmen in editione Calliergi et aliis vett. Primus H. Stephanus id in collectionem Epigrammatum Theocriteorum recepit. In Hipponactem, iambographum; metro Hipponacteo scriptum. Jacobs.

1. *μουσοποιός*. Sic Pindarum vocat Dio Chrys. Or. ii. p. 25. D. Sappho poetriam Herodotus ii. p. 61. ubi vid. Wessel. Idem. — Hipponax celebris fuit iambographus, improbos acerrime defricare consuetus; quo quidem cardine vertitur hoc epigramma. Plura videbis in eundem Anthol. Wechel. iii. p. 392. ubi multa de hoc poeta commode docteque congessere Brodæus et Vincent. Opsopoeus. Warton.

2. *μήποτ' ἔρχευ*, Vat. et duæ Ald. In fine versus Opsopoeus *τάφῳ* corrigit; quam correctionem metrum respuit. Jacobs.

3. *κρήγυος*. vir bonus, veritatis studiosus. Vide Abresch. in Misc. Obss. Nov. tom. i. p. 85.—*χρηστῷ* vulgo. *χρηστῶν* correxit Opsop. idque recepit Stephan. in Poet. Gr. Vulgatam Reiskius perperam defendit. Idem.

4. Verborum ordinem Stephanus ita mutare volebat: *θαρσέων καθίζευ, κἀπόβριξον, ἂν θέλῃς·* in quam opinionem adductus est prava versus secundi scriptione, ubi jam *τύμβῳ* pro *τάφῳ* recte fuit repositum. Sunt enim omnes versus choliambi. Kiessl. — *ἀποβρίξαντες· ἀπονυστάξαντες, κοιμηθέντες*. Schol. Homeri Odyss. μ. 7. Conf. Eustath. ad Odyss. p. 342. 34. In insula Delo mulieres colebant deam *Βριζώ*, somniorum interpretem. Vide Spanhem. ad Callimach. p. 590. Comparandum cum hoc Epigr. Leonid. Tar. Ep. xcvii. Jacobs.

XXII.

κβ'. Hoc carmen inter Theocritea legitur in Anthol. Steph. p. 518. Wech. *21. et in cod. Vat. p. 433. post alia Syracusani poetæ etiam hoc habetur cum lemmate: *τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτόν, ὅτι Θεόκριτος Συρακούσιος ἦν*. In antiquis editionibus inscribitur modo *Θεοκρίτου*, modo *ὡς ἀπὸ Θεοκρίτου*. In cod. Politiani inter præfationes Græcas: *ἔστι δὲ εἰς αὐτὸν καὶ τουτὶ τοὐπίγραμμα· ἄλλος ὁ Χῖος* . . . Artemidoro tribuitur in editione Aldina, teste Reiskio. Respexisse videtur hoc Epigr. Suidas. v. *Θεόκριτος Χῖος· ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Θεόκριτος Πραξαγόρου καὶ Φιλίννης*. De Theocrito Chio vide Fabric. Bibl. Gr. t. iii. p. 775. ed. Harl. Jacobs.

1. *ὁ — γράψας* Vat. sec. et Call. *ὃς τόδ' ἔγραψα* Vat. *τάδε γράψα* vulgo. *τάδ' ἔγραψα* correxit Toup. quem cum Valck. aliisque secuti sumus. Warton. laudat Dorvill. ad Epigr. Luciani i. tom. Wetst. iii. p. 674. Kiessl.

2. *ἀπό*, de 'parte.' Jam Thucyd. i. 12. *ἀφ' ὧν καὶ ἐς Ἴλιον ἐστράτευσαν*. vide notata ad Iamblich. de vita Pyth. p. 217. 2.) —*εἷς ἀπὸ πολλῶν* cod. Theocriti Bibl.

Υἱὸς Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίννης·
Μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔποτ' ἐφελκυσάμην.

κγ'.

Ἀστοῖς καὶ ξείνοισιν ἴσον νέμει ἅδε τράπεζα·
Θεὶς ἀνελεῦ, ψήφου πρὸς λόγον ἐρχομένης.
Ἄλλος τις πρόφασιν λεγέτω· τὰ δ' ὀθνεῖα Καΐκος
Χρήματα καὶ νυκτὸς βουλομένοις ἀριθμεῖ.

Med. Vid. Bandini t. iii. p. 368. — *Συρακοσίων* Vat. et Junt. Valckenarius quum in cod. quodam *Συρακούσιος* reperisset, pro vulgata *Συρηκοσίων* scripsit *Συρηκόσιος*, quem sequimur. Kiessl.

3. *περικλυτῆς* nonnulli, quod metro adversatur. Vide Dorvill. ad Charit. p. 446. — *Φιλίννης* legitimam nominis formam pro vulgata *Φιλίνης* ex cod. Vat. et Florentina cum Wartono, Toupio et Valcken. restituimus. Ut a *κόρη Κορίννα*, sic a *φίλη Φιλίννα*. Kiessl.

4. *οὔτιν' ἐφ.* Callierg. et Vat. noster, qui præterea *ὀθνείαν* et *ἐφελκυσάμαν* legit. Unus e codd. Theocriti *οὔτιν' ἐπεκτησάμην*, quod ex glossa videtur ortum, nisi fortasse latet lectio, vulgata non deterior, *οὔ τιν' ἐπεσπασάμην*. Significat autem Artemidorus, Theocritum excoluisse illud poeseos genus, quod in ejus patria sive a Daphnide, ut quidam tradunt, sive, ut alii, a Stesichoro inventum florebat. Fortasse tamen Grammaticus iisdem verbis tecte indicare voluit, carmina, quæ pro Theocriteis venderentur, nec patria, sed externa dialecto (*Μούσῃ ὀθνείᾳ*) conscripta essent, pro spuriis esse habenda. Jacobs.

XXIII.

κγ'. Cod. Vat. hoc epigr. Theocrito tribuit: hinc addidit Brunckius tom. i. Analect. p. 382. Leonidæ tribuit Planud. p. 28. St. 43. W. cum lemmate: *Εἰς τραπεζίτην Καΐκον διασυρτικόν.* (*ἢ μᾶλλον τωθαστικόν*, addit Vat.) quod falsum, judice Jacobsio. Exemplo Anthologiæ, quod in Bibl. Senatus Lips. asservatur, teste Reiskio adscripta sunt hæc: 'Quod Epigramma in vulgaribus editionibus Anthologiæ adscribitur Leonidæ in trapezitam Caicum et incipit *ἀστοῖς καὶ ξείνοισιν*, id in edit. princ. a Constantino Lascari curata Theocrito adscribitur hunc in modum: *Θεοκρίτου ἐπίγραμμα· ὡς εὕρηται ἔν τινι ἀρχαιοτάτῳ ἀντιγράφῳ Παύλου τοῦ βουκάρου ἐν Παταβίῳ.* Eadem habentur in Schol. Wechel. — Valckenarius ad Epigr. xxii. affirmat, sibi hoc, quod cum Brunckio, Dahlio et Heindorfio Theocriteis subjecimus, non videri Theocriteum. Ceterum satis demonstravit Jacobsius, in hoc epigrammate, in quo ipse Caïcus loquitur, minime, quæ est opinio Brodaei et Opsopoei, hunc Caïcum perstringi. Kiessl.

2. Veteres calculis, *ψήφοις*, in rationibus usos fuisse constat. Hinc illa trapezitarum ap. Athenæum descriptio L. vii. p. 305. F. *εἰώθασι δονεῖν ψήφους αἴθωνι λογισμῷ.* et *οἱ περὶ τὰς ψήφους* apud Alciphr. L. i. 26. p. 108. — Pro *ἐρχομένης* Vat. *ἀρχομένης*. Male. Proprie ipse trapezita *ἔρχεται πρὸς λόγον·* quod h. l. in calculum rationibus subducendis adhibendum refertur. Jacobs.

3. Alii prætextum quærant (cur depositum, ubi repetitum fuerit, e vestigio reddant). Caïcus alienam pecuniam reposcentibus vel noctu numeratam reddet. Idem.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΣΥΡΙΓΞ.

Οὐδενὸς εὐνάτειρα, Μακροπτολέμοιο δὲ μάτηρ
μαίας Ἀντιπέτροιο θοὸν τέκεν ἰθυντῆρα·
οὐχὶ Κεράσταν, ὅν ποκα θρέψατο ταυροπάτωρ,
ἀλλ' οὗ Πιλιπὲς αἶθε πάρος φρένα Τέρμα σάκους.
οὔνομ' Ὅλον, δίζωον, ὃ τᾶς μέροπος πόθον
κούρας γηρυγόνας ἔχε τᾶς ἀνεμώδεος·
ὃς Μοίσᾳ λιγὺ πᾶξεν ἰοστεφάνῳ
ἕλκος, ἄγαλμα πόθοιο πυρισμαράγου·
ὃς σβέσεν ἀνορέαν ἰσαυδέα
Παπποφόνου, Τυρίαν τ' ἐρρύσατο.
ᾧ τόδε τυφλοφόρων ἐρατὸν
πᾶμα Πάρις θέτο Σιμιχίδας.
ψυχὰν ἀεί, βροτοβᾶμον,
στήτας οἶστρε Σαέττας,
κλωποπάτωρ, ἀπάτωρ,
λαρνακόγυιε, χάροις·
ἁδὺ μελίσδοις
ἔλλοπι κούρᾳ
καλλιόπᾳ,
νηλεύστῳ.

Ne quid eorum, quæ olim Theocrito adscripta sunt, huic editioni deesset, Heindorfii exemplum secuti Fistulam quoque adjecimus, et descriptam quidem ex Salmasii recensione, quam etiam Brunckius in Analect. t. i. p. 304. et Heindorfius reddiderunt. Notæ subjectæ sunt excerptæ ex Salmasianis, quæ continentur hoc libro: Cl. Salmasii duarum inscriptionum veterum Herodis Attici rhetoris et Regillæ conjugis honori positarum explicatio. Ejusdem ad Dosiadæ aras, Simmiæ Rhodii ovum, alas, securim, Theocriti fistulam, notæ. Lutetiæ Parisiorum, CIƆDCXIX. 4. — p. 209 — 219. Kiessl.

'Fistula' vel Σύριγξ hoc ἐπιγραμμάτιον inscribitur ἀπὸ τοῦ σχήματος. Hoc enim ordine compacta est, ut a maximis et longissimis versibus incipiens in minimos et brevissimos desinat, eodem plane modo, quo pastoritiæ fistulæ. vid. Tibull. ii. 5. 3. Bini autem hujus poematis versus semper unum fistulæ calamum constituunt. Ita igitur dispares sunt omnes, in morem disparium fistulæ cannarum, ut tamen positis ubique binis paribus, qui cannam unam reddunt, tota disparitas in decem binis consistat, quot numero cannæ vel calami in hac fistula constituuntur, quum vulgaribus fistulis septem tantum inessent. Vir-

gil. Ecl. ii. 36. "Fistula disparibus septem compacta cicutis." Quod Theocritus hanc fistulam ex decem calamis composuit, hujus rei causam verisimilem hanc sibi videtur afferre Salmasius, quod poeta, quum Bucolica absolvisset, fistulam, pastoralis illius et rusticæ suæ sibi Musæ instrumentum, dedicaverit, illo more quo reliqui solebant artifices, opere aliquo eximio perfecto, artis suæ instrumenta diis artis præsidibus suspendere ac dedicare. Theocritus igitur fistulam Pani dedicat post τῶν βουχολικῶν ἔκδοσιν, votum pastorali ac silvestri deo solvens, et illius agrestis Musæ præstiti. Ex decem autem calamis hanc fistulam struxit pro numero bucolicarum odarum, quas ad illam ceciderat. Nam decem tantum Eclogas Theocriti mere bucolicas esse testatum reliquerunt veteres critici. Sic Servius [in procem. in Bucol. Vid. Heyn. Dissertat. de Carmine Bucolico p. 9. Virgil. edit. ii. K.] "Sed est sciendum, VII. eclogas esse meras rusticas, quas Theocritus x. habet." — Versus Σύριγγος scripti sunt κατὰ σχέσιν, et quidem κατὰ παράλληλον τάξιν παραβάλλονται οἱ ἀντιστρέφοντες. nam secundus primo respondet, tertio quartus, quinto sextus, et ita de ceteris.

Versus primus ante Salmasium hic erat: σύριγξ οὔνομ' ἔχεις, ᾄδει δέ σε μέτρα σοφίας. quem Salmasius ejecit idoneis de causis. Nam primum, quum omnes versus in hoc poemate παράλληλοι sint et bini bini incedant, hic παράλληλον suum non habet. Deinde, quum totum hoc scriptum sit αἰνιγματῶδες, hic solus versus planus est et apertus et nulla caligine obtectus. Præterea nulla connexione cohæret cum reliquis, sed separatum habet et abscissum a sequentibus sensum, ita ut inscriptio potius poematii quam carminis initium videatur esse, nec ea quidem ab ipso poeta profecta, sed ab aliquo imperito conficta, qui nec Græce sciebat, nec syllabarum modulos tenebat: nam secundam in σοφίης producit more illius sæculi barbari et inficeti, quo omnes syllabæ indifferentes erant.

Οὐδενὸς εὐνάτειρα] Auctor οὐδενὸς pro Οὔτινος posuit, quæ sunt συνώνυμα, et intellexit Ulyssem, qui apud Cyclopem Οὖτιν se vocari dixerat. Nugatur hic Joh. Pediasimus.

Ἀντιπέτροιο] Ita ex optimo cod. scripsit Salmasius. Vulgo ἀντιπάτροιο, quod nec ipsum improbandum. Ἀντίπετρος dicitur Jupiter, quod lapis pro ipso datus est Saturno devorandus.

οὐχὶ Κεράσταν] De Comata loquitur, quem multis laudibus prosequitur Idyllio septimo. Κεράστας autem et Κομάτας sunt συνώνυμα, ut κέρας et κόμη. Hesychius: κερασταί, κομῆται, πολεμικοί. [Add. Heins. Lectt. Theocr. p. 344.]

ἀλλ' οὗ Πιλιπὲς] Est hæc conjectura Salmasii, ducta ex vestigiis vulgatæ lectionis, ἀλλ' οὐ ἐπιλιπὲς. Probarunt eam Scaliger aliique, et jure quidem. Nimirum Pan amavit Πίτυν. Si πῖ detrahas, remanet ἴτυς, quod est τέρμα σάκους, hoc est, circumferentia et extremitas clypei. ἴτυς enim est παντὸς περιφεροῦς τὸ τελευταῖον μέρος. πιλιπὲς igitur τέρμα σάκους est ἴτυς, cui deest πῖ litera. quam si addideris, efficies illam quam Pan amavit, hoc est Πίτυν. De Pity (Pinu) a Pane amata extat historia lib. xi. 10. Γεωπονικῶν. Hinc ei pinus sacra, ipseque cinctus est corona e pinu. [Add. J. H. Voss. ad Virgil. Ecl. p. 361.]

οὔνομ' Ὅλον, δίζωον] Sic distinxit Salmasius: nam prius legebatur, οὔνομ' ὅλον δίζων. At non hic nomen positum pro forma, sic ut duplex Panis forma intelligatur. Immo auctor dicit, τὸν Πᾶνα habere οὔνομ' ὅλον, quod scil. Πὰν vocatur, quæ vox τὸ ὅλον significat, τὸ πᾶν puta. δίζωον autem Panem appellat, quod semivir est et semicaper, quasi ex duorum diversorum animalium forma compositus.

ὃ τᾶς μέροπος πόθον] Hæc de Syringe, puella Pani amata et in cannam conversa, accipiunt: sed mirum est, omnia, quæ hic dicuntur, ad puellam non posse referri, sed ad fistulam: huic enim, non illi, conveniunt epitheta μέροψ, 'vocem variam habens,' γηρυόνα, ut vulgo legitur, h. e. 'vocalis,' et ἀνεμώδες, 'ventosa' s. 'inspirabilis.' Immo non de Syringe hæc sunt accipienda, sed de Echo, quam amavit Pan, ut poetarum fabulæ passim testantur. Conf. Mosch. vi.

μέροπος πόθον] Echo intelligit, quæ μέροψ dicitur, quod μέρος τῆς ὀπὸς reddit, partem vocis, non totam. Hinc Epigramma Græcum eam appellat φωνῆς τρύγα, ῥήματος οὐράν.

κούρας γηρυγόνας] Vulgo γηρυόνας, quod mutavit Salmasius. γηρυγόνα est Ἠχώ, quod de voce nascitur. γηρυγόνη ut βουγόνη. Sic enim apis appellatur.

Τυρίαν τ' ἐῤῥύσατο] Membranæ tantum habebant Τυρίας τε, imperfecto versu, quem ut supplerent, ἀφείλετο additum est a doctis hominibus. Salmasius ad conjecturam receptam est adductus per parvulas glossas in veteri membrana repertas, quæ Εὐρώπην ἐλυτρώσαντο interpretabantur.

ᾧ τόδε τυφλοφόρων ἐρατὸν] πήρα Græcis et peram significat et cœcam. κατὰ μετάληψιν posuit τυφλοφόρων pro πηροφόρων. πηρὸς, accentu in ultimam retracto, τὸν ἐνεὸν καὶ ἄφωνον significat: πῆρος

vero cum circumflexo cœcus dicitur. ita Hesychius. quam tamen differentiam alii non servant. vetus scholion ad hunc locum *τυφλοφόρους* interpretatur *τοὺς ἀγροίκους· ἐπεὶ πήρας φοροῦσιν*, inquit: *πήρα δὲ καὶ τυφλὴ συνώνυμα.*

Πάρις θέτο Σιμιχίδας] Μεταληπτικῶς Theocritus hic se *Πάριν* appellat, quod Paris *θεόκριτος* fuit, i. e. deas judicavit. Pro *Σιμιχίδας* scriptum erat in membranis *Σιμηχίδας*, et supra correctum *Σιμαχίδας*. sed *Σιμιχίδας* verum: nam a *σιμὸς σιμίχος*, ut a *τυόνος τυονίχυς*, et similia, quorum forma Dorica est. [De verbo *πᾶμα* vid. Valcken. ad Ammonium.]

ψυχὰν ἀεὶ, βροτοβᾶμον] Hæc perperam distincta legebantur in editionibus ad hunc modum: *πᾶμα Πάρις θέτο Σιμιχίδας ψυχάν, ὦ βροτοβᾶμον.* immo *ψυχὰν* jungendum cum *χάροις.*

Στήτας οἶστρε Σαέττας] Laborabat hic versus in editis, ubi scriptum *δέτας*, pro quo Salmasius reposuit *Σαέττας·* in codicibus *Σαέτγας.* *Στήταν Σαέτταν* vocat Omphalen, a Saettis, urbe Lydiæ, cujus rara mentio apud veteres. *Σαέτται* autem vocabatur illa urbs, quam corrupte recentiores *Σέττας* vocarunt. Ptolemæus in descriptione Lydiæ: *ἐν δὲ μεθορίοις Μυσίας καὶ Λυδίας καὶ Φρυγίας, Δάλδεια, Σέττα, Κάδοι·* ita libri veteres: nam in editionibus excusum est *Σάτταλα.* Vetus quoque interpres *Σέτται* legit.—In vetusto libro *περὶ βαθμῶν ἐκκλησιαστικῶν* meminit Salmasius se legere *Μάγιδον* urbem Lydiæ, quæ olim *Σέτται* diceretur. hinc *στήτα Σαέττα* Omphale appellatur, h. e. mulier Lyda, ut etiam hic interpretantur veteres scholiastæ.

Ἕλλοπι κούρᾳ] Muta hæc puella est Echo, quæ vocis quidem simia dicitur, sed ipsa nec vocem habet, nec linguam, hinc *ἄγλωσσος* veteri Epigrammate appellatur.

νηλεύστῳ] Vetus poeta de Echo: *τὴν οὐδ' ἀθρῆσαι δύναμ' ἀντίον οὐδὲ νοῆσαι.*

THYRSIS.

IDYLLION I.

THYRSIS PASTOR ET CAPRARIUS.

THYR. Dulcis est susurrus et pinus ista, o caprarie,
Quæ ad fontes modulatur: dulce etiam tu
Fistula canis: post Pana alterum præmium auferes.
Si ille ceperit cornigerum hircum, capram tu accipies;
Sin capram acceperit ille præmium, ad te defluet
Capella. capellæ autem bona caro est, donec mulseris.
CAPR. Dulcius, o pastor, tuum carmen est, quam sonora
Illa de rupe defluit ex alto aqua.
Si Musæ ovem præmium abducent,
Agnum tu lactentem pro præmio accipies; sin placuerit
Illis agnus, tu vero ovem posthac abduces.
THYR. Visne, per Nymphas, visne, caprarie, hic assidens
Ad declivem hunc collem, ubi sunt myricæ,
Fistula canere? capellas ego interea pascam.
CAPR. Non fas, o pastor, meridie non fas est nobis
Fistula canere: Pana metuimus. profecto enim a venatione
Tunc defatigatus requiescit; estque amarus,
Et semper ei acris bilis in naribus sedet.
Age (tu enim certe, Thyrsi, Daphnidis dolores vidisti,
Et ad summum bucolicæ Musæ pervenisti,)
Huc ades, sub ulmo considamus, Priapo
Et fontanis Nymphis ex adverso, ubi sedes
Illa pastoralis et quercus. Quodsi cecineris,
Ut olim cum Chromide Libyco contendens cecinisti,
Capram tibi dabo gemelliparam ter mulgendam,
Quæ, geminos hœdos lactans, duas tamen mulctras lacte complebit:
Et profundum poculum, detersum dulci cera,
Binis ansis, recens factum, adhuc cælum redolens:
Cujus circum labra serpit superne hedera,
Hedera helichryso distincta: per quam
Claviculæ croceis corymbis gestientes volvuntur.
Intus mulier, divinum opus, sculpta est,
Ornata peplo et reticulo: juxta hanc viri
Promissa coma conspiciendi vicissim, aliunde alius,
Verbis contendunt: quæ nihil movent illius animum:

Sed modo illum adspicit virum ridens,
Modo ad hunc adjicit animum. illi autem præ amore
Oculis tumentes diu incassum laborant.
Præter hos piscator senex et rupes fabrefacta est
Aspera, in qua contendens magnum rete ad jactum trahit
Senex, annitenti pro viribus homini similis.
Dixeris, eum omnibus membrorum viribus piscari:
Adeo illi tument in cervice undique fibræ,
Quamvis jam cano: at vires juventa dignæ.
Haud procul a sene marino labore attrito
Purpureis uvis vinea gravis splendet:
Quam parvulus puer ad imam sepem custodit
Sedens: circa hunc duæ vulpes, altera per ordines vitium
Incedit lædens maturas uvas, altera peræ
Omnem dolum parans puerum non prius se relicturam
Affirmat, quam jentaculo privatum in sicco collocarit.
Sed ille ex caulibus asphodeli pulcram decipulam ad locustas capiendas nectit,
Junco concinnans; neque peram curat,
Aut plantas tantum, quantum opere, quod texit, delectatur.
Undique poculum ambit mollis acanthus,
Æolicum spectaculum: quod miraculum animum obstupefaciat.
Pro hoc ego nautæ Calydonio capram dedi
Pretium, et magnam placentam ex caseo lacteque candido factam:
Necdum labrum meum attigit, sed adhuc servatur
Intactum. hoc te lubentissime donavero,
Si mihi tu, amice, amabile istud carmen cecineris:
Nec tibi invideo. Age, o bone: carmen enim
Nequaquam Orco oblivioso reservabis.
THYR. Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
Thyrsis hic est ab Ætna, et Thyrsidis hæc vox.
Ubi tandem eratis, quum Daphnis contabescebat, ubi tandem, Nymphæ?
Anne in Penei amœnis tempe, an in Pindi?
Certe enim magnum flumen Anapi non tenebatis,
Neque Ætnæ speculam, neque Acidis sacram undam.
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
Illum sane thoes, illum lupi rugitu deploraverunt,
Illum etiam leo ex sylva exstinctum deflevit.
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
Multæ ejus ad pedes vaccæ, multi item tauri,
Multæ etiam juvencæ et vitulæ luxerunt.
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
Venit Mercurius primus de monte dixitque, Daphni,
Quis te conficit? quem, o bone, adeo ardes?
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
Venerunt bubulci, pastores, caprarii venerunt.

Omnes interrogabant, quid mali passus esset. venit Priapus,
Dixitque, Daphni miser, quid tu tabescis? puella autem
Omnes per fontes, omnes per sylvas pedibus fertur
(Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.)
Quærens. Ah, stultissimus amator consiliique inops es.
Bubulcus vero vocabaris, nunc caprario similis es.
Caprarius quando videt capras, ut inscenduntur,
Tabescit oculis, quod non hircus ipse natus est.
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
Etiam tu, ubi vides virgines, ut rident,
Tabescis oculis, quod non cum illis choreas ducis.
His quidem nihil respondit bubulcus, sed suum
Conficiebat acerbum amorem, et ad extremam conficiebat mortem.
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
At vero venit etiam dulcis Venus ridens,
Occulte quidem ridens, sed gravem iram animo gerens,
Dixitque, tu sane Amorem gloriabaris, Daphni, te superaturum:
Nonne ipse ab Amore gravi superatus es?
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
Huic igitur Daphnis respondit, Venus gravis,
Venus odiosa, Venus mortalibus infesta:
Jam enim loquuntur omnia, solem nobis occidisse:
Daphnis etiam in Orco malus dolor erit Amoris.
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
Ubi dicitur Venerem pastor,—vade ad Idam,
Vade ad Anchisem: ibi quercus, hic cyperus,
Hic suave susurrant circum alvearia apes.
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
Maturus etiam Adonis est, quoniam et oves pascit,
Et lepores figit, et feras omnes persequitur.
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
Fac, ut iterum cominus ad Diomedem accedas,
Et dic, pastorem vinco Daphnidem, age pugna mecum.
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
O lupi, o thoes, o ursi, qui in montium lustris degitis,
Valete: bubulcus vobis ego Daphnis non amplius in sylvis,
Non amplius in saltibus, non in nemoribus versabor: vale Arethusa,
Et vos fluvii, qui effunditis de Thymbride gratam undam.
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
Daphnis ego ille, qui boves hic pascebam,
Daphnis, qui tauros et vitulos hic potum agebam.
Incipite bucolicum, Musæ caræ, incipite carmen.
O Pan, Pan, sive es in monte alto Lycæi,
Seu tu lustras magnum Mænalum, veni in insulam
Siculam. Relinque promontorium Helices et sublime sepulcrum

Illud Lycaonidæ, quod etiam dii beati venerantur.
Desinite bucolicum, Musæ, agite, desinite carmen.
Veni, rex, et hancce e cera bene compacta dulcem
Accipe fistulam, circa labrum inflexam.
Sane enim ego ab Amore in Orcum jam trahor.
Desinite bucolicum, Musæ, agite, desinite carmen.
Nunc violas feratis, rubi, feratis, spinæ:
Pulcra narcissus juniperis floreat:
Omnia contraria fiant, et pinus pira ferat,
Daphnis quoniam moritur: et canes cervus trahat,
Et ex montibus ululæ cum lusciniis cantu certent.
Desinite bucolicum, Musæ, agite, desinite carmen.
Et ille quidem tantum locutus desiit; eumque Venus
Volebat erigere: at vero omnia fila defecerant
E Parcis, et Daphnis adiit flumen. Obruit vortex
Musis dilectum virum, virum non Nymphis invisum.
Desinite bucolicum, Musæ, agite, desinite carmen.
Atque tu da capram et poculum, ut, eam ubi mulsero,
Libem Musis. O salvete plurimum, Musæ,
Salvete; ego vero vobis et in posterum dulcius canam.
CAPR. Plenum tibi, Thyrsi, sit melle pulcrum os,
Plenum tibi favis, atque ex Ægilo ficum comedas
Dulcem, quoniam cicada tu suavius canis.
En tibi poculum: vide, amice, ut suave olet:
Horarum in fontibus elutum esse putabis.
Huc ades, Cissætha: tu eam mulge: vos autem, capellæ,
Nolite exsultare, ne hircus vos inscendat.

PHARMACEUTRIA.

IDYLLION II.

Ubi mihi sunt lauri? age Thestyli: ubi philtra?
Cinge patellam purpurea ovis lana,
Ut, qui me excruciat, carum incantem virum,
Qui, miser, duodecimum abhinc diem nunquam ad me venit,
Neque novit, utrum mortui simus, an vivi,
Neque fores crudelis pulsavit. Profecto illi alio
Transtulit Amor mutabilem animum, et Venus.
Ibo ad Timageti palæstram
Cras, ut eum videam et incusem, quod sic mecum agit.
Nunc autem eum magicis sacris incantabo. At tu, o Luna,
Splendeas pulcre: ad te enim convertam carmina clandestina, o dea,
Et ad Hecaten infernam, quam etiam canes tremiscunt
Incedentem mortuorum per busta et atrum sanguinem.
Salve, Hecate dira, et ad extremum nobis ades,
Venena hæc faciens ne sint inferiora neque Circes
Neque Medeæ, neque flavæ Perimedes.
Iynx, trahe tu illum meam ad domum virum.
Mola quidem primum igni consumitur: age, iterum sparge,
Thestyli: infelix, quo tibi mens avolavit?
Adeone, scelesta, et tibi ludibrio sum?
Sparge, simul et hæc dic: Delphidos ossa spargo.
Iynx, trahe tu illum meam ad domum virum.
Delphis me cruciavit: ego autem super Delphide laurum
Uro: utque hæc vehementer crepitat flamma correpta,
Et subito conflagravit, ejusque ne cineres quidem conspicimus:
Sic etiam Delphidis caro flamma consumatur.
Iynx, trahe tu illum meam ad domum virum.
Ut hanc ceram ego juvante deo liquefacio,
Sic liquefiat ab amore Myndius illico Delphis:
Utque circumagitur hicce rhombus æneus, ex Venere
Sic ille circumagatur ad nostras fores.
Iynx, trahe tu illum meam ad domum virum.
Nunc sacrificabo furfures. Tu vero, Diana, et illum in Orco
Movere possis indomitum, et si quid aliud est firmum.
Thestyli, canes nobis per urbem ululant.
Dea in triviis adest: quin ocius insona æs.
Iynx, trahe tu illum meam ad domum virum.

En, mare silet, silent flamina:
Meus autem non silet in pectore dolor,
Sed in illo tota ardeo, qui me miseram
Pro conjuge infamem fecit, et virginitatem eripuit.
Iynx, trahe tu illum meam ad domum virum.
Ter libo, et ter hæcce, o veneranda, dico:
Seu mulier illi accubat, sive etiam vir,
Tantum eum oblivionis capiat, quantum olim Theseum ferunt
In Dia oblitum esse pulcricomæ Ariadnes.
Iynx, trahe tu illum meam ad domum virum.
Hippomanes herba est apud Arcades: cujus potiundæ furore
Omnes et equulei feruntur per montes et celeres equæ.
Sic etiam Delphin videam et ad hasce ædes ruentem
Furenti similem, ex nitida palæstra.
Iynx, trahe tu illum meam ad domum virum.
Hanc de læna fimbriam perdidit Delphis,
Quam ego nunc divellens rapidum in ignem injicio.
Væ, væ, Amor gravis, quid mihi atrum e corpore sanguinem
Inhærens hirudinis instar palustris omnem exsuxisti?
Iynx, trahe tu illum meam ad domum virum.
Lacertam tibi contritam potum malum cras feram.
Thestyli, nunc tu sumta hæc venena illine
Limini ejus, cui etiam nunc
Animo sum alligata: (ille autem me nihil curat:)
Et dic insputans: Delphidis ossa lino.
Iynx, trahe tu illum meam ad domum virum.
Nunc vero sola relicta unde amorem deplorem?
Unde exordiar? quis mihi malum hoc attulit?
Venit ad nos Eubuli filia Anaxo canistrum ferens
In lucum Dianæ: huic quidem tum multæ aliæ
Feræ in pompa ducebantur circumcirca, in his leæna.
Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.
Atque me Theucharila, Thressa nutrix, nunc mortua,
In vicinia habitans, oravit et obsecravit,
Ut pompam spectarem. Ego eam infortunatissima
Sequebar, ex bysso elegantem trahens tunicam
Et ornata xystide Clearistæ.
Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.
Quum jam essem in media via, ubi Lyconis ædes,
Vidi Delphin simul et Eudamippum incedentes.
Erat iis flavior helichryso barbæ lanugo,
Et pectora nitentia multo magis, quam tu, Luna,
Utpote gymnasii honesto labore modo perfunctis.
Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.
Et ut vidi, ut insanii, ut meus penitus est animus læsus
Miseræ: venustas marcescebat, neque quidquam ad pompam
Illam animum adverti, nec qui domum redierim,

Novi: sed me morbus ardens consumsit:
Decumbebam in lecto decem dies et decem noctes.
Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.
Et cutis mea similis fiebat prorsus thapso:
Defluebant ex capite omnes capilli, solaque relicta
Ossa adhuc erant et pellis. et quem non adii?
Aut cujus aniculæ domum reliqui, quæcunque incantaret?
Sed nusquam lenimen inveniebam, et tempus celeriter præteribat.
Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.
Atque sic ancillæ, quod res erat, aperui,
Age, Thestyli, gravis morbi mihi inveni remedium.
Totam me habet miseram Myndius ille. Ergo abi
Et observa ad Timageti palæstram:
Eo enim itat, ibi ei volupe est versari.
Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.
Et quando solum eum videris, tacite innue
Et dic: Simætha te vocat: tum huc adducas.
Sic dixi: illa abiit et adduxit nitidum
Meas in ædes Delphin. Quem simul ac vidi
Januæ limen superantem pede levi,
(Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.)
Omnis refrixi nive magis, ex fronte
Sudor mihi defluebat instar pruinarum australium,
Nec quicquam eloqui poteram, ne quantum quidem in somno
Balbutiunt alloquentes caram matrem pueri:
Sed toto corpore obrigui, ut pupa gypsea.
Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.)
Ac me intuitus ille amoris expers, oculis in terram defixis
Assedit in lecto, atque sedens hæc verba dedit:
Hercle, Simætha, tantum me antevertisti, quantum ego
Nuper formosum currendo anteverti Philinum,
Quum in tuum tectum me vocasti, antequam ipse venirem.
Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.
Venissem enim et ego, per dulcem, venissem, Amorem,
Aut tertius, aut quartus amicus, statim nocte ingruente,
Mala Bacchi in sinu gerens,
Caput ornatus populo, Herculis sacra planta,
Circumcirca purpureis lemniscis involuta.
Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.
Et si me excepissetis, hoc gratum fuisset: nam agilis
Et pulcher omnes inter juvenes vocor,
Contentusque fuissem, si modo pulcrum os tuum osculatus essem.
Sin alio me pepulissetis, foresque pessulo occlusæ fuissent,
Utique et secures et faces ad vos venissent.
Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.
Nunc autem affirmo, Veneri primæ me gratiam debere:
Et post Venerem tu me secunda ex flamma eripuisti,

Carissima, quæ in hasce tuas ædes arcessivisti,
Sic semiustum. Amor enim etiam Liparæo
Sæpe Vulcano flammam ardentiorem accendit.
Vide amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.
Malis furiis et virginem e thalamo
Et nuptam exagitat, ut torum adhuc calentem derelinquat
Viri. Hæc ille; ego autem facile credula,
Manu ejus prehensa, mollem reclinavi in lectum.
Mox corpus corpore calefiebat, et ora
Fervebant magis quam ante, suaviterque susurrabamus.
Ac ne multa tibi garriam, cara Luna,
Facta est maxima res, et voto uterque potiti sumus.
Ac neque ille mihi quicquam exprobravit usque in hesternum diem,
Neque ego vicissim illi. Sed venit ad me Philistæ
Mater nostræ tibicinæ, et Melixus,
Hodie, quum ad cœlum adscendebant equi
Auroram roseam ex Oceano subvehentes,
Quæ mihi dixit et alia multa, et hoc, Delphin amare.
Num autem mulieris desiderio teneretur, an viri,
Hoc negabat, se certo scire; sed tantum, in Amoris eum honorem
Merum sibi infudisse, et denique celeriter abiisse,
Et dixisse, se ædes illas corollis redimitum ire.
Hæc mihi amica narravit, estque verax.
Nam et ter et quater alias ad me commeabat
Et apud me Doricam ampullam sæpe deponebat:
Nunc autem duodecimus dies est, ex quo eum nunquam vidi.
Non alias habet delicias, et nostri oblitus est?
Nunc philtris eum aggrediar; sin autem me perrexerit
Dolore afficere, Orci fores, per Parcas, pulsabit.
Talia ei in cista mala venena dico me servare,
Quæ ab Assyrio, o domina, hospite didici.
At tu vale et ad Oceanum verte equos,
Veneranda: ego autem feram meum laborem, ut suscepi.
Vale, Luna nitida: valete et alia
Sidera, quæ placidæ noctis currum comitari soletis.

CAPRARIUS,

VEL AMARYLLIS, VEL COMASTES.

IDYLLION III.

VADO ad Amaryllida: capræ mihi
Pascuntur in monte, quas Tityrus agit.
Tityre, mihi multo carissime, pasce capellas,
Et ad fontem age, Tityre: atque illum hircum
Libycum canum cave, ne te cornu feriat.
O dulcis Amarylli, quid me non amplius in hoc antro
Prospectans vocas amatorculum tuum? num me odisti?
Num tibi simus videor, quum prope adsum,
O nympha, et mento prominente deformis? ut me suspendam, facies.
En tibi decem mala fero: ibi decerpsi,
Ubi me decerpere jubebas tu: et cras alia tibi feram.
Vide quæso acerbum meum dolorem. Utinam fierem
Bombilans apicula, et in tuum antrum venirem
Per hederam penetrans et filicem, qua tu contegeris.
Nunc novi, quid sit Amor: gravis deus. Certe leænæ
Mammam suxit, inque saltibus eum educavit mater:
Qui me peredens ad ossa usque lædit.
O puella forma venusta, tota saxea: o ab nigris decora superciliis
Nympha, amplectere me caprarium, ut te osculer.
Inest etiam in inanibus osculis dulcis voluptas.
Coronam ut continuo discerpam facies,
Quam tibi ego, Amarylli cara, ex hedera servo,
Implexam rosis et odoro apio.
Hei mihi, quid agam? quid, miser? non audis?
Eduto pelliceo in fluctus ibi me mittam
Ubi thynnos observat Olpis piscator.
Et etiamsi non fuero mortuus, tu tamen voluptatem capies.
Intellexi nuper, quum me percontante an me amares
Neque telephilon allisum edidit sonum,
Sed frustra in molli cubito exaruit.
Dixit etiam Agrœo verum, cribraria vates,
Quæ nuper pone messores spicas legebat, me
Tibi totum esse deditum, te autem nihil me curare.
Hercle tibi albam gemelliparam capram servo,
Quam a me etiam Mermnonis filia Erithacis nigella
Petit; et dabo ei, quoniam tu me fastidis.

Salit mihi oculus dexter. An videbo
Ipsam? Cantabo in pinum hic reclinatus.
Et forsitan me adspiciet, quoniam non adamantina est.
Hippomenes quum virginem ducere vellet,
Mala manu gestans cursum peragebat: et Atalanta
Ut vidit, ut insaniit, ut in profundum ruit amorem.
Armentum etiam vates ab Othry monte egit Melampus
Pylum, et in Biantis amplexus ibat
Mater formosa sollertis Alphesibϕæ.
Pulcram Cythereum in montibus oves pascens
Non sic Adonis ad summum furorem concitavit,
Ut ne mortuum quidem eum ab amplexu dimittat?
Beatum prædico illum, qui gravi somno sepultus jacet,
Endymionem: beatum, o cara mulier, Jasionem,
Qui tantum est consecutus, quantum non audietis profani.
Capite doleo: tu autem non curas. Non amplius canam,
Sed jacebo prolapsus, et lupi hic me devorabunt:
Dulcis mellis instar hoc tibi per guttur descendet.

PASTORES,

BATTUS ET CORYDON.

IDYLLION IV.

BAT. Dic mihi, o Corydon, cujus sunt hæ vaccæ? an Philondæ?
COR. Non, sed Ægonis; pascendasque mihi eas dedit.
BAT. An forte eas clam vespere omnes emulges?
COR. Imo senex submittit vitulos, et me observat.
BAT. Ipse autem bubulcus quo abiit?
COR. Non audivisti? Milo eum ad Alpheum secum abduxit.
BAT. Et quando ille oleum oculis vidit?
COR. Aiunt eum cum Hercule vi et robore contendere.
BAT. Et me mater dixit Polluce præstantiorem esse.
COR. Abiitque hinc cum ligone et viginti ovibus.
BAT. Persuaserit, credo, Milo lupis, ut illico rabiant.
COR. Juvencæ eum hic mugientes desiderant.
BAT. Miseræ quidem hæ. pastorem quam malum nactæ sunt.
COR. Sane miseræ: et non amplius volunt pasci.
BAT. Huic quidem vitulæ sola relicta sunt
Ossa. num quid rore victitat, sicut cicada?
COR. Non, per terram: nam nunc eam ad Æsarum pasco,
Et mollis fœni pulcrum fasciculum præbeo:
Nunc exultat circa umbrosum Latymnum.
BAT. Macilentus sane et iste rufus taurus est. utinam nanciscantur
Lampriadæ tribules, quando sacra ferunt
Junoni, talem: nam improba est tribus.
COR. Et is quidem ad paludis ostium agitur, et in Physcum,
Et ad Neæthum, ubi omnia præclara nascuntur,
Ægipyrus, et conyza, et odorata melitea.
BAT. Heu, heu: facessent et boves, o miser Ægon,
Ad inferos, quando et tu malam victoriam appetis.
Etiam fistula situ fœdatur, quam olim compegisti.
COR. Non illa, non, per Nymphas: nam Pisam discedens
Dono mihi eam reliquit: ego autem non ultimus sum cantor,
Et bene cano carmina Glaucæ, bene etiam Pyrrhi.

Laudo Crotona: pulcraque urbs est Zacynthus,
Et pulcrum est orientale promontorium Lacinium, ubi pugil
Ægon octoginta solus devoravit liba:
Ibi etiam taurum a monte ducebat prehensum
Ungula, et Amaryllidi donavit: puellæ
Procul acclamarunt, et pastor risit.
Bat. O dulcis Amarylli, tui solius ne mortuæ quidem
Obliviscemur: quam mihi sunt capræ caræ, tam tu cara obiisti.
Heu, heu, durissimam sortem, quam nactus sum.
Cor. Bono animo esse oportet, mi Batte: forsitan cras melius erit.
Spes est in vivis; expertes spei sunt mortui.
Etiam Jupiter modo serenus est, modo pluit.
Bat. Bono animo sum. Rejice deorsum vitulos: nam oleæ
Ramos rodunt perditi. Apage hinc tu, albe.
Cor. Apage Cymætha ad tumulum. non audis?
Veniam, per Pana, in malam rem te illico ablegaturus,
Ni abis istinc. En, iterum huc accedit.
Utinam mihi præsto esset curvum pedum, ut te percuterem!
Bat. Vide me, o Corydon, per Jovem: nam spina
Modo me hic sauciavit sub malleolo. quam profundæ
Atractylides sunt! Male pereat vitula!
Huic inhians sauciatus sum. Anne vides?
Cor. Vero, unguibusque eam teneo: en et ipsam!
Bat. Quam exiguus ictus quantum virum perdomat!
Cor. In montem quum abis, noli discalceatus ire, Batte!
In monte enim rhamni et genistæ virent.
Bat. Dic age mihi, o Corydon, senecio ille num adhuc molit
Illud nigro supercilio scortillum, quod olim deperibat?
Cor. Vehementer quidem, o bone: nuper ipse interveniens
Ad parietem eum deprehendebam in ipso opere.
Bat. Euge, o homo lascive! tuum genus aut cum Satyriscis
Proxime aut cum Panibus, qui exilia crura habent, certat.

VIATORES SEU BUCOLIASTÆ.

IDYLLION V.

COMATAS ET LACON.

Com. Capellæ meæ, illum pastorem Sybaritam
Fugite, Laconem. pellem meam heri furatus est.
Lac. Quin a fonte, heus! agnæ? non videtis,
Qui mihi nuper fistulam furatus est, Comatam?
Com. Qualem fistulam? tu enim quando, serve Sybartæ,
Tibi comparasti fistulam? quid non amplius cum Corydone
Satis est tibi arundinis cannula sibilare?
Lac. Quam mihi dedit Lycon, o ingenue. tibi vero qualem
Lacon unquam furatus abii pellem? dic Comata.
Nam ne Eumaræ quidem hero tuo erat pellis, in qua dormiret.
Com. Quam Crocylus mihi dedit, discolorem, quum sacrificasset
Nymphis capram: tu vero, improbe, et tunc contabescebas
Livore, et nunc me denique exuisti.
Lac. Non, non, per Pana litoralem, non te Lacon
Pelliceo exui filius Calæthidis; aut de illa
Rupe, o amice, furore correptus in Crathin desiliam.
Com. Non, non, per hasce palustres, o bone, Nymphas,
Quæ mihi propitiæ et benevolæ sint!
Non tuam fistulam clam furatus sum Comatas.
Lac. Si tibi credam, Daphnidis dolores suscipiam.
At nunc si vis hædum deponere, (est enim nihil
Sacrum,) age, tecum cantu decertabo, donec defeceris.
Com. Sus cum Minerva certamen suscepit. en depositus est
Hædus. Age vero et tu pinguem agnum depone.
Lac. Siccine, o impudens, æqua lege certabimus?
Quis pilos pro lana totondit? quis, quando adest
Capella primipara, turpem canem vult mulgere?
Com. Quicunque se superaturum esse alterum, ut tu, confidit,
Vespa bombitans contra cicadam. At enim non tibi
Hædus par: tu, en hunc hircum! incipe.
Lac. Ne festina: non sane enim igni ureris. Suavius cantabis,
Ubi sub hac oleastro hoc in nemore consederis.
Gelida aqua illic defluit: hic nata est

Herba, et torus hic est, et locustæ hic garriunt.
Com. Atqui non festino: sed admodum moleste fero, quod tu me audes
Oculis rectis intueri; quem olim
Puerum adhuc ego docebam. en gratia quo recidit!
Nutri et lupos catulos, nutri canes, ut te devorent.
Lac. Et quando ego abs te boni quid didici, vel etiam audivi,
Quod meminerim, o tu invide et turpicule homuncio?
Com. Quum pædicabam te, tuque dolebas; capellæ autem
Istæ balabant, et caper eas terebrabat.
Lac. Ne profundius illa pædicatione, o gibbose, sepeliaris:
Sed accede huc, accede: et postremum cantabis.
Com. Non accedam illuc: hic sunt quercus, hic cyperus,
Hic suaviter susurrant circum alvearia apes:
Hic aquæ gelidæ duo fontes, inque arboribus
Volucres garriunt; umbra quoque nihil similis
Illi apud te: dejicit et pinus ex alto nuces.
Lac. Scilicet pelles agninas et lanam hic calcabis,
Si veneris, somno molliorem: pelles autem hircinæ
Apud te olent pejus, quam tute oles.
Statuam cratera magnum candidi lactis
Nymphis: statuam et alterum dulcis olei.
Com. Sin et tu veneris, teneram filicem hic calcabis,
Et pulegium florens: tum substernentur caprarum
Pelles quadruplo molliores istis agninis apud te.
Statuam octo mulctralia Pani lactis
Octoque cymbia plenos mellis favos continentia.
Lac. Istinc mecum contende, et istic carmen cane:
Tuum solum calcans, tene quercus. Sed quis nobis,
Quis judex erit? utinam huc accedat boum pastor Lycopas.
Com. Nihil ego illum requiro: sed illum,
Si vis, lignicidam advocabimus, qui ericas
Illas apud te colligit. est Morson.
Lac. Vocemus. Com. Tu eu marcesse. Lac. Age, amice, paulisper ausculta
Et huc ades: nos enim certamus, uter melior
Bucolicus cantor sit. Tu autem, care Morson, neque meæ gratiæ
Arbiter quicquam des, neque vero hunc adjuves.
Com. Ita, per Nymphas, amice Morson, neque Comatæ
Plus juris tribuas, neque vero huic gratificeris.
Iste tibi ovium grex est Thurii Sybartæ:
Eumaræque capras vides, carissime, Sybaritæ.
Lac. Num te quis interrogabat, per Jovem, Sybartæ
An meus esset grex, improbissime? quam garrulus es.
Com. Heus tu, optime, ego omnia vera prædico,

Neque me jacto: tu autem nimis es mordax.
LAC. Eia dic, si quid dicis, et amicum in urbem
Vivum remitte. O Apollo, sane loquax es, Comata.
COM. Musæ me amant multo magis quam cantorem
Daphnidem: ego autem iis nuper admodum duas capras mactavi.
LAC. Etenim me Apollo valde amat: et pulcrum ei
Arietem ego pasco; jamque Carnea imminent.
COM. Praeter duas, reliquas capras gemelliparas mulgeo,
Et me puella adspiciens, Ah miser, inquit, solusne mulges?
LAC. Ah, ah, Lacon tibi calathos ferme viginti implet
Caseo, et puerum impuberem in rosis in deliciis habet.
COM. Petit et malis caprarium Clearista
Capras præteragentem, et dulce quid admurmurat.
LAC. Namque me Cratidas pastorem imberbis ultro occurrens
Furiat, et nitida coma ei circa collum volat.
COM. At non conferri potest rubus caninus neque anemone
Cum rosis, quarum areolæ juxta sepes nascuntur.
LAC. Neque enim cum glandibus poma montana: illæ habent
Tenuem ab ilice corticem, hæc sunt mellita.
COM. Et ego quidem dabo puellæ illico palumbum,
Ex junipero captum: ibi enim incubat.
LAC. At ego ad lænam mollem lanam, quando tondebo
Ovem fuscam, Cratidæ ipse donabo.
COM. Apagite ab oleastro capellæ: hic pascimini,
Ad declivem hunc collem, ubi sunt myricæ.
LAC. Quin a quercu, heus tu, Conare, et Cynætha?
Hic pascemini ad orientem, ubi Phalarus.
COM. Est mihi mulctra cupressina, est crater,
Opus Praxitelis: quæ puellæ asservo.
LAC. Et nobis est canis custos gregis, qui lupos strangulat:
Quem puero dabo, vt omnes feras persequatur.
COM. Locustae, quæ sepem transilitis nostram,
Ne mihi vites lædite: sunt enim teneræ.
LAC. Cicadæ, videte caprarium ut irrito:
Sic et vos scilicet irritatis messores.
COM. Odi vulpes, quibus cauda villosa, quæ Miconis vineam
Semper frequentantes vesperi uvas legunt.
LAC. Etenim ego odi scarabæos, qui Philondæ
Ficus absumentes, sublimes vento feruntur.
COM. Annon meministi, quum ego te percussi, tuque ringens
Pulcre te movebas, et quercui illi adhærebas?
LAC. Hoc quidem non memini: quum vero hic alligatum
Eumaras te depexuit, probe hoc quidem novi.

Com. Jam quispiam stomachatur, Morson: nonne subsensisti?
Abi et scillas veteres e sepulcro illico evelle.
Lac. Et ego sane quempiam pungo, Morson: tu vero vides.
Abi ad Halentem et cyclaminum age effode.
Com. Himera pro aqua lacte fluat, tuque, o Crathi,
Vino purpurascas, et sia fructus ferant!
Lac. Fluat et fons Sybaritis mihi melle, atque mane
Puella pro aqua immersa situla favos hauriat!
Com. Meæ quidem capellæ cytisum et ægilon comedunt,
Et lentiscum calcant, et in arbuteis frondibus procumbunt.
Lac. Ovibus autem meis suppetit melitea,
Qua pascantur, copiosusque rosarum instar cistus floret.
Com. Non amo Alcippen, quod me nuper non osculata est
Auribus prehensis, ubi ei palumbum dederam.
Lac. At ego Eumedem multum amo: nam ubi ei
Fistulam porrexeram, bellissime me osculatus est.
Com. Non fas, Lacon, cum luscinia picas contendere,
Neque upupas cum cygnis: tu vero, o miser, contentiosus es.
Mor. Cessare jubeo pastorem. Tibi vero, Comata,
Dat Morson agnam: tuque, ubi sacrificaveris
Nymphis, Morsoni pulcram carnem illico mittito.
Com. Mittam, ita per Pana. fremito omnis hircorum
Nunc grex: et ego vide quantum cachinnum tollam
Contra Laconem pastorem, quod jam
Agnam abstuli: ad cœlum vobis exultabo.
Capellæ meæ cornigeræ bono animo este: cras vos
Omnes ego lavabo in Sybaritide fonte.
Heus tu albe, cornupeta, si quam aggredieris
Caprarum, percutiam te, priusquam immolavero
Nymphis agnam. En! hic rursus: atqui fiam,
Ni te percutiam, Melanthius pro Comata.

BUCOLICI CANTORES.

IDYLLION VI.

DAMŒTAS ET DAPHNIS.

Damœtas et Daphnis bubulcus in unum locum
Gregem aliquando, Arate, compulerunt: erat alter eorum
Flavus, alter semiberbis: et ad fontem quendam ambo
Sedentes æstate medio die talia canebant.
Incepit Daphnis, quoniam prior provocaverat.
Daph. Petit tibi, Polypheme, gregem Galatea
Malis, torpidum ad amorem caprarium vocans:
Atque tu eam non adspicis, miser, miser, sed sedes
Suaviter fistula cantans. Iterum illa, en, canem petit,
Quae te sequitur ovium custos: quae latrat
In mare prospectans, eamque pulcri fluctus ostendunt
Leniter murmurantes per litus currentem.
Vide ne puellæ in crura irruat
E mari egredientis, neu pulcrum corpus laniet.
Illa autem sua sponte lascivit, sicut carduorum
Arida lanugo, quando pulcra æstas torret:
Et fugit amantem, et non amantem consectatur:
Et a linea movet lapidem. Certe enim amori
Sæpe, o Polypheme, quæ non sunt pulcra, pulcra videntur.
Post hunc Damœtas hæc suaviter canere exorsus est:
Dam. Vidi, per Pana, gregem quum petebat,
Neque me latuit, non, per meum unicum oculum dulcem, quo cerno
Usque ad finem: at vates Telemus tristia inuncans
Tristia auferat domum, ut liberis asservet.
Verum et ipse ego eam pungens vicissim non adspicio,
Sed aliam quandam dico puellam me habere: quod illa audiens
Invidia mota, o Apollo, tabescit: tum e mari
Furiosa prosilit oculos convertens ad antra et greges.
Tacite jubeo eam allatrare etiam canem: nam quum amabam
Eam, ganniebat ad femora rostrum admovens.
Quod quum me facere videbit, forsitan sæpe mittet
Nuntium. at ego claudam fores, donec juraverit,
Ipsam se mihi straturam esse pulcrum lectum in hac insula.
Neque enim sane deformis sum, qualem me dicunt.
Nam nuper in mare inspexi (erat tranquillum,)
Et pulcra barba, pulcra mihi unica pupula

(Ut a me judicatum est) videbatur: dentiumque
Candidiorem nitorem Pario lapide ostendebat.
Ne vero fascino læderer, ter in meum gremium desputavi:
Hoc enim vetula Cotyttaris me edocuit,
[Quæ nuper messoribus apud Hippocoontem tibia accinebat.]
Quibus dictis, Daphnin Damœtas exosculatus est:
Et ille quidem huic fistulam, hic illi pulcram tibiam dedit.
Tibia canebat Damœtas, canebat fistula Daphnis bubulcus:
Exultabant in molli gramine illico vitulæ.
Vincebat tamen neuter, et invicti discesserunt.

THALYSIA.

IDYLLION VII.

Erat tempus, quum ego et Eucritus ad Halenta
Ibamus ex urbe, et tertius nobiscum Amyntas.
Cereri enim parabat Thalysia Phrasidamus
Et Antigenes, duo filii Lycopei, boni, si quid boni restat
Ex antiquis nobilibus, a Clytia et ipso
Chalcone, Burinnam fontem qui pede confecit,
Fortiter innixus in rupem genu: quem juxta
Populi ulmique umbrosum nemus ostendebant,
Foliis densis in viride tectum arcuatæ.
Nondum mediam viam emensi eramus, neque monumentum
Nobis Brasilæ apparebat, quum in viatorem quendam
Bonum virum, Cydonium, Musarum beneficio incidimus,
Qui nomen Lycidæ gerebat, et pastor caprarius erat: neque quisquam eum
Ignorasset intuitus, quoniam caprario insigniter similis erat.
Nam hirsuti villosique hirci habebat
Canam pellem indutam humeris, recens coagulum redolentem;
Circa pectus ei vetustum pallium adstrictum erat
Cingulo plexo, curvumque gerebat ex oleastro
Dextra manu pedum. is me placide ore diducto appellavit
Oculo ridenti (nam risus ei in labris hærebat):
Simichida, quo quæso tu meridie pedes trahis,
Quum et lacerta in sepibus dormit,
Neque cristatæ alaudæ vagantur?
Num vocatus ad cœnam festinas? an alicujus civium
Torcular calcas? nam te incedente
Omnis calculus allisus ad soleas tinnit.
Huic ego respondi: Lycida care, dicunt te omnes
Esse fistulatorem eximium inter pastores
Et messores: quod magna lætitia animum afficit
Nostrum: quamquam, ut mea fert sententia, me tibi parem fore
Spero: viaque hæc est ad Thalysia. nam cari
Viri Cereri peplo decoræ dapem parant,
Frugum primitias offerentes: admodum pingui enim mensura
Dea horreum frumento præstanti replevit.
Sed age (nam communis est via, communis et dies)

Carmen pastoritium canamus : fortasse alterum alter oblectaverit.
Nam ego sum Musarum os facundum, et me dicunt
Omnes cantu præcellere; ego autem non sum credulus,
Non, per terram: nondum enim, meo judicio, neque præstantem
Sicelidam Samium vinco, neque Philetan
Cantando, sed ut rana cum locustis contendo.
Sic dixi consulto : caprarius autem dulce ridens
Hoc tibi, inquit, pedum do, quod es
Totus Jovis germen factus, non nisi verum colens.
Nam perosus sum et fabrum, qui conatur
Æqualem montis Oromedontis vertici domum exstruere,
Musarumque aves, quotquot contra Chium vatem
Ex adverso stridentes, incassum laborant.
Sed age, pastoritium carmen quam primum incipiamus,
Simichida: et ego, vide amice, si tibi placet, cano
Hoc quod nuper in monte carmen breve meditatus sum:
Contingat Ageanacti felix navigatio in Mitylenen
Et quando occiduis hædis notus humidos urget
Fluctus, quumque Orion in Oceano pedes sistit,
Si Lycidan flagrantem ex Venere
Liberaveris: calidus enim amor illius me urit:
Atque alcyones sternant fluctus et mare
Et notum et eurum, qui extremas algas movet:
Alcyones, glaucis Nereidibus quæ maxime
Avium amantur, quæ e mari victitant.
Ageanacti cursum ingresso in Mitylenen
Commoda omnia contingant, et salvus in portum perveniat.
Atque ego illo die anethinam vel rosaceam,
Vel etiam ex albis violis coronam in capite gestans
Vinum Pteleaticum ex cratere hauriam,
Ad ignem recubans; et fabas aliquis in igne torrebit,
Et torus exstructus erit ad cubitum usque
Conyza, asphodelo et flexili apio.
Et bibam suaviter, memor Ageanactis,
Ipsis calicibus ad fæces usque labro inhærens.
Tum tibiis cantabunt mihi duo pastores, alter Acharnensis,
Alter Lycopitas: et Tityrus prope accinet,
Ut olim Xeneam amavit Daphnis bubulcus,
Utque montem lustrabat, et quercus eum lugebant,
Quæ nascuntur juxta ripas Himeræ fluvii:
Quum ille velut nix contabescebat in Hæmo excelso,
Vel in Atho, vel Rhodope, vel Caucaso extremo:
Cantabitque, ut olim excepit pastorem ampla arca
Vivum, per malam heri improbitatem,
Utque eum simæ aluerunt ex pratis advolantes
Cedrum ad odoram mollibus floribus apes,
Quod ei dulce nectar Musa in os defuderat.
O beate Comata, tu sane hæc jucunda expertus es,

Et tu inclusus fuisti arca, et tu, apum
Favis pastus, totum ver exegisti.
Utinam mea ætate in vivis numeratus esses;
Nam tibi ego pavissem per montes pulcras capellas
Tuam vocem exaudiens: tuque sub quercubus vel pinubus
Suaviter canens recubuisses, divine Comata.
Ille hæc fatus desiit: post quem vicissim
Et ego talia dixi: Lycida care, multa quidem alia
Nymphæ me quoque docuerunt in montibus boves agentem
Proba, quæ forte et ad Jovis solium fama pertulit:
Sed hoc ex omnibus longe præstantissimum est, quo te ornare
Incipiam. age ausculta, quoniam Musis amicus es:
Simichidæ Amores sternuerunt: nam miser
Tantum amat Myrtonem, quantum ver capræ amant:
Aratus autem, qui illi viro omnino carissimus est,
Pueri sub viscera desiderio tenetur. Novit Aristis,
Probus vir, longe optimus, quem ne ipse quidem canentem
Phœbus cithara apud tripodem dedignetur,
Pueri amore Aratum sub ossa uri.
Hunc mihi, Pan, Homoles amœnum campum qui sortitus es,
Non vocatum illius in caras manus sistas,
Sive is est Philinus tener, seu quis alius.
Quod si feceris, o Pan care, ne te pueri
Arcadici scillis sub latera et humeros
Tum flagellent, quum parcæ carnes adsint:
Sin alio inclinaveris, toto corpore unguibus
Laceratus pungaris, et in urticis dormias,
Degasque Edonorum in montibus hieme media
Hebrum ad fluvium, proximus arcto,
Æstate autem apud extremos Æthiopas pascas
Sub scopulo Blemyarum, unde Nilus non amplius conspici potest.
Vosque, Hyetidos et Byblidos dulcibus relictis
Undis, qui habitatis flavæ excelsam sedem Diones,
O malis Amores rubentibus similes,
Ferite mihi arcu amabilem Philinum,
Ferite, quoniam hospitis mei infelix non miseretur.
Atqui sane piro ille est mollior; et puellæ,
Heu, heu, clamant, Philine: tibi flos formæ sublabitur.
Non amplius vigilemus ad fores, Arate,
Neque pedes teramus: sed matutinus gallus alium
Cucuriens torporibus molestis tradat:
Unusque in hac palæstra, optime, Molon, vexetur:
Nobis autem sit quies curæ, et anus adsit,
Quæ desputans, minus quæ pulcra sint, procul arceat.
Hæc dixi, et ille mihi pedum, suaviter ridens,
Ut ante, a Musis munus hospitale dedit.

Tum ille, deflectens ad sinistram, qua itur ad Pyxam,
Via pergebat: ego autem et Eucritus ubi in Phrasidami domum
Veneramus, simulque pulcer Amyntas, in profundis
Dulcis lentisci toris recubuimus,
Inque recens abscissis pampinis læti.
Multæ nobis desuper in caput agitabantur
Populi ulmique, et prope sacer rivus
Nympharum ex antro defluens murmurabat.
In opacis ramusculis ardenticulæ
Cicadæ garrire certabant: et ulula
E longinquo in densis ruborum spinis stridebat.
Cantabant cassitæ et cardueles, gemebat turtur.
Volitabant flavæ circa fontes apes.
Omnia redolebant æstatem opimam, redolebant auctumnum.
Pira ad pedes, ad latera mala
Largiter nobis volvebantur: et effusi erant
Rami prunis gravati in terram.
Quadrima a doliorum orificio relinebatur litura.
Nymphæ Castalides, quæ Parnassium cacumen tenetis,
Num talem in Pholi saxeo antro
Cratera Herculi senex statuit Chiron?
Num pastorem illum ad Anapum
Validum Polyphemum, qui in montibus saxa mittebat,
Tale nectar invitavit, ut in stabulis saltaret,
Quale tunc poculum temperastis, o Nymphæ,
Ad aram Cereris arealis? in cujus acervo
Utinam iterum ego figam magnum ventilabrum, ipsaque rideat
Manipulos et papavera utraque manu tenens.

BUCOLICI CARMINIS CANTORES.

IDYLLION VIII.

DAPHNIS, MENALCAS ET CAPRARIUS.

DAPHNIDI formoso occurrit boves pascenti
Oves pascens, ut aiunt, in montibus altis Menalcas.
Ambo insignes erant flava coma, ambo pueri,
Ambo fistulam inflare docti, ambo cantare.
Primus igitur Daphnidem intuitus ait Menalcas:
MEN. Mugientium custos boum, Daphni, visne mecum cantu certare?
Affirmo, me te cantu victurum esse, quantum ipse volo.
Huic tum Daphnis his verbis respondit:
DAPH. Pastor lanigerarum ovium, fistulator Menalca,
Nunquam me vinces, ne si quidem tibi quid accidat, tu quidem cantu.
MEN. Visne igitur videre? visne deponere præmium?
DAPH. Volo hoc videre, volo deponere præmium.
MEN. Sed quid deponemus, quod nobis sit dignum?
DAPH. Vitulum ego depono; tuque depone agnum æqualem matri.
MEN. Nunquam deponam agnum; nam difficilis est pater meus
Et mater, ovesque vespere omnes numerant.
DAPH. Sed quid quæso depones? quid præcipuum habebit victor?
MEN. Fistulam, quam feci pulcram ego, novem vocum,
Alba cera compactam, æqualem infra, æqualem supra,
Hanc deponam; sed quæ patris sunt, ea non deponam.
DAPH. Atqui et ego fistulam habeo novem vocum,
Alba cera compactam, æqualem infra, æqualem supra.
Nuper eam compegi; adhuc et digitus dolet
Hicce, quandoquidem calamus scissus eum sauciavit.
Sed quis nobis arbiter erit? quis nobis auscultabit?
MEN. Quid si illum huc caprarium arcessiverimus,
Cui apud hœdos canis albus latrat?
Pueri vocarunt, et caprarius voce audita venit.
Pueri canebant, et caprarius arbiter esse certaminis volebat.
Prior igitur cecinit sortitus fistulator Menalcas.
Tum vicissim exorsus est Daphnis carmen
Bucolicum. Sic Menalcas incepit:

MEN. Saltus et fluvii, divinum genus, si quod Menalcas
Unquam fistula gratum carmen cecinit,
Pascatis ex animi mei sententia has agnas; at si quando venerit
Daphnis agens vitulas, nihilo minus habeat.
DAPH. Fontes et herbæ, jucundum germen, si æquat
Cantu Daphnis luscinias,
Hoc armentum saginate: et si Menalcas
Huc gregem egerit, lætus pingue pabulum habeat.
MEN. Ubique ver est, ubique pascua, ubique lacte
Ubera turgent, et teneræ pecudes saginantur,
Quo pulcra puella accedit. Sin discesserit,
Et pastor illic aret, et herbæ.
DAPH. Ibi oves sunt, ibi capræ gemelliparæ, ibi apes
Alvearia replent, et quercus sunt altiores,
Ubi pulcer Milo pedibus incedit. Sin discesserit,
Et qui vaccas pascit, et vaccæ ipsæ sunt aridiores.
MEN. O hirce, albarum caprarum marite, ubi profunditas silvæ
Immensa, o simi hœdi, huc ad undam accedite:
Ibi enim ille est: abi tu cornibus mutilate, et dic Miloni,
Proteum, quamvis deus esset, phocas pavisse.
DAPH. Ne mihi regnum Pelopis, ne mihi aurea talenta
Contingat habere, neu cursu superare ventos:
Verum sub hac rupe cantabo, te complexu tenens,
Oves simul pascentes et mare Siculum prospiciens.
MEN. Arboribus hiems horrendum malum, aquis siccitas,
Avibus laqueus, feris silvestribus retia:
Viro teneræ puellæ desiderium. O pater, o Jupiter,
Non solus amavi, et tu mulieres amasti.
Hæc quidem alternis pueri cecinerunt.
Ultimum carmen sic exorsus est Menalcas:
MEN. Parce hœdis, parce, lupe, fetis meis,
Neque læde me, quod, parvus quidem, multas pecudes sequor.
O Lampure canis, tam altus somnus te tenet?
Non decet alte dormire cum puero pascentem.
Vosque oves, ne cunctamini tenera satiari
Herba: neque fatigabimini, quando hæc iterum succreverit.
Age, pascimini, pascimini, et ubera replete omnes,
Ut partim agni habeant, partim in calathis reponam.
Deinde vicissim Daphnis suaviter canere cœpit:
DAPH. Et me puella junctis superciliis ex antro nuper prospectans
Præteragentem juvencas, pulcrum, pulcrum esse dixit:
Non sane ne verbum quidem acerbum ei respondi,
Sed in terram demissis oculis viam meam pergebam.
Dulcis vox est vitulæ, dulcis fistulæ sonus:
[Suaviter mugit vitulus, suaviter vacca:]

Suave est æstate ad undam fluentem sub dio recumbere.
Quercui glandes decori sunt, malo mala:
Vaccæ vitulus, bubulco boves ipsæ.
Sic pueri cecinerunt, et caprarius hæc dixit:
CAP. Dulce os tibi est, et vox amabilis, o Daphni:
Jucundius est canentem te audire, quam mel lingere.
Cape fistulam: vicisti enim cantu.
Sin quid et me ipsum capras una pascentem docere vis,
Illam cornibus mutilatam capellam pro docendi mercede tibi dabo,
Quæ super oram semper mulctram complet.
Quemadmodum puer gavisus est, et exiliit, et plausum dedit
Victor: sic ad matrem hinnulus adsilit:
Quemadmodum indoluit, animoque afflictus est
Alter: sic et puella desponsata mœrore afficitur.
Atque ex illo tempore Daphnis inter pastores primus habitus est,
Et Nympham, adolescens admodum, Naidem uxorem duxit.

PASTOR SIVE BUBULCI.

IDYLLION IX.

DAPHNIS ET MENALCAS.

Bucolicum carmen cane, Daphni, tuque cantum incipe prior,
Cantum incipe prior, deinde sequitor Menalcas,
Vitulos vaccis quando submiseritis, et immiseritis non fetis tauros.
Hi quidem simul pascantur, et in frondibus errent,
Non relinquentes gregem: mihique tu bucolicum carmen cane
Prior, tum vicissim respondeat Menalcas.
Daph. Suaviter vitulus mugit, suaviter etiam vacca,
Suaviter canit et fistula et bubulcus, suaviter etiam ego.
Est mihi ad undam gelidam torus: in eo constipatæ sunt
Albarum vaccarum pulcræ pelles, quas mihi omnes,
Africus arbutum rodentes de scopulo dejecit.
Æstatem torrentem ego tantum curo,
Quantum amantes patris matrisve monita curant audire.
Sic Daphnis cecinit mihi: tum sic Menalcas:
Men. Ætna mater mea est, et ego pulcrum antrum inhabito
Cavo in saxo, possideoque, tibi quantum in somnio
Apparet, multas oves, multasque capras:
Quarum mihi ad caput et pedes vellera jacent.
In igne ex lignis quernis accenso exta bulliunt: igne aridæ
Fagi hieme concremantur: curoque tibi ne tantillum quidem
Hiemem, quantum edentulus nuces, pulte ex amylo parata.
His applausi, et statim donum dedi,
Daphnidi quidem pedum, quod mihi patris ager tulit
Sponte natum, quod certe ne faber quidem reprehenderit:
Alteri autem conchæ pulcram testam, cujus carnem ipse
Comederam, in scopulis Icariis captatæ,
Quam in quinque portiones dissecueram quinque præsentibus. atque ille insonuit testa.
Bucolicæ Musæ, multum salvete, et carmen proferte,
Quod olim ego illis præsens cecini pastoribus.
Nunquam in lingua extrema pustulam produxeris.

Cicada cicadæ amica est, formicæ formica,
Accipitres accipitribus: mihi autem carmen et Musa.
Hac mihi tota sit plena domus, neque enim somnus,
Neque ver subitum dulcius, neque apibus
Flores, quam mihi Musæ sunt caræ. quos enim adspiciunt
Læto oculo, hos nihil veneno læserit Circe.

OPERARII SIVE MESSORES.

IDYLLION X.

MILO ET BATTUS.

Operarie rustice, quid quæso tibi, miser, accidit?
Neque sulcum rectum ducere vales, ut ante ducebas:
Neque pariter cum altero segetem secas, sed relinqueris,
Quemadmodum ovis a grege, cujus pedem spina sauciavit.
Qualis tu vespere et a medio die eris,
Qui nunc incipiens sulcum non voras?
Bat. Milo, messor vespertine, petræ duræ fragmentum,
Nunquamne tibi accidit, ut aliquem absentium desiderares?
Mi. Nunquam. et quod desiderium exterorum operario homini nasci possit?
Bat. Nunquamne quæso tibi accidit, ut propter amorem vigilares?
Mi. Ne vero accidat: grave est, exta canem gustare.
Bat. Verum ego, o Milo, amo propemodum undecimum diem.
Mi. E dolio hauris scilicet: ego vero ne aceti quidem satis habeo.
Bat. Itaque ante fores meas a semente omnia horrent.
Mi. Quæ vero puella te cruciat? Bat. Filia Polybotæ,
Quæ nuper metentibus ad Hippocoontem tibia canebat.
Mi. Invenit deus sontem: habes quod dudum cupiebas.
Vates tibi noctu accubabit culmaria.
Bat. Irridere me incipis tu. Cœcus non solus est Plutus,
Sed etiam curarum auctor Amor. Noli magna loqui.
Mi. Non magna loquor. Tu modo dejice segetem,
Et amatorium aliquod de puella carmen exordire: jucundius ita
Opus facies. Sane et olim canendi artifex eras.
Bat. Musæ Pierides, canite mecum gracilem
Puellam: nam quæ vos, deæ, attigeritis, pulcra omnia redditis.
Bombyce venusta, Syram vocant te omnes,
Macilentam, sole adustam: ego solus melleam (mellei coloris).
Et viola nigra est, et inscriptus hyacinthus:
Nihilo minus in sertis in primis leguntur.
Capra cytisum, lupus capram sequitur,

Grus aratrum: et ego tui amore insanio.
Utinam mihi esset, quantum Crœsum olim aiunt possedisse:
Aurei ambo staremus Veneri consecrati:
Tibias tenens tu et vel rosam vel malum,
Ego cum veste nova et novis calceis in pede utroque.
Bombyce venusta, pedes tui sunt tali,
Vox dulcis: indolem vero non possum exprimere.
Mi. Bellas sane cantiones faciebat clam nobis rusticus:
Quam scite numerorum rationem dimensus est.
Væ huic barbæ, quam frustra alui!
Audi quæso et hæc quæ sunt divini Lytiersæ:

Ceres frugifera, spicifera, hoc arvum
Bene sit cultum et quam maxime fertile.

Constringite, collectores, manipulos, ne quis præteriens
Dicat: ficulnei homines, periit et hæc merces.

Ad boream ventum acervi sectura vobis
Vel Zephyrum spectet: pinguescit sic arista.

Qui trituratis frumentum, fugite meridie somnum:
Culmi in paleas conteruntur tunc facillime.

Incipere decet messores, quum galerita excitatur:
Et desinere, quum dormit: quiescere medio æstu.

Optabilis est ranæ vita, pueri: non curat
Qui potum infundat: nam affatim ei suppetit.

Juvat, o procurator avare, lentem coquere:
Ne vulneres manum, diffindens cyminum.
Hæc decet viros in solis æstu laborantes cantare.
Tuum autem, rustice, famelicum amorem decet
Narrari matri in lecto mane vigilanti.

CYCLOPS.

IDYLLION XI.

NULLUM amoris natum est remedium aliud,
Nicia, neque quod inungi possit (opinor), neque quod adspergi,
Nisi Musæ: leneque hoc et jucundum
Est in potestate hominum: inventu autem facile non est.
Nosse id puto te probe, medicus quum sis,
Et novem sane eximie dilectus Musis.
Sic quidem commodissime degebat Cyclops nostras,
Antiquus ille Polyphemus, quum amabat Galateam,
Modo pubescens circa os et tempora:
Amabat autem non rosis, non malis, neque cincinnis,
Sed perniciosis furiis: ducebatque omnia posthabenda.
Sæpe oves ad ovile sua sponte redierunt
Viridi ex gramine; ille autem Galateam cantu celebrans
Ibi in litore algoso contabescebat
Inde ab aurora, infestissimum habens sub pectore vulnus
Venere ex potenti, quæ ei in hepate fixerat telum.
Sed remedium invenit, sedensque in rupe
Præcelsa, in mare prospectans, talia canebat:
O candida Galatea, quid amantem respuis?
Candidior caseo adspectu, tenerior agno,
Vitulo lascivior, splendidior uva immatura:
Venis igitur sic, quum dulcis somnus me tenet,
Abis statim, quum dulcis somnus me relinquit,
Fugisque, sicut ovis canum lupum conspicata.
Amavi ego te, puella, quum primum
Venisti mea cum matre, ut hyacinthina folia
Ex monte decerperes: atque ego viæ dux eram.
Desinere autem, ubi te vidi, postea, ne nunc quidem
Ab illo tempore possum: tu vero non curas, per Jovem, non.
Scio, formosa puella, quam ob rem me fugias:
Quod mihi hirsutum supercilium per totam frontem
Ab aure altera protensum est ad alteram aurem unum longum:
Unusque oculus inest, et latus nasus supra labrum.
Verum ego idem, qui talis sum, oves mille pasco,
Et ex his lac optimum, quod mihi mulgeo, bibo:
Caseus non deficit me neque æstate, neque auctumno,
Non hieme summa: fiscellæque sunt semper prægravatæ.
Fistula canere ut nullus hic Cyclopum scio,

Te, o carum pomum dulce, simul et me cantu celebrans
Sæpe nocte intempesta. Alo tibi undecim capreolos,
Omnes monilibus ornatos, et catulos quatuor ursæ.
Age veni tu ad nos, neque ulla in re deterior eris:
Glaucumque mare sine ad litus murmurare.
Suavius in antro apud me noctem transiges.
Sunt lauri ibi, sunt proceræ cupressi,
Est nigra hedera, est vitis dulces fructus ferens:
Est gelida unda, quam mihi nemorosa Ætna
Candida ex nive, potum ambrosium, mittit:
(Quis in mari et fluctibus vivere malit, quum his frui possit?)
Et si tibi ipse ego videor hirsutior esse,
Sunt querna ligna mihi, et sub cinere ignis inextinctus.
Exurique abs te et vitam patiar
Et unicum oculum, quo mihi dulcius nihil.
Hei mihi, quod non peperit me mater cum branchiis;
Ut subirem undas ad te, ac manum tuam osculare,
Si os nolles: ferremque tibi vel lilia candida,
Vel papaver tenerum, quod rubra crepitacula habet.
At illa quidem æstate, hæc nascuntur hieme:
Ut non tibi hæc afferre omnia simul possem.
Nunc profecto, o puella, nunc hic natare discam,
Si quis hospes nave vectus huc advenerit,
Ut videam, quæ tandem voluptas sit vobis habitare in profundo.
Egrediaris, Galatea, et egressa obliviscaris
(Sicut ego nunc hic sedens,) domum redire:
Et pascere velis mecum, simul et lac mulgere,
Et caseum premere, coagulo acri immisso.
Mater sola me injuria afficit, eamque incuso:
Nihil illa prorsus unquam de me amicum tibi dixit,
Idque in dies me macrescere videns.
Dicam, caput et pedes ambos meos
Dolere, ut crucietur, quoniam et ego crucior.
O Cyclops, Cyclops, quo mens tibi avolavit?
Si e vestigio calathos texeres, et frondes desectas
Agnis ferres, forsitan multo magis saperes.
Præsentem mulge: quid fugientem persequeris?
Invenies Galateam forsitan et pulcriorem aliam.
Multæ puellæ, ut secum noctem colludam, invitant,
Et effuse rident omnes, iis quum auscultavi:
Nimirum in terra et ego aliquis videor esse.
Sic Polyphemus leniebat amorem
Cantillando, commodiusque degebat, quam si aurum dedisset.

AITES.

IDYLLION XII.

VENISTI, care puer, tertiam post noctem et auroram,
Venisti? qui desiderio flagrant, uno die senescunt.
Quanto ver hieme, quanto malum pruno
Suavius, quanto ovis suo agno villosior est,
Quanto virgo præstat ter nuptæ mulieri,
Quanto velocior vitulo hinnulus, quantum luscinia
Canora cantu omnes volucres superat:
Tantum me exhilarasti tu, quum venisti: et sub umbrosam fagum
Sole torrente sicut viator properavi.
Utinam concordes adspirent utrique Amores
Nostrum, et posteris omnibus fiamus cantilena!
  Duo quidam tales inter se juncti fuerunt
Viri: alter *εἴσπνηλος* (amans), dixerit Amyclæa lingua loquens:
Alterum contra sic Thessalus vocaverit *ἀΐταν* (amasium).
Mutuo illi sese amarunt pari jugo. Sane tum fuerunt
Aurei olim homines, quum vicissim amavit amatus.
Utinam hoc, o pater Jupiter, fiat, utinam, o dii senii expertes
Immortales: et post ducenta sæcula denique
Nuntium hunc mihi ferat aliquis ad Acherontem irremeabilem:
"Tuus nunc amor et venusti amasii
Omnibus est in ore, et maxime juvenibus."
Verum hæc administrabunt superi cœlicolæ,
Sicuti volent: ego autem te formosum laudibus celebrans
Mendacii signa super nasum extremum non proferam.
Nam etsi aliqua in re me læseris, statim satisfacis,
Et duplo juvas, atque cum auctario discedo.
  Nisæi Megarenses, qui arte remigandi præstatis,
Felices habitetis, Atticum quod eximio
Hospitem honore ornastis Dioclem puerorum amicum.
Semper circa illius tumulum congregati vere primo
Pueri certant osculi præmia reportare:
Quique applicuerit dulcius labris labra,
Oneratus coronis suam ad matrem revertitur.
Beatus ille, qui pueris de osculis illis arbiter est.
Sane, opinor, cæsium Ganymedem multum invocat,
Ut Lydio lapidi par os habeat, aurum quo
Explorant, reprobum probumve sit, argentarii.

H Y L A S.

IDYLLION XIII.

Non nobis solis Amorem peperit, ut arbitrabamur,
Nicia, cuicunque tandem deorum hic puer natus est:
Non nobis pulcra primis pulcra videntur esse,
Qui mortales sumus, et crastinum non videmus:
Sed etiam Amphitryonis ferrei pectoris filius,
Qui sævum leonem substitit, amavit puerum,
Formosum Hylan, crine decorum,
Et eum omnia edocuit, sicut pater carum filium,
Quibus perceptis vir bonus et celebris ipse effectus erat:
Nunquam ab eo discedebat, neque si medius dies surgeret,
Nec quum albis quadrigis Aurora in Jovis ædes adscenderet,
Nec quum pulli avium pipientes ad nidum respicerent,
Quatiente alas matre in fuliginosa trabe:
Quo sibi ex animo puer elaboratus esset,
Sibique recte trahens vir verus evaderet.
Sed quum ad aureum vellus petendum navigaret Jason
Æsonides, ipsumque principes viri sequerentur,
Omnibus ex urbibus electi, qui virtute præstarent,
Venit etiam laborum patiens in divitem Iolcum
Alcmenæ filius Mideatidis heroinæ:
Cum eoque conscendit Hylas firmam Argo,
Quæ Cyaneas concurrentes non attigit,
Sed perrupit, et in profundum ingressa est Phasin,
Sicut aquila, magnos fluctus, a quo tum petræ constiterunt.
Quum Pleiades oriuntur, et extremi agri
Agnos juvenculos pascunt, vertente jam vere,
Tum navigationis meminerat divinus flos
Heroum, cavaque in Argo collocati
In Hellespontum venerunt, austro tertium diem flante:
Intraruntque portum Propontidis, ubi Cianorum
Sulcos latos ducunt boves terentes aratrum.
Egressi in littus, bini cœnam parabant
Vespere: multique unum straverunt sibi torum.
Pratum enim patebat magnum, toris commodum:
Unde butomum acutum, densumque secuerunt cyperum.
Et abiit Hylas flavus aquam ad cœnam allaturus
Ipsique Herculi firmoque Telamoni

(Qui uni ambo socii semper accumbebant mensæ)
Æneo in vase. Mox fontem vidit
Declivi in loco, quem circa ulvæ multæ natæ erant,
Cæruleumque chelidonium, virideque adiantum,
Et virens apium et errans agrostis:
In media autem aqua Nymphæ choream ducebant,
Nymphæ pervigiles, metuenda rusticis numina,
Eunica et Malis, verque referens ore Nychea.
Scilicet puer super lympham tenebat urnam multæ aquæ capacem,
Immergere eam cupiens. At illæ omnes manui ejus adhæserunt:
Omnium enim mentes teneras amor occupaverat
Argivum erga puerum; delapsusque est in undas nigrantes
Præceps, ut quum rutilans de cœlo decidit stella
Præceps in mare, et nauta aliquis sociis ait:
Elevate, pueri, arma: secundus ventus.
Nymphæ suo in gremio puerum tenentes
Lacrymantem blandis verbis consolabantur:
Amphitryoniades autem animo perturbatus ob puerum
Abiit, more Mæotico sumto arcu incurvo,
Et clava, quam semper dextra ejus manus capiebat.
Ter Hylan clamavit, quantum profundum guttur valebat,
Et ter puer audivit: exilisque venit vox
Ex undis; et quum proxime adesset, procul abesse videbatur.
Veluti quum comatus leo, procul audito
Hinnuli clamore, quum leo cruentus in montibus
Ex cubili ruit paratissimam ad cœnam:
Talis Hercules per invios sentes
Pueri desiderio errabat, multumque spatii corripiebat.
Miseri sunt amantes. Quantum ille toleravit errans
Per montes et saltus! Jasonisque res prorsus posthabuit.
Navis stabat vela habens intenta ex pedibus,
Transtraque juvenes media nocte purgabant
Herculem exspectantes: at hic, qua pedes ducebant, pergebat
Furibundus: nam sævus deus intus ei jecur laniabat.
Sic pulcerrimus Hylas in beatis diis numeratur:
Et Herculem heroes criminabantur, ut navis desertorem,
Quod Argo triginta transtris instructam deseruerat.
Pedes ad Colchos et inhospitalem Phasin pervenit.

CYNISCÆ AMOR SEU THYONICHUS.

IDYLLION XIV.

ÆSCHINES ET THYONICHUS.

ÆS. Multum salvere Thyonichum jubeo. THY. Imo te ipsum ego,
Æschines. ÆS. Quam serus! THY. Serus? quæ te cura?
ÆS. Non optime nobiscum agitur, Thyoniche. THY. Propterea igitur macer es,
Et hæc barba inculta horret, squalidique capilli:
Talis nuper huc venit Pythagoricus quidam,
Pallidus et discalceatus: Atheniensem se esse dicebat.
Appetebat sane et ille (opinor) tostam farinam.
ÆS. Jocaris, o bone, ut soles: me vero formosa Cynisca
Conteumlia afficit. præter opinionem tandem insaniam, crinis in medio.
THY. Talis tu semper, care Æschines, lenis, vehemens,
Omnia volens pro tempore. Dic tamen, quid novi?
ÆS. Argivus, et ego, et Thessalus eques
Apis, et Cleonicus miles potabamus
Ruri apud me. Duos mactaveram pullos,
Lactentemque porcellum, et Biblinum vinum iis aperueram,
Odorum, quatuor prope annorum, ut a torculari.
Bulbus e cochlea depromtus: eratque potus dulcis.
Jam progresso convivio visum est infundi merum,
In cujuscunque nomen quisque vellet: oportebat modo dicere, in cujus.
Nos nomina edentes bibebamus, ut visum erat.
Illa autem nullum edidit, præsente me. Quid mihi animi fuisse censes?
Non loqueris? Lupum vidisti (jocatus est aliquis), *ut sapiens ait.*
Et incensa est: facile ex ea lucernam accendere posses.
Est Lycus, Lycus est, Labæ vicini filius,
Procerus, mollis, multis qui pulcer videtur esse.
Hujus famoso illo amore contabescebat.
Idque nobis sic clam aliquando indicatum fuerat:
Non tamen rem exploravi, frustra pro viro barbam alens.
Jam igitur nos quatuor probe potabamus,
Et Larissæus Lycum meum iterum decantabat,
Thessalicam cantilenam, improbum ingenium: Cynisca autem

Flebat subito vehementius, quam apud matrem
Puella sex annorum, gremium appetens.
Tum ego, quem nosti tu, Thyoniche, pugnum ei in os
Impegi, et iterum: atque illa attractis vestibus
Foras abiit ocius. Mea pestis, non tibi placeo?
Alius tibi dulcior in gremio? alium age
Fove amicum: illi tuæ lacrimæ pro pomis fluunt.
Alimentum quemadmodum pullis sub tecto hirundo
Retro volat cito aliud àliudque collectura:
Celerior illa e molli culcitra cucurrit
Recta per vestibulum et fores extimas, qua pedes ducebant.
In proverbio quidem est, abiit et taurus in silvam.
Viginti hi sunt dies, octo hi, novem hi, decem alii,
Hodie undecimus est, adde duos, et duo menses sunt,
Ex quo disjuncti sumus, neque Thracico more tonsus sum.
Illi nunc Lycus omnia est, Lyco et nocte patet:
Nos autem nullo neque respectu neque numero digni habemur,
Infelices Megarenses, conditione contemtissima.
Et si amorem exuere possem, omnia recte cederent:
Nunc autem aliquando, ut mus (aiunt), Thyoniche, gustavimus picem.
Quodque remedium sit invicti amoris,
Non scio: nisi Simus, qui Epichalci filiam amabat,
Quum navigasset, sanus rediit, meus æqualis.
Navigabo et ego per mare: neque pessimus ero,
Neque forsitan primus, sed unus ex multis miles.
THY. Utinam tibi ex animo succedant, quæ cupis,
Æschines! si igitur sic tibi placet, ut peregre abeas,
Stipendia præbet Ptolemæus homini libero ut vir optimus.
ÆS. Cetera autem qualis est? THY. Homini libero quicunque optimus,
Benignus, Musarum amicus, amabilis, ad summum suavis:
Qui novit amantem, non amantem etiam magis:
Multis multa largiens: rogatus non abnuens,
Ut decet regem: rogare autem non oportet omni de re,
Æschines. Quare, si tibi placet in dextro humero
Sagulum summum fibula constringere, et in utroque pede consistens
Audebis irruentem hostem ferocem scutatum subsistere,
Quam primum in Ægyptum. A temporibus omnes
Senescimus, et deinceps in genam serpit
Ætas canos reddens: gerere aliquid oportet, dum genua virent.

SYRACUSIÆ

SIVE

ADONIDIS FESTUM CELEBRANTES.

IDYLLION XV.

GORGO, PRAXINOA, ANUS, HOSPES
[ALTER HOSPES, CANTRIX].

Gor. Intusne est Praxinoa? Prax. Gorgo cara, quam sero! Intus.
Mirum quod et nunc ades. vide sellam, Eunoa, dominæ.
Injice etiam pulvinum. Gor. Benigne. Prax. Conside.
Gor. O infractum animum! Vix vobis salva evasi,
Praxinoa, per magnam turbam multasque quadrigas.
Ubique sunt crepidæ, ubique chlamydati viri.
Via est laboriosa, tuque remotius a me habitas.
Prax. Propterea delirus ille in extrema terræ profectus emit
Serpentis latibulum, non habitationem, ut ne vicinæ essemus
Inter nos, ægre mihi faciens, invidum semper scelus.
Gor. Noli dicere de marito tuo Dinone, o cara, talia,
Parvulo præsente. vide, carissima, ut adspicit te.
Prax. Bono animo es, Zopyrio, mellite puer: non dico de pappa.
Gor. Sentit puer, per venerandam (Proserpinam): bellus pappas.
Prax. Pappas quidem ille nuper (vocamus nuper scilicet
Omnia) nitrum et fucum ex taberna emens
Rediit salem nobis afferens, homo tredecim cubitorum.
Gor. Et meus ejus geminus, pecuniæ pernicies, Dioclides.
Septem drachmis, pilos caninos, veterum vellumina perarum,
Quinque vellera emit heri, meras sordes, laborem super laborem.
Verum age, pallium et tunicam fibulatam sume.
Imus ad aulam regis divitis Ptolemæi,
Spectaturæ Adonidem: audio rem pulcram
Ornare reginam. Prax. In opulenti ædibus opulenta omnia.
Quæ vidisti, horum aliquid narrare potes tu quæ vidisti, ei qui non vidit.

Gor. Eundi tempus fuerit: otiosis semper feriæ.
Prax. Eunoa, tolle mantele, et in medium, tu perdite delicata
Pone. Rursus feles molliter cubare cupiunt.
Age, move te, fer ocius aquam: aqua prius opus est.
En ut mantele fert: cedo tamen: ne multum, o profusa,
Infunde aquæ: infelix, quid mihi tunicam commadefacis?
Desine. Sicut diis visum est, ita lota sum.
Clavis magnæ cistæ ubi est? huc eam affer.
Gor. Praxinoa, valde te sinuosa vestis fibulata
Hæc decet. Dic mihi, quanto constitit tibi detexta?
Prax. Noli de hac re meminisse, Gorgo: plus quam duabus minis argenti puri:
Operique vel animam impendi.
Gor. At ex sententia tibi successit. Prax. Sane, pulcra est: recte dixisti.
Pallium affer mihi et umbellam. Decenter
Circumda. Non te mecum abducam, fili: mormo, mordet equus.
Lacrymare quantum vis: claudum fieri te non oportet.
Eamus. Phrygia, tu parvulum assume et lude cum eo,
Canem intro voca, portam aulæ claude.
O dii, quanta turba! quomodo et quando superare
Licebit hoc malum? ut formicæ innumeræ et immensæ.
Multa a te, o Ptolemæe, facinora præclara facta sunt.
Ex quo in deos immortales relatus est pater, nemo maleficus
Lædit viatorem aggrediens more Ægyptio:
Quemadmodum ex fallaciis conflati homines ludebant,
Inter se similes malis lusibus, omnes nequam.
Dulcissima Gorgo, quid fiet de nobis? bellatores
Equi regis. Amice, ne me conculces.
Ereetus constitit hic rufus. En quam sævus! Impudens
Eunoa, non fugies? Perimet ductorem.
O bene factum, quod filiolus a me domi relictus est!
Gor. Bono animo es, Praxinoa: jam pone eos sumus:
In suum locum recesserunt. Prax. Et ipsa jam me colligo.
Equum et frigidum anguem maxime metuo
A pueritia. Festinemus: quanta turba nobis affluit!
Gor. Ex aula, mater? An. Ego, filiæ. Gor. Age, an intrare
Facile est? An. Trojam tentando venerunt Achæi.
Pulcerrimæ filiarum, tentando sane omnia perficiuntur.
Gor. Oracula abiit anus effata.
Prax. Omnia mulieres norunt, etiam quomodo Jupiter Junonem duxerit.
Gor. Vide, Praxinoa, circa portam quanta turba.
Prax. Immensa. Gorgo, porrige manum mihi: prehende et tu,
Eunoa, Eutychidem: attende ad eam, ne tu aberres.

Omnes simul intremus: firmiter adhæreto, Eunoa, nobis.
O me miseram, pallium mihi jam
Scissum est, Gorgo. Per Jovem, utinam sis
Felix, homo, cave pallio meo.
Hos. Non penes me est: tamen cavebo. Prax. Conferta turba:
Trudunt ut sues. Hos. Bono animo es, mulier: salvi sumus.
Prax. Et in sequentem annum et in posterum, amice virorum, salvus sis,
Qui nos cures. O virum probum et misericordem.
Premitur nobis Eunoa: age, o misera, tu vi perrumpe.
Optime: intus omnes, qui sponsam inclusit, ait.
Gor. Praxinoa, accede huc: hæc varia texta primum specta,
Quam tenuia et venusta: dearum opera dixeris.
Prax. Veneranda Minerva, quales lanificæ illa elaborarunt!
Quales pictores tam exactas picturas designarunt!
Quam vere adstant, et quam vere moventur!
Animata sunt, non texta. docta res homo.
Ipse vero quam admirandus in argenteo jacet
Toro, primam lanuginem a temporibus spargens,
Ter amatus Adonis, qui etiam apud inferos amatur.
Hos. Desinite, o miseræ, inutiliter garrire,
Ut turtures: enecabunt omnia patulo ore.
Gor. Per tellurem, unde tu homo? et quid ad te, si garrulæ sumus?
Quarum dominus es, iis impera: Syracusiis imperas?
Ut autem scias et hoc, Corinthiæ sumus ab origine,
Ut etiam Bellerophon: Peloponnesiace loquimur:
Et dorissare licet, puto, Doriensibus.
Prax. Ne oriatur, o dulcis Proserpina, qui nobis imperet,
Præter unum: non curo: ne mihi vacuam chœnicem abraseris.
Gor. Tace, Praxinoa: cantatura est Adonidem
Argivæ filia docta cantrix,
Quæ etiam Sperchin lugubre carmen optime cecinit.
Cantabit (probe scio) pulcrum quiddam: jam se accingit.
Can. Domina, quæ Golgos et Idalium amasti,
Sublimemque Erycem, auro ludens Venus,
Qualem tibi Adonidem ex perenni Acheronte
Mense duodecimo mollipedes Horæ reduxerunt,
Tardissimæ deæ, Horæ caræ, tamen exoptatæ
Veniunt, omnibus hominibus semper aliquid ferentes:
Cypria Dionæa, tu immortalem ex mortali,
Hominum ut fama est, fecisti Berenicen,
Ambrosia in pectus mulieris destillata:

Quare tibi gratificans, o multis nominibus et delubris celebrata,
Berenices filia, Helenæ similis,
Arsinoa omnibus decoribus ornat Adonidem.
Juxta eum posita sunt matura quæcunque ferunt arbores,
Juxta molles horti, inclusi calathis
Argenteis, et aurea alabastra Syrii unguenti plena:
Et placentarum quicquid mulieres in sartagine parant,
Flores miscentes omnis generis cum alba farina:
Quicquid ex dulci melle et in liquido oleo,
Omnes illi bestiæ volatiles et quadrupedes adsunt.
Viridia umbracula, molli umbrosa anetho,
Constructa sunt, puerique Amores supervolitant,
Quales lusciniæ pulli sedentes in arboribus
Volitant, alarum periculum facientes, ex ramo in ramum.
O ebenum, o aurum, o ex candido ebore
Aquilæ, pocillatorem Jovi Saturnidæ puerum ferentes.
Purpurei tapetes superne, molliores somno:
Miletus dicet, quique incolit Samum:
Stratus est lectus Adonidi pulcro alter:
Alterum Cypria tenet, alterum roseus Adonis,
Decem et octo, aut decem et novem annorum sponsus.
Non pungit osculum: labra ei adhuc circum flava sunt.
Nunc Cypria virum suum tenens lætetur.
Sub auroram nos eum cum rore frequentes foras
Efferemus ad fluctus in litore spumantes:
Solutisque crinibus, sinuque ad talos demisso
Pectoribus apertis sonorum carmen incipiemus:
Commeas, o care Adoni, et huc et ad inferos
Ex heroibus, ut dicunt, solus: neque Agamemnoni
Hoc contigit, neque Ajaci magno, graviter furenti heroi,
Neque Hectori honoratissimo viginti liberorum Hecubæ,
Non Patroclo, non Pyrrho a Troja reverso,
Neque Lapithis et Deucalionibus, qui priores etiam fuerunt,
Non Pelopidis et Argorum origini, Pelasgis.
Sis jam propitius, care Adoni, et in futurum annum læto animo sis.
Et nunc amicus venisti, Adoni, et quando redieris, amicus venies.
Gor. Praxinoa, quae res est doctior! Mulier
Beata est, quod tantum novit, beatissima, quod suaviter canit.
Tempus tamen est domum redeundi: nihildum gustavit Dioclides.
Estque vir merum acetum: esurientem ne adieris.
Vale, Adoni dilecte, et ad lætos redi.

CHARITES SIVE HIERON.

IDYLLION XVI.

Semper hoc Jovis filiabus curæ est, semper vatibus,
Celebrare deos immortales, celebrare præstantium laudes virorum.
Musæ quidem deæ sunt, deos deæ canunt:
Nos autem mortales hic sumus, mortales mortales canamus.
Quisnam eorum quotquot sub glauca aurora habitant,
Nostras Gratias foribus apertis recipiet domo
Amanter, neque rursus indonatas remittet?
Illæ autem indignantes nudis pedibus domum redeunt,
Multum me incusantes, quando frustra viam confecere;
Timidæque rursus in fundo vacui loculi
In frigidis genubus capite deposito manent,
Ubi arida earum est sedes, quando re imperfecta redierunt.
Quis horum hominum talis est? quis bene dicentem amabit?
Nescio: non enim amplius homines propter præstantia facta, ut ante,
Laudari cupiunt: sed lucro victi sunt.
Quilibet enim sub sinu manum tenens circumspectat, unde augeatur
Argentum; neque detersam æruginem cuiquam dederit;
Sed statim dicit: remotius quam tibia est genu.
Ipsi mihi aliquid sit! Dii honorant poetas:
Et quis alium audiat? Satis est omnibus Homerus:
Hic poetarum est optimus, qui nihil a me auferet.
Insani, quid prodest immensum domi aurum
Reconditum? Non hic divitiarum usus est sapientibus:
Sed partim dare decet genio, partim etiam alicui poetarum:
Multisque affinibus bene facere, multis etiam aliis
Hominibus: ac semper diis sacra facere:
Neque malignum esse hospitem, sed mensa
Benigne exceptum alterum dimittere, quum vult redire:
Musarum autem maxime honorare sacros interpretes:
Ut etiam in orco occultatus bene audias,
Neque inglorius lugeas apud frigidum Acherontem,
Ut aliquis, qui a ligone intus manus callo duras habet,
Pauper, a majoribus acceptam paupertatem deplorans.
Multi in Antiochi domo et regis Aleuæ
Demensum menstruum acceperunt Penestæ:
Multi Scopadis ad stabula acti

Vituli cum cornutis bobus mugierunt:
Innumeras per campos Cranonios sub umbras agebant
Pastores eximias oves hospitalibus Creondis:
Sed nulla iis inde foret voluptas, postquam dulcem evacuarunt
Animam in latam cymbam tristis Acherontis:
Non memorati, relictis multis illis opibus,
Inter miseros mortuos per longa sæcula jacerent,
Nisi magnus vates Ceius, docto ore canens
Ad barbitum multis fidibus contentam, claros reddidisset
Inter minores. Honorem etiam celeres equi sortiti sunt,
Qui iis ex sacris certaminibus coronati redierunt.
Quis unquam principes Lyciorum, quis comatos
Priamidas, aut Cycnum colore muliebri nosset,
Nisi bella priorum cecinissent poetæ?
Neque Ulysses, qui centum et viginti menses vagatus est
Omnes per homines, et ad extremum orcum pervenit
Vivus, et ex antro sævi Cyclopis evasit,
Diuturnam famam obtinuisset: silentio obrutus esset subulcus
Eumæus, et Philœtius bobus armentalibus
Operam dans, ipseque magnanimus Laertes,
Nisi eos juvissent Ionici vatis carmina.
A Musis illustris fama venit hominibus:
Pecuniam autem mortuorum consumunt viventes.
At enim similis est labor, in litore fluctus numerare,
Quot ventus ad terram cum cæruleo mari pellit,
Aut unda cærulea lavare impurum laterem,
Atque hominem avaritia oppressum flectere:
Valeat quisquis talis est: innumerum ei sit
Argentum, semperque plus habendi amore teneatur.
Verum ego honorem et hominum caritatem
Multis mulis et equis præferam.
Quæro autem cui mortalium gratus veniam
Cum Musis: difficiles enim sunt viæ vatibus
Absque filiabus Jovis magni consilii auctoris.
Nondum menses ducere defecit cœlum, neque annos:
Multi movebunt adhuc rotam currus equi.
Exorietur ille, qui me indigebit præcone,
Post gestas res quantas vel magnus Achilles, vel gravis Ajax gessit
In campo Simoentis, ubi sepulcrum est Phrygis Ili.
Jam nunc Phœnices, sub sole occiduo
Habitantes extremam calcem Libyæ, horruerunt:
Jam gestant Syracusii medias hastas,
Et brachia onusta habent salignis scutis:
Interque eos Hiero, prioribus par heroibus,
Armatur, et equinæ jubæ galeam inumbrant.
Utinam, Jupiter, auguste pater, et veneranda Minerva,

Tuque Proserpina, quæ cum matre divitum Ephyrensium
Sortita es magnam urbem ad undas Lysimeliæ,
Hostes ex insula mala ejiciat necessitas
Sardonium per mare, amicorum fatum nunciaturos
Liberis et uxoribus, numerabiles ex multis:
Et oppida a prioribus civibus rursus habitentur,
Quotquot hostium manus funditus everterunt:
Agrosque colant virentes: atque innumera
Ovium millia, herbis saginata,
Per campos balent: et boum greges ad stabula
Redeuntium nocturnum viatorem urgeant:
Novalia offringantur ad sementem, quando cicada,
Pastores sub dio observans, in arboribus
Resonat in summis ramis: telas super arma araneæ
Tenues expandant, bellique jam nec nomen audiatur.
Excelsam Hieroni gloriam ferant poetæ
Et ultra Scythicum pontum, et ubi lata mœnia
Bitumine quæ conglutinavit, Semiramis regnabat.
Unus ego sum, verum et alios multos Jovis amant
Filiæ, quibus omnibus curæ est Siculam Arethusam
Celebrare cum populis, et bellicosum Hieronem.
O Eteocleæ sorores deæ, quae Minyeum
Orchomenum amatis, invisum olim Thebis,
Non vocatus ego quidem manebo: at in ædes vocantium
Confidenti animo cum Musis nostris veniam,
Nec vos relinquam: quid enim amabile hominibus potest esse
Sine Gratiis? Utinam semper cum Gratiis verser!

LAUDATIO PTOLEMÆI.

IDYLLION XVII.

A Jove principium faciamus, et in Jovem desinite Musæ,
Immortalium deorum optimum quum celebramus carmine:
Hominum contra Ptolemæus in primis dicitor,
Et postremus, et medius: hic enim præstantissimus est hominum.
Heroes, qui ante ex semideis nati sunt,
Rebus magnis gestis, doctos laudum præcones nacti sunt:
Verum ego Ptolemæum, bene dicendi peritus,
Carmine celebrabo: carmina autem etiam immortalium ipsorum honor sunt.
Idam in nemorosam lignator quum venit,
Circumspicit, quum affatim materiæ adsit, unde incipiat opus.
Quid primum recensebo? nam adsunt innumera dicenda,
Quibus dii optimum condecoraverunt regum.
A parentibus qualis erat ad magnum opus perficiendum
Lagides Ptolemæus, quoties animo conceperat
Consilium, quod non alius excogitare poterat!
Illum etiam diis beatis pater æqualem honore fecit
Immortalibus, cubiculumque ei aureum in Jovis domo
Exstructum est: et juxta eum Alexander amicus
Sedem habet, qui Persis variegatis mitris conspicuis gravis deus extitit:
Contraque eum sedes Herculis centauricidæ
Posita est, ex firmo adamante facta:
Ubi cum aliis cœlicolis convivia agitat,
Gaudens eximie nepotum nepotibus,
Quod eorum membris Jupiter exemit senectam,
Et immortales vocantur, sua stirpe prognati.
Ambobus enim iis generis auctor est fortis Heraclides,
Et ambo genus referunt ad ultimum Herculem.
Quare quum Hercules ex epulo redit satiatus jam
Nectare odorato ad thalamum caræ conjugis,
Alteri arcum tradit et, quæ sub axilla geritur, pharetram;
Alteri ferratam clavam, signatam nodis:
Atque hi in ambrosium thalamum candidos talos habentis Hebes
Arma ferunt ipsumque ducunt progenitorem suum Jovis filium.

Qualis vero inter prudentes inclyta Berenice
Excellebat feminas, magna voluptas parentibus!
Cui Cyprum tenens Diones veneranda filia
Gremium in odoratum graciles manus immissas detersit.
Itaque nullam dum mulierem viro tantum placuisse aiunt,
Quantum Ptolemæus suam amavit conjugem.
Atque profecto redamabatur multo magis. Sic liberis
Confidens suis committere poterat domum totam,
Quum amans amantis in torum adscenderet.
Impiæ vero mulieris animus semper est in viro alieno:
Faciles quidem sunt partus, sed liberi neutiquam patri similes.
Forma præ ceteris deabus excellens, veneranda Venus,
Tibi illa curæ erat, et per te Berenice
Formosa Acherontem luctuosum non trajecit:
Sed tu eam abreptam, prius quam ad fluvium devenisset
Nigrum, et tristem semper portitorem defunctorum,
In templo collocasti, propriique honoris participem fecisti.
Omnibus illa propitia mortalibus molles amores
Adspirat, levesque reddit amanti curas.
Argiva nigris superciliis insignis, tu homicidam Diomedem,
Mixta Tydeo, peperisti, Calydonium virum:
Sed Thetis profundos sinus habens jaculo celerem Achillem
Æacidæ Peleo: te autem, bellicose Ptolemæe,
Bellicoso Ptolemæo eximia Berenice.
Atque te Cos nutriebat, infantem recens natum
Acceptum a matre, ubi primam vidisti auroram.
Ibi enim Lucinam invocavit, quæ parturientes liberat,
Antigones filia gravata doloribus partus:
Quae ei benevola aderat, perque omnia
Membra indolentiam defundebat: sic patri similis
Puer amabilis natus est. Quem Cos conspicata jubilavit,
Dixitque contingens puerum manibus caris:
"Beatus sis, puer, et me tanto honore afficias, quanto
Delum affecit cæruleo redimiculo ornatam Phœbus Apollo:
Et eodem honore condecores collem Triopis,
Parem Doriensibus vicinis tribuens honorem,
Quantum et Rhenæam rex Apollo coluit."
Sic insula dixit, atque ex alto insonuit voce
Ter sub nubibus Jovis propitia avis aquila.
Jovis hoc scilicet signum. Jovi Saturnio curæ sunt
Venerandi reges: is autem excellit, quem dilexerit
Jam primum nascentem, multaque eum felicitas comitatur.
Multam quidem tenet terram, multumque mare.
Mille regiones et mille hominum gentes
Arva colunt fecundata Jovis imbre:
Sed nulla regio tam multa gignit, quam humilis Ægyptus,
Quum Nilus exundans humidas glebas comminuit.

Neque ulla tam multas urbes hominum solertium continet.
Tres enim ibi urbium centuriæ exstructæ sunt,
Triaque millia super triginta millia,
Duo terniones, et præter hos ter novem:
Quorum omnium Ptolemæus magnanimus rex est.
Et vero Phœniciæ partem possidet, Arabiæque,
Et Syriæ, Libyæque, nigrorumque Æthiopum:
Pamphyliisque omnibus et bellicosis Cilicibus
Imperat, Lyciisque et pugnacibus Caribus,
Et insulis Cycladibus: nam ei naves optimæ
Per pontum eunt, mareque totum et terra
Et fluvii resonantes Ptolemæi imperio subjecti sunt.
Multi etiam equites, multique milites scutati,
Ære fulgenti instructi ei strepunt.
Opulentia quidem omnes superat reges:
Tantum in dies opum in divitem domum congeritur
Undecunque. Populi autem opus suum curant tranquilli.
Nullus enim hostilis, cetis abundante Nilo superato,
Exercitus in alienis vicis tumultum bellicum ciet:
Neque quisquam in litus ex navibus velocibus exilit
Armatus in boves Ægyptias hostis.
Talis vir latis in campis sedem fixit
Flavicomus Ptolemæus, bonus hastam vibrare:
Cui omnino curæ est, paterna omnia tueri,
Ut bono regi; alia acquirit ipse.
Non tamen inutile est in domo opima aurum,
Ceu formicarum semper laborantium opes construuntur:
Sed multum inde habent inclyta deorum delubra,
Semper primitias eo solvente cum aliis donis:
Multum fortibus dat regibus,
Multum civitatibus, multum bonis amicis;
Neque quisquam sacris Bacchi certaminibus
Prodiit, sciens dulcem cantum modulari,
Cui non dignum arte præmium dederit.
Unde Musarum interpretes canunt Ptolemæum
Pro beneficio. Et quid præclarius homini contingere possit
Diviti, quam ut gloriam illustrem inter homines consequatur?
Hoc et Atridis manet; illæ autem infinitæ opes,
Quas capta magna Priami domo acquisiverunt,
Caligine mersæ alicubi jacent, unde reditus non patet.
Solus hic priorum adhuc calida parentum in pulvere,
Decurrens super, pedum exprimit vestigia.
Matri caræ et patri odorata posuit templa:
Inque iis ipsos ex auro insignes et ebore
Statuit, omnibus mortalibus auxiliatores.
Multa pinguia boum femora hic incendit
Mensibus volvendis in aris sanguine imbutis,
Et ipse et generosa conjux: qua nulla præstantior
Sponsum domi mulier ulnis amplectitur,

Ex animo diligens fratremque maritumque.
Sic etiam deorum sacræ nuptiæ perfectæ sunt,
Quos peperit regina Rhea reges Olympi:
Unumque lectum sternit, cui indormiant, Jovi et Junoni
Manibus unguento nitidis adhuc virgo Iris.
Salve rex Ptolemæe: te ego pariter atque alios
Memorabo heroas: atque, ut opinor, verbum non aspernandum
Dicam posteris: virtutem quidem a Jove habebis.

HELENÆ EPITHALAMION.

IDYLLION XVIII.

Spartæ olim, apud flavum Menelaum,
Virgines virentem hyacinthum comis gerentes,
Ante recens pictum thalamum chorum duxerunt,
Duodecim primariæ urbis, magnum decus Lacænarum,
Quum Tyndarei filiam amabilem inclusisset
Sponsam Helenam minor Atrei filius.
Concinebant igitur omnes una carmen plaudentes
Pedibus implicitis, circumque resonuit domus hymenæo.
Tam mature obdormivisti, o care sponse?
An tibi, amice, prægravia sunt membra? an somniculosus es?
An multum bibebas, quod in lectum conjiciebaris?
Dormire si tempestive cupiebas, te solum oportebat,
Puellam autem sinere cum puellis apud caram matrem
Ludere ad altum diluculum: nam et perendie et cras
Et in annum ex anno, Menelae, tua hæc sponsa est.
Beate sponse, bonus tibi quispiam adsternutavit proficiscenti
Spartam, quo et alii principes venerant, ut voto potireris.
Solus ex semideis Jovem Saturnium socerum habebis.
Jovis filia unum tecum stragulum subiit,
Qualis nulla mulierum Græcarum solum calcat.
En, præclaram sobolem tibi pariet, si matri similem pareret.
Nos enim omnes æquales, quæ cursu eodem
Oleo perunctæ virorum more ad Eurotæ fluenta exercemur,
Quater sexaginta puellæ, muliebris juventa:
Harum nulla vitio caret, quando cum Helena confertur.
Aurora exoriens sicut pulcrum ostendit os
Contra noctem, vel nitidum ver hieme soluta:
Sic etiam aurea Helena elucebat inter nos.
Procera sicut emicat decus pingui arvo
Aut horto cupressus, aut currui Thessalus equus:
Sic etiam rosae Helena Lacedæmoni est decus.
Non ulla in quasillo conglomerat opera talia,
Neque in jugo artificioso densiorem telam
Radio contextam a longis pedibus abscindit.
Neque sane ulla sic citharam scit pulsare,

Dianam canens et Minervam lato pectore,
Ut Helena, cujus in oculis omnes Amores insunt.
O pulcra, o venusta puella, tu jam matrona es:
Nos autem ad cursum mane et pratenses flores
Ibimus, serta decerpturæ suaviter redolentia,
Tui, o Helena, memores, ut lactentes
Agnæ matris ubera desiderantes.
Primæ tibi coronam ex humili loto
Nexam suspendemus de umbrosa platano:
Et primæ tibi ex argentea pyxide liquidum oleum
Sumtum stillabimus sub umbrosam platanum:
Carmenque in cortice scribetur, ut prætereuntes
Legant, Dorice: *Venerare me, Helenæ arbor sum.*
Salve, o sponsa, salve, socero felix gener.
Latona det, Latona juventutis nutrix, vobis
Largam sobolem: Venus, diva Venus, ut pariter vos amore
Amplectamini: Jupiter, Saturnius Jupiter, firmas divitias,
Ut a nobilibus ad nobiles rursus perveniant.
Dormite in pectus mutuo amorem inspirantes
Et desiderium: et expergisci sub auroram ne obliviscamini.
Redibimus et nos sub diluculum, ubi primus cantor
E cubili insonuerit sublata pulcre cristata cervice.
Hymen, o Hymenæe, his nuptiis gaudeas.

FAVORUM FUR.

IDYLLION XIX.

Furem quondam Amorem mala pupugit apicula,
Favos ex alvearibus auferentem, et extremos manuum
Digitos omnes confixit. At ille dolebat, manusque sufflabat,
Et terram pulsavit, et exiliit: atque Veneri
Ostendit dolorem, et querebatur, quod tantula
Bestiola esset apis, et quanta vulnera facit!
Tum mater ridens: Quid? nonne similis es apibus?
Qui tantulus quum sis, quanta vulnera facis!

BUBULCUS.

IDYLLION XX.

Eunica me derisit volentem ipsam suaviter osculari,
Et convicians mihi hæc dixit: Abi in malam rem.
Bubulcus quum sis, vis me osculari, miser? non didici
Rusticos osculari, sed urbana labra premere.
Ne tu mihi pulcrum os osculatus fueris, ne per somnium quidem.
Quali vultu es! quomodo loqueris! quam rustice jocaris!
Quam delicate loqueris! quam blanda verba profers!
Quam mollem barbam habes! quam nitidam cæsariem!
Labra tibi pallent, manusque sunt nigræ,
Et male oles. Facesse hinc, ne me contamines.
Hæc dicens ter in suum despuit sinum,
Et me a capite ad pedes continuo adspexit,
Labris subsannans, oculisque oblique tuens:
Atque multum propter formam deliciabatur, oreque diducto
Et superbe me derisit. Mihi statim ferbuit sanguis,
Et ore traxi ruborem a dolore, sicut rosa a rore.
Tum illa quidem me relicto abiit; geroque sub pectore iram,
Quod me venustum turpis meretricula irrisit.
Pastores, verum mihi dicite: non pulcer sum?
Num quis subito me deus alium hominem fecit?
Etenim me ante ornabat gratus quidam decor,
Sicut hedera stipitem amplexa, meamque vestiebat genam:
Capilli autem, velut apium, circa tempora fusi erant:
Et frons candida splendebat super nigra supercilia:
Oculi mihi erant multo magis cæsii, quam Minervæ:
Os quoque lacte concreto dulcius: et ex ore
Fluebat mihi vox dulcior, quam favi.
Dulce meum est carmen, sive fistula modulor,
Sive tibia cano, sive arundine, seu obliqua tibia.
Et omnes me pulcrum vocant in montibus puellæ,
Et omnes me osculantur: urbana vero me non osculata est,
Verum, quod bubulcus sum, præteriit; nec unquam audivit,
Formosum Bacchum in vallibus vitulas pavisse:
Neque cognovit, Venerem bubulci amore insaniisse,
Et Phrygiis in montibus pascentem gregem servasse, ipsumque Adonidem

In saltibus osculatum esse, et in saltibus deploravisse.
Endymion autem quis erat? non bubulcus? quem quidem Luna
Boves pascentem osculata est, deque cœlo delapsa
Latmium in nemus venit, et una cum puero dormivit.
Etiam tu, Rhea, defles bubulcum: nonne et tu,
O Saturnie, propter puerum boum pastorem ales vagatus es?
Eunica vero sola bubulcum non osculata est,
Cybele melior, et Venere, et Luna.
Ne amplius et tu, Venus, amasium neque in urbe
Neque in monte osculeris, et sola noctu dormias.

PISCATORES.

IDYLLION XXI.

ASPHALION ET SODALIS.

PAUPERTAS, o Diophante, sola excitat artes:
Sola laboris magistra est: nam ne dormire quidem
Homines operarios malæ curæ sinunt.
Quumque paulum nocte quis carpsit somnum,
Subito turbant instantes curæ.
  Piscium venatores una duo cubabant senes
In strato fuco arido sub textili tugurio
Ad parietem foliaceum, et prope eos
Posita erant manuum instrumenta, calathisci,
Arundines, hami, escæ fuco circumvolutæ,
Funiculi, nassæ, et juncei labyrinthi,
Fila, pellis, et vetusta super phalangas cymba,
Sub capite storea brevis, vestes, pilei.
Hic erat piscatorum omnis labor, hæ divitiæ.
Neuter ollam habebat, neque modiolum: hæc omnia superflua
Iis videbantur: venationis eorum amica paupertas erat.
Nullus aderat vicinus, et undique ad ipsam
Angustam casulam leniter adnatabat mare.
Nondum medium cursum confecerat currus Lunæ,
Quum piscatores excitabat amicus labor: et e palpebris
Somno excusso hoc animis suis meditabantur carmen.
  ASPH. Mentiebantur, amice, omnes, qui noctes dicebant
Æstate breves esse, quando dies longos fert Jupiter.
Jam innumera vidi somnia, necdum lucet.
Num quid falsus sum? quid hoc rei? moramne noctes trahunt?
  SOD. Asphalion, accusas pulcram æstatem? non enim tempus
Sponte transgreditur suum cursum: sed somnum
Cura excutiens longam tibi noctem efficit.
  ASPH. Num quid didicisti interpretari somnia? nam bona vidi.
Nolo te visi mei esse expertem:
Ut piscium prædam, somnia omnia communia habe.
Non enim vinceris ingenio. Ille optimus
Est somniorum interpres, qui ingenii solertiam habet magistram.

Præterea etiam otium est. Quid enim facere quis possit
Jacens in foliis ad mare, neque dormiens,
Sine lychno in litore ? lychnus enim est in prytaneo :
Quod semper prædam habere ferunt. Sod. Dic mihi tandem noctis
Visum, et omnia dictis tuo aperi amico.
Asph. Vespere ut obdormivi in marinis laboribus,
(Non sane eram multo cibo repletus : siquidem justo tempore cœnantes,
Si meministi, ventrem parce habebamus :) videbam me ipsum
In rupe annitentem : sedensque observabam
Pisces, et ex arundine fallacem quatiebam escam.
Atque unus ex grandibus appetiit : (nam ut in somnis
Quilibet canis offam auguratur, sic ego piscem)
Et ille quidem hamo adhærescebat, et fluebat sanguis :
Arundinemque a motu curvatam tenebam.
Manibus intendens circa belluam inveni certamen,
Quomodo caperem magnum piscem exiguo ferro.
Tum eum de vulnere admonens, num me punges?
Et pungeris graviter: quumque non fugeret manum extendi.
Confecisse mihi visus sum certamen : attraxi aureum piscem,
Undique auro obductum. Metus autem me tenebat,
Ne forte Neptuno dilectus esset piscis,
Aut forte cæruleæ deliciæ Amphitrites.
Placide eum ego hamo exsolvi,
Ne forte hamus auri quid ex ore retineret.
Tum illum funiculis subtraxi in terram :
Ac juravi, me posthac nunquam in mari pedem esse positurum,
Sed in terra mansurum et auro imperaturum.
Atque hæc me excitarunt : at tu, amice, jam intende
Mentem ; jusjurandum enim ego, quod juravi, timeo.
Sod. Et tu noli timere : non jurasti : neque enim piscem
Aureum ut vidisti, invenisti : similia sunt mendaciis visa.
Sin autem vigilans, non dormiens, tu in istis partibus investigabis
Spem somniorum, quære carneum piscem,
Ne tu moriaris fame, licet in aureis somniis.

GEMINI.

IDYLLION XXII.

CANTU celebramus Jovis ægiochi Ledæque filios,
Castorem et terribilem in pugilatu Pollucem,
Quum manus innexuit medias bubulis loris.
Celebramus bisque terque masculos liberos
Filiæ Thestii, Lacedæmonios geminos fratres,
Hominum servatores in acie novaculæ jam versantium,
Equorumque turbatorum in cruento hominum tumultu,
Naviumque, quæ occidentibus et cœlo orientibus astris reluctantes
In gravia inciderunt ventorum flamina.
Hi a puppi earum sublato magno fluctu,
Vel etiam a prora, vel qua cuilibet impetus est,
In alveum irruerunt, fregeruntque latus
Utrumque: pendent cum velo rudentes omnes,
Temere disrupti: plurimus cœlitus imber,
Nocte ingruente: murmuratque latum mare,
Pulsatum flatibus indomitaque grandine.
Attamen vos vel ex profundo retrahitis naves
Cum ipsis nautis, jam jam morituros se esse putantibus.
Subito desinunt venti, et nitida serenitas fulget
Per mare: nubila diffugere alia alio:
Rursusque apparent ursæ, asellosque inter medios obscurum
Præsepe, significans omnia ad navigandum constare cœlo sereno.
O vos ambo mortalibus auxiliatores, o amici ambo,
Equites, citharistæ, pugnatores, cantores.
A Castore an a Polluce primo incipiam canere?
Utrumque celebrans, Pollucem primum cantabo.
Navis quidem quum effugisset petras in unum concurrentes
Argo, et nivosi perniciosum os Ponti,
Ad Bebrycas pervenit, deorum caros liberos vehens.
Ibi per scalam unam multi ex utroque
Pariete viri descendebant de nave Jasonia.
Egressique in littus profundum et tranquillam oram
Toros sternebant, lignaque ignis excitandi causa manibus terebant.
Castor autem velox equo, et fuscus Pollux,

Ambo in solitudine vagabantur, deerrantes a sociis.
Copiosam et horridam in monte spectantes silvam,
Invenerunt perennem fontem sub glabra rupe
Aqua plenum liquida: atque subtus
Lapilli crystallo argentove similes refulgebant
E fundo: sublimes prope natæ erant tædæ,
Populique, platanique, et frondosæ cupressi,
Floresque odoriferi, hirtis grata opera apiculis,
Quotquot vere vergente prodeunt in pratis.
Ibi vir immanis sedem habens sub dio manebat,
Sævus adspectu, duris fractas aures habens cæstibus:
Pectora eminebant in globum conformata, et latum dorsum
Carne ferrea, malleis fabricati instar colossi.
Musculi in validis brachiis summo sub humero
Exstabant, ceu saxa rotunda, quæ volvens
Torrens magnis circumcirca polivit gurgitibus:
At per dorsum et collum pendebat
Pellis leonis ab extremis connexa pedibus.
Eum prior alloquitur præmiis ornatus Pollux.

POL. Salvus sis, amice, quicunque es. quinam sunt homines, quorum hæc est regio?

AM. Quomodo salvus sim, quando homines video, quos nunquam vidi?

POL. Bono animo es: neque injustos, neque ex injustis natos videre te existima.

AM. Bono animo sum: neque ex te hoc me discere oportet.

POL. Ferox es, ad omnia iracundus et superbus.

AM. Talis qualem vides: tuam quidem terram non calco.

POL. Venias, et donis hospitalibus remuneratus domum redeas.

AM. Nec tu me hospitio excipe, et quæ a me accipias, non sunt in promtu.

POL. O bone, an ne de hac quidem aqua bibere tu concedes?

AM. Scies, si tibi sitis remissa labra arefaciet.

POL. Argentum, an qualis sit merces, dicesne, qua te conciliemus?

AM. Unus contra unum manus attollito, adversus viro consistens.

POL. Pugilatu decernens, an etiam pedibus feriens crus, oculisque rectis?

AM. Pugilice connitens, vestræ noli parcere arti.

POL. Quisnam ille, cum quo manus cæstusque meos confligam?

AM. Prope adest: non tu me vides? Amycus vocabitur pugil.

POL. An etiam præmium paratum, pro quo decertabimus ambo?

AM. Tuus ego, et tu meus vocaberis, si vicero.

POL. Avium rubram cristam habentium talia sunt prœlia.
AM. Sive igitur avibus similes, seu leonibus
Sumus, haud alio quidem deposito præmio certabimus.
Dixit Amycus, et cava concha sumta insonuit.
Tum celeriter, convenerunt sub umbrosas platanos,
Concha inflata, semper Bebryces comam alentes.
Similiter heroas abiit vocaturus omnes
Magnesia de navi præstans in pugna Castor.
Illi igitur quum voluminibus munivissent bubulis
Manus, et brachia longis intendissent loris,
In medium congrediebantur, cædem mutuam spirantes.
Ibi magnus iis nitentibus labor exstitit,
Uter a tergo haberet lucem solis.
Sed solertia magnum virum antevertisti, o Pollux:
Et feriebatur radiis solis totum Amyci os.
At ille animo iratus prorsus cedebat
Manibus ictum dirigens: sed ejus summum percussit mentum
Tyndarides irruentis. quo commotus est magis quam ante,
Pugnamque concitavit, et ingens incumbebat (in Pollucem), inclinans
Ad terram. Tum Bebryces acclamabant; ex altera autem parte
Heroes fortem Pollucem confirmabant,
Metuentes ne qua eum magno pondere irruens domaret
Loco in angusto Tityo similis vir.
Scilicet ille hinc inde instans Jovis filius
Ambabus manibus laniabat alternis, et impetu prohibebat
Filium Neptuni, quantumvis immanem.
Stabat is plagis ebrius, et exspuebat sanguinem
Puniceum: atque una omnes principes exclamaverunt,
Ut vulnera dira viderunt in ore et genis:
Oculique in tumido vultu arctiores facti erant.
Eum rex conturbavit, incassum manibus emicans
Undique: verum ubi jam confusum esse sensit,
Per medium nasum de supercilio impegit ictum,
Totamque avulsit frontem usque ad ossa. At ille ictus
Supinus in foliis virentibus extensus jacuit.
Hic pugna aspera iterum excitata est, quum se erexisset:
Mutuoque se perdebant duris cædentes cæstibus.
Sed ille in pectus manus jactabat et extra
Cervicem princeps Bebrycum; hic autem fœdis plagis
Totam faciem deturpabat invictus Pollux.
Caro ei sudore subsidebat, et e magno
Continuo parvus factus est vir: at ille semper majora membra
Laborem sustinens gerebat, et colore meliora.
Qui enim tandem Jovis filius voracem virum dejecerit,
Dic, dea: tu enim nosti: ego autem aliis interpres
Loquar quæ tu vis, et ut tibi gratum est.

Scilicet ille perficere cupiens magnum aliquod opus
Sinistra sinistram Pollucis apprehendit manum,
Oblique a statu declinans: altera autem adversarium petens,
Dextro a latere tulit latam manum:
Et assecutus læsisset Amyclæorum regem:
At hic subter elapsus est capite: tumque valida manu
Percussit eum sub lævum tempus, et humero incidit:
Quo effusus est statim ater sanguis ex hianti tempore:
Sinistraque icit os, et crebri increpuerunt dentes:
Semperque acriore ictuum ingeminatione lædebat faciem,
Dum contudit genas, et ille totus stratus humi
Jacebat exanimis, et porrigebat, pugnæ renuntians,
Ambas simul manus, quoniam morti proximus erat.
Huic quidem tu, victor licet, indignum nihil fecisti,
O pugil Pollux: juravitque tibi magnum jusjurandum,
Suum patrem Neptunum e mari vocans,
Se jam non amplius hospitibus volentem molestum fore.
Atque tu quidem, o rex, mihi celebratus es: te vero, Castor, canam,
Tyndarida, velox equo, acer bello, æreo thorace indute.
Raptas abducebant duo filii Jovis
Duas Leucippi filias: duo tum hosce
Cum impetu persequebantur fratres, filii Apharei,
Generi futuri, Lynceus et fortis Idas.
Verum ut ad tumulum pervenerunt mortui Apharei,
E curribus simul omnes contra se invicem ruerunt,
Hastis et cavis scutis gravati.
Lynceus autem dixit e galea alte clamans:
Miseri, quid pugnam appetitis? quomodo propter sponsas
Alienas molesti estis, strictique sunt in manibus enses?
Nobis sane Leucippus suas despondit filias
Hasce longe prius: nobis hæ nuptiæ juratæ sunt:
Vosque non ut decet, quum agatur de alienis toris,
Bobus et mulis alienisque opibus,
Viro mentem vertistis, et nuptias muneribus furati estis.
Scilicet sæpe vobis coram ambobus
Ipse ego hæc dixi, quamvis non verbosus sim:
Non sic, amici, principes decet
Ambire uxores, quibus sponsi jam sunt parati.
Magna sane est Sparta, magna equestris Elis,
Arcadiaque pecorosa, Achæorumque oppida,
Messene et Argos, totaque Sisyphis acta:
Ubi puellæ a parentibus suis educantur
Permultæ, neque formæ gratia destitutæ, neque ingenio.
Ex his facile vobis erit ducere, quascunque volueritis:
Nam bonis multi volent soceri esse:
Vos autem inter omnes heroes excellitis,
Et patres, et ab origine simul materna stirps.

Age, amici, has sinite perficere
Nos nuptias: vobis alias inveniemus omnes.
Dicebam talia multa, quæ in humidos fluctus
Flatus venti abstulit, neque gratia sequuta est dicta.
Vos enim immites estis et sævi. Sed etiam nunc
Obtemperate: ambo enim nobis fratres patrueles e patre estis.
Sin autem vobis animus bellum appetit, et sanguine oportet,
Certamine prorupto, odia dirimi,
Idas quidem et consanguineus suus fortis Pollux
Manus continebunt a pugna:
Nos autem, ego et Castor, Marte decertabimus,
Minores natu qui sumus: neque parentibus magnum luctum
Nostris reliquerimus: satis est funus una ex domo
Unum: verum ceteri amicos omnes lætitia afficient
Sponsi pro mortuis, ducentque virgines
Hasce. Parvo quidem malo par est magnum dissidium dirimere.
Dixit, dictaque deus non irrita facturus erat.
Illi enim in humum ab humeris arma deposuerunt,
Qui ætate anteibant: Lynceus autem in medium processit
Quatiens validam hastam sub scuti ora summa:
Pariter et Castor vibravit hastæ cuspidem
Fortis: et utrique cristæ in cono galeæ nutabant.
Hastas primum dirigentes laborabant
Alter in alterum, si qua corporis partem nudam viderent.
Sed cuspides, priusquam alterutrum læderent,
Hastarum fractæ sunt, diris scutis infixæ.
Tum ensibus e vagina extractis cædem rursus
Moliebantur sibi mutuo, neque pugnæ remissio erat.
Multum scutum latum et comantem galeam
Castor, multum percussit acer oculis Lynceus
Hujus scutum, sed tantum puniceam ad cristam gladii acies pervenit.
Huic quidem summam mutilavit manum in lævum genu
Acutum ensem ferenti cedens pede Castor
Lævo: is ictus abjecit ensem, statimque fuga
Contendit ad patris sepulcrum, ubi fortis Idas
Reclinatus spectabat pugnam domesticam virorum.
Sed irruens latum ensem adegit penitus
Tyndarides per ilia et umbilicum: intestina intus
Ferrum statim disjecit, et ille humi stratus jacebat
Lynceus, oculosque ejus gravis occupavit somnus.
Quid, quod ne alterum quidem in domo paterna vidit
Ex filiis Laocoosa gratas nuptias perficientem.
Nam ille columnam, ex Apharei exstantem
Sepulcro, defractam celeriter Messenius Idas
Conjecturus erat in fratris sui interfectorem:

Sed Jupiter opem tulit, manibusque ejus excussit fabrefactum
Marmor, ipsumque flammanti combussit fulmine.
Sic cum Tyndaridis pugnare non leve est:
Nam et ipsi sunt fortes, et ex forti nati.
Salvete, filii Ledæ, et nostris famam carminibus
Bonam semper mittite: cari enim sunt omnes poetæ
Tyndaridis, et Helenæ, et aliis heroibus,
Qui Trojam everterunt, auxilium ferentes Menelao.
Vobis gloriam, reges, peperit Chius vates,
Qui carmine celebravit Priami urbem, et naves Achæorum,
Iliacasque pugnas, Achillemque turrim belli:
Vobis autem et ego canorarum lenimina Musarum,
Qualia ipsæ præbent, et quantæ nostræ sunt facultates,
Talia fero. Munerum autem gratissimum diis est cantus.

AMATOR VEL INFELIX AMATOR.

IDYLLION XXIII.

Vir quidam amori valde indulgens crudelem amabat adolescentem,
Forma quidem bonum, sed moribus nequaquam similem.
Oderat amantem, nec quicquam mansuetudinis habebat:
Non norat Amorem, quis esset deus, qualem arcum
Manibus tenet, quam acerba tela in pueros mittit:
Omnino et in verbis et in congressibus indomitus.
Neque ullum flammæ solatium erat, non nitor
Oris, non oculorum lucidus splendor, non roseæ genæ,
Non oratio, non osculum levans amorem:
Sed uti fera silvestris observat venatores,
Ita omnia faciebat adversus alterum: sæva illi erant
Labra, et oculi torvum tuebantur: habebant necessitatem:
Atque bili facies respondebat: fugiebat inde color.
Contumelia ex ira involutus—at etiam sic
Pulcer erat: ex ira incitabatur magis amator.
Denique non tulit tantum æstum Veneris,
Sed ad tristem domum flebat,
Et osculatus est limen, hancque extulit vocem:
Sæve puer et tristis, malæ proles leænæ,
Saxee puer, et amore indigne, dona tibi veni
Ultima hæc ferens, laqueum meum: non enim amplius te,
Puer, volo molestia afficere iratum: sed abeo eum in locum,
Cui tu me adjudicasti; quo fama est ferre viam
Communem, amantibusque ubi remedium oblivio.
At etiamsi eam totam ori admotam exhausero,
Ne sic quidem restinxero meum desiderium. Jam vale
Tuo vestibulo adjicio. Novi, quod futurum est:
Et rosa pulcra est, et tempus eam flaccidam reddit:
Et viola pulcra est in vere, et cito senescit:
Candidum est lilium, flaccescit, quum decidit:
Nix quoque candida est, et liquitur, quum concreverit:
Et forma puerilis pulcra est, sed brevi durat.
Veniet tempus illud, quando et tu amabis,
Quando tosto corde amare flebis.
Sed tu, puer, et hoc ultimum gratum mihi fac:
Quando egressus suspensum in vestibulo

Hocce tuo videris, ne miserum me prætereas:
Consiste et paulum lacrimare: libataque lacrima
Solve me laqueo, et circumda tuis de membris
Vestimenta, et me tege, postremumque osculare,
Atque mortuo indulge labia tua. Ne me metueris:
Non possum reviviscere, etsi mutatus me osculaberis.
Tumulum mihi excava, qui meum contegat amorem.
Quumque abieris, hoc mihi ter acclama: o amice, jaces:
Si volueris, etiam hoc adde: pulcer mihi periit sodalis.
Inscribe et hoc carmen, quod tibi versibus exarabo:
HUNC AMOR OCCIDIT, VIATOR, NE TRANSEAS,
SED CONSISTENS HOC DICITO: CRUDELEM HABUIT SODALEM.
Sic locutus sumsit lapidem: quum advolvisset ad parietem
Usque ad medium limen horribilem lapidem, annexuit inde
Tenuem restim, laqueumque injecit collo:
Sedemque devolvit a pedibus, atque pependit
Mortuus. Tum ille aperuit fores et mortuum vidit
Aula ex sua suspensum, neque fractus est
Animo: non deflevit juvenilem necem; sed in mortuo
Vestimenta omnia polluit puerilia: ibatque ad certamina
Gymnasii, et procul grata requirebat lavacra,
Et ad deum venit, quem læserat: nam in lapidea
Stabat crepidine Amor, eminens super aquas.
Exiliitque simulacrum et improbum occidit adolescentem:
Unda cruentata irrubuit, puerique innatabat vox:
Gaudete amantes: nam qui oderat, interfectus est.
Vosque diligite, amasii: nam deus novit judicare.

HERCULISCUS.

IDYLLION XXIV.

Herculem, decem menses natum, quondam Mideatis
Alcmena, et nocte minorem Iphiclum,
Quum ambos lavisset et lacte replevisset,
Deposuit in scuto æreo, quod Pterelao
Amphitryo pulcrum spolium abstulerat interemto.
Tangens mulier puerorum caput dixit:
Capite, pueri mei, dulcem et excitabilem somnum,
Dormite, animi mei, duo fratres, incolumes liberi:
Felices quiescatis, et felices auroram conspiciatis.
Sic fata movit scutum magnum, illosque occupavit somnus.
Quum autem vertitur media nocte ad occasum ursa
E regione Orionis ipsius, hicque latum ostendit humerum:
Tum dira monstra duo insidiosa Juno
Cæruleis horrentes spiris dracones
Misit ad latum limen, ubi sunt cavi postes januæ
Cubiculi, minis instigans, ut devorarent infantem Herculem.
Illi autem evoluti in terra ventres ambo
Sanguivoros provolvebant: ex oculis malus ignis
Euntibus elucebat, et grave exspuebant venenum.
Verum ubi jam ora lambentes ad pueros pervenerunt,
Tum expergefacti sunt (Jove vidente omnia)
Alcmenes cari liberi, luxque in cubiculo effulsit.
Scilicet alter statim exclamavit, ubi malas bestias sensit
Cavum super scutum et improbos vidit dentes,
Iphiclus, crispamque pedibus calcitrando repulit lænam,
Fugere nitens: alter autem obluctans hærebat manibus
Hercules, ambosque gravi innexuit vinculo,
Prehensos gula, ubi malorum venenorum sedes est
Perniciosis serpentibus, quæ etiam dii aversantur.
Illi contra spiris volvebantur circa puerum
Sero natum, lactentem, sub nutrice nunquam vagientem:
Quas rursus solvebant, quum defatigati essent spinis,
Vinculi duri conantes solutionem invenire.
Alcmene audivit clamorem et prima expergefacta est.
Surge, Amphitryo: nam me metus tenet pavidus:
Surge, neu pedibus tuis sandalia subjicias.
Non audis, filiorum minor quantum clamat?
Non vides, nocte intempesta hosce parietes

Omnes collucere, absque serena aurora?
Est mihi novi aliquid in domo, est, mi vir.
Sic ait: atque ille e lecto descendit conjugi obtemperans:
Et affabre factum ad ensem properavit, qui illi super
Lectum cedrinum e clavo semper suspensus erat.
Petebat recens contextum lorum,
Levans altera manu vaginam magnam, lotinum opus:
Amplum tum thalamus rursus caligine impletus est.
Famulos igitur clamore vocavit, gravem somnum efflantes:
Afferte ignem quam citissime e foco arreptum,
Famuli mei, et firma forium removete repagula:
Surgite, famuli operis patientes. Ipse clamat.
Illi statim aderant cum lychnis ardentibus
Famuli, et cubiculum repletum est, quolibet festinante.
Scilicet ut viderunt Herculem subrumum
Belluas duas tenaciter manibus teneris prementem,
Complosis manibus exclamarunt: ipse autem ad patrem Amphitryonem
Serpentes porrigebat, alteque exultabat lætitia
Puerili, et ridens ad pedes deposuit
Patris sui morte sopita horrenda monstra.
Alcmene deinde ad suum admovit gremium
Exanimatum metu clamosum Iphiclum:
Amphitryo autem alterum sub agninam posuit lænam
Puerum, et ad lectum reversus somno se dedit.
Galli tertio jam cantu ultimum diluculum indicabant:
Tiresiam tunc vatem, omnia vera dicentem,
Quum vocasset, rem novam exposuit,
Eumque respondere, quis exitus futurus esset,
Jussit: neu, si quid dii adversi agitant,
Reverens me cela; atque effugere non licere
Hominibus, quicquid Parca fuso devolvat,
Vates Euerida, bene te callentem edoceo.
Sic dixit regina: tum ille ita respondit:
Bono animo es, parens optimæ prolis, Persei sanguis.
Nam per meum dulce lumen, quod olim ab oculis meis recessit,
Multæ Achæiades mollia fila circa genu
Manibus versabunt, summo vespere canentes
Alcmenes nomen: in veneratione eris apud mulieres Argivas.
Talis hic vir in astriferum cœlum
Adscensurus est filius tuus, lato pectore heros,
A quo et belluæ omnes et alii viri superabuntur.
Post duodecim labores peractos in fatis est, ut in Jovis domo
Habitet: et quicquid mortale habet, pyra Trachinia absumet.
Gener immortalium vocabitur, qui hæc excitarunt
Monstra speluncis abdita, ut puerum læderent.

Erit sane illud tempus, quum hinnulum in lustro
Lupus serratis dentibus conspectum lædere nolet.
Age, domina, fac, ut ignis tibi sub cinere paratus sit,
Lignaque arida aspalathi paretis, vel paliuri,
Vel rubi, vel vento agitatam siccam acherdum:
Combure in silvestribus lignis sectis hosce dracones
Media nocte, quando puerum tuum occidere volebant ipsi.
Sub auroram autem collectum ignis cinerem ex ancillis aliqua
Projicito caute omnem super fluvium ferens
Præruptas in rupes in ventum secundum, revertitorque
Non respiciens: tum puro lustrate domum sulphure
Primum: deinde sale mixto (ut consuetum est,)
Ramo virenti spargite affatim puræ aquæ:
Jovique mactate supremo masculum suem,
Ut hostibus semper superiores evadatis.
Dixit, remotaque eburnea sella abiit
Tiresias, multis quidem annis gravis.
Hercules autem sub matre, sicut tenera planta in arbusto,
Alebatur, Argivi dictus filius Amphitryonis.
Literas quidem puerum senex Linus docuit,
Filius Apollinis, curator diligens, heros:
Arcum autem tendere, et certum esse sagittarum jaculatorem,
Eurytus, a majoribus magnis locuples arvis.
At cantorem eum fecit ambasque manus formavit
In buxea cithara Philammonides Eumolpus.
Tum quomodo a cruribus podicem versantes Argivi viri
Mutuo sese luctando supplantant, et quicquid pugiles
Graves cæstibus excogitarunt, quosque in solum prolapsi
Luctatores invenerunt modos arti commodos,
Omnia hæc didicit edoctus a filio Mercurii
Harpalyco Phanoteo: quem ne e longinquo quidem prospiciens
Æquo animo sustinuerit aliquis certamine depugnantem:
Tale supercilium terribili imminebat faciei.
Porro equos currui junctos agitare et circa metam
Tuto flectendo rotæ modiolum salvum conservare,
Amphitryo suum filium benevolo animo docuit
Ipse, quoniam permulta ex velocibus reportarat certaminibus
In equestri Argo pretiosa dona: neque unquam ei fracti
Currus, quibus vehebatur, præ vetustate lora soluta habebant.
At hasta protenta, tergo sub scuto latente,
Virum petere, gladiorumque vulnera sustinere,
Instruere aciem, et insidiarum rationem habere
Hostilium in impetu faciendo, et equites hortari,

Hæc eum docuit Castor eques, quum profugus Argo venisset,
Quo tempore totum regnum et magnam vineam Tydeus
Tenebat, cui Adrastus Argos equis aptum concesserat.
Castori autem non similis in semideis bellator
Alius erat, priusquam senium aboleret juventam.
Sic Herculem cara mater edocendum curavit.
Lectus erat puero instructus prope patrem,
Exuviæ leonis, perquam ipsi gratæ:
Cœna carnes assatæ, et grandis in canistro panis
Doricus, qui haud dubie etiam fossorem satiare posset.
Verum finito die exiguum absque igne sumebat cibum.
Vestes autem non arte elaboratas induebat super mediam suram.

[Deficit finis hujus Idyllii.]

HERCULES LEONIS INTERFECTOR,

VEL

AUGIÆ OPULENTIA.

IDYLLION XXV.

[Deest initium.]

HUNC senex allocutus est cultorum custos arator,
Omisso opere, quod ei in manibus erat:
Lubens tibi, amice, quod scitaris, dicam,
Mercurii reverens gravem iram vialis:
Hunc enim aiunt maxime cœlicolarum irasci,
Si quis via indigentem aspernetur viatorem.
Greges quidem lanigeri regis Augiæ
Non omnes pascuntur in iisdem pascuis, neque uno in loco:
Sed alii versantur ad ripas Elisuntis,
Alii ad sacra fluenta divini Alphei,
Alii ad Buprasium vitiferum, alii etiam hic.
Separatim vero stabula iis exstructa sunt singulis.
Sed armentis, quantumvis numerosis, tamen
Omnibus pascua hic virentia semper sufficiunt,
Menii per magna palustria: nam dulces herbas
Prata progerminant roscida, et loca irrigua
Affatim, quæ quidem bobus cornutis robur augent.
Stabulum illorum hicce ad dextram tuam manum
Apparet clare totum trans amnem fluentem,
Illic ubi platani perennes natæ sunt,
Viridisque oleaster, Apollinis pastoris
Nemus sanctum, amice, perfectissimi dei.
Mox stabula perlonga agricolis
Ædificata sunt, qui regi magnas et immensas opes
Custodimus diligenter, in ter subactis novalibus sementem
Nonnunquam spargentes, et in quater subactis similiter.
Limites vero norunt plantarum fossores, qui laboriosi
Ad torcularia veniunt, quum æstas summa adest.
Omnis enim hic campus est prudentis Augiæ,
Et jugera tritici feracia, et horti arboribus consiti,
Usque ad extrema montium juga, fontibus amœna:

Quæ loca nos opus facientes obimus toto die,
Sicut decet famulos, quorum vita adidcta est agris.
At tu mihi dic, (quod et tibi ipsi utile
Erit,) cujus rei indigus huc venisti?
Utrum Augiam, an aliquem famulorum illius
Quæris, quos habet? Ego autem, qui certo scio, tibi
Omnia facile dicam: non enim te aio ex vilibus
Esse natum, neque vilibus te ipsum similem esse,
Prout forma præstanti conspiciendus es. Certe filii
Immortalium tales inter mortales versantur.
Huic contra talia reddit Jovis fortis filius:
Sane, senex, Augiam Epeorum principem velim
Videre: ejus enim causa huc veni.
Qui si in urbe moratur apud suos cives,
Populum curans, jusque exercet,
Age, ex famulis aliquem, senex, jube me ducere,
Qui ruri hic honoratior villicus est,
Cui rem meam exponam, et ab eo vicissim aliquid audiam.
Nam alium alio indigere deus voluit.
Huic senex vicissim respondit, nobilis arator:
Alicujus ex diis immortalibus consilio huc venisti, amice:
Nam tibi omne negotium, quod vis, statim confectum est.
Huc enim Augias, carus Solis filius,
Suo cum filio, præclaro Phyleo,
Heri venit ex urbe, diebus multis
Inspecturus opes, quas innumeras ruri habet.
Ita nimirum et regibus videtur,
Quum ipsi curant, domus magis salva esse.
Sed, age, eamus ad eum, egoque tibi dux ero
Stabulum ad nostrum, ubi inveniemus regem.
Sic locutus præibat: animo autem multa cogitabat,
Exuvias feræ videns, clavamque manum implentem,
Unde hospes veniret, cupiebatque eum interrogare:
Sed reprimebat hæsitans ad labia prodeuntem vocem,
Ne quod ei verbum non opportune diceret
Properanti. Difficile enim est, alterius mentem nosse.
Hos accedentes canes procul statim animadverterunt
Utroque modo, et odore corporis, et pedum strepitu.
Ingentique latratu incurrerunt aliunde alius
In Amphitryoniaden Herculem: sed seni
Placido gannitu adblandiebantur ab altera parte.
Quos ille lapidibus a terra tantum sublatis
In fugam retro vertebat territos: graviterque voce
Minabatur omnibus, et prohibuit latratu,
Animo suo gaudens, quod stabulum custodirent
Ipso absente, et hanc vocem edidit:
Papæ, quale dii reges fecerunt
Hoc animal, ut cum hominibus versaretur! quam prudens!
Si ei et mens ita intelligens in pectore esset,

Et nosset, cui irasci deberet, cuique minus,
Nullum tum animal cum eo de honore certare posset:
Nunc nimis iracundum et sævum est temere.
Sic dixit; et celeriter ad stabulum pervenerunt.
Sol tum ad occasum vertit equos,
Vespertinum diem adducens: et advenerunt pingues pecudes
Ex pascuis redeuntes ad caulas et stabula.
Sed deinde boves innumeræ, aliæ post alias
Venientes conspiciebantur, sicut nubes pluviosæ,
Quot in cœlo eunt actæ prorsus
Vel noti vi, vel Threicii boreæ:
Harum non numerus est in ære euntium,
Neque modus: tot enim prioribus agglomerat
Vis venti, et aliæ assurgunt rursus super alias:
Tot semper pone boum armenta alia alia superveniebant.
Omnis igitur campus impletus est, omnesque viæ,
Pecore incedente: gemebantque pingues agri
Mugitu: tum stabula boum facile repleta sunt
Bobus flexipedibus, ovesque in caulis stabulabantur.
Ibi, quum pecudes innumeræ essent, nullus otiosus
Stabat apud boves operis indigens:
Sed alius pedibus loris bene incisis
Ligneas pedicas adaptabat prope adstans mulgendi causa:
Alius autem caris matribus caros fœtus submittebat
Tepidi lactis appetentissimos:
Alius mulctram tenebat, alius pinguem densabat caseum:
Alius introducebat tauros, sejunctos a vaccis.
Augias vero omnia boum stabula obiens spectabat,
Quem sibi opum proventum reposuissent pastores.
Una filius et sapiens Hercules
Comitabantur regem perlustrantem magnas divitias.
Ibi, immotum quamvis animum in pectore gerens
Amphitryoniades semperque firmum,
Vehementer tamen mirabatur boum innumeram multitudinem
Intuens. Non enim dixerit aliquis, neque crediderit,
Virum unum tantum pecoris possidere, neque decem alios,
Qui quidem ex omnibus regibus maxime abundent pecore.
Sol autem filio suo eximium hoc donum præbuerat,
Ut pecore abundaret præ omnibus hominibus,
Eique ipse continenter augebat armenta omnia
Ad summum: non enim morbus invasit illius
Armenta, qui perdunt pastorum labores.
Semper plures cornutæ boves, semper meliores
Ex anno in annum nascebantur; omnes enim
Vivos fœtus maximo numero et femellas pariebant.
Cum illis trecenti tauri incedebant,
Cruribus albis, incurvis cornibus: ducenti alii
Rufi, qui omnes jam vaccas inscendebant.

Alii rursus inter hos duodecim pascebantur,
Sacri Soli, qui erant colore veluti cycni,
Candidi, et inter omnes boves excellebant,
Iidemque sejuncti ab armento pascebant virentem herbam
In pascuis: ibi vehementer sua virtute exultabant.
Quumque ex densis celeri impetu proveniebant feræ
Saltibus in campum, propter boves agrestes,
Hi primi ad pugnam cutis odorem sequuti ruebant:
Horrendumque fremebant, cædem vultu minantes.
Ex his excellebat viribus et robore suo
Animoque elato Phæthon ingens; quem quidem pastores
Stellæ omnes comparabant, propterea quod multum in aliis
Bobus incedens lucebat, insigniterque conspicuus erat.
Qui quum aridam pellem leonis fulvi conspexisset,
In ipsum tum irruit circumspectum Herculem,
Ut impingeret lateribus caput validamque frontem.
Hujus quidem accedentis heros prehendit lata manu
Sinistrum statim cornu, et deorsum cervicem in terram
Inflexit, quamvis duram: tum taurum repulit retrorsum
Humero connitens: atque ille nervis extentus
Musculorum in summos armos arrectus constitit.
Mirabantur et ipse rex et bellicosus filius
Phyleus, quique apud cornutas boves pastores erant,
Amphitryonidæ vim immanem conspicati.

Tum illi, relictis ibi pinguibus arvis, in urbem
Ibant, Phyleus et Hercules validus.
Viam autem publicam ubi primum ingressi erant,
(Angusta semita velocibus pedibus confecta,
Quæ per vineta a stabulis porrecta erat,
Non admodum conspicua in viridi silva:)
Ibi igitur Jovis altissimi filium allocutus est
Augiæ dilectus filius post se incedentem,
Leviter inclinato capite in dextrum humerum:
Jam olim, amice, me mihi omnino de te famam audivisse
Videri, nunc animo meo recolo.
Venit enim aliquis Argo, cum maxime juvenis,
Huc Achæus, ex Helice maritima;
Qui etiam coram pluribus Epeis narrabat,
Argivum quendam, ipso præsente, interfecisse
Feram, sævum leonem, triste monstrum agricolis
Cavum lustrum habentem in nemore Jovis Nemei:
Non certo scio, utrum ex Argo sacro
Indidem ortum eum diceret, an Tirynthe habitantem, an Mycenis.
Sic ille narrabat: genereque eum esse aiebat
(Si recte quidem ego memini,) ex Perseo.
Arbitror non alium hoc ausum esse Ægialensium,
Quam te: nam pellis belluæ manifesto indicat

Manuum forte opus, quæ tibi latera contegit.
Dic age nunc mihi primum, (ut animo cognoscam,
O heros, utrum verum augurer, an non,)
Tune ille es, de quo nobis audientibus referebat
Ille ex Helice Achæus, egoque recte te conjecto?
Narra, quomodo exitialem hanc feram ipse occideris,
Et quomodo in loca irrigua Nemeæ pervenerit.
Non enim talem in Peloponneso belluam invenire possis,
Si videre cupias: quandoquidem non tales alit,
Sed ursos, et apros, et perniciosum luporum semen.
Quocirca mirabantur, qui illa tum dicta audiebant:
Aliqui etiam mentiri viatorem dicebant,
Qui vana lingua gratificaretur præsentibus.
Sic locutus e media excessit via
Phyleus, ut ambobus incedentibus sufficeret,
Et facilius Herculem loquentem exaudiret,
Qui eum secutus his verbis allocutus est:
O Augiada, quod me primum interrogabas,
Hoc ipse perquam facile ad amussim perpendisti.
Dicam vero tibi singula de hoc monstro,
Quomodo peracta sint, quoniam cupis audire,
Præterquam unde venerit: hoc enim, quamvis multi sint,
Argivorum nemo possit certo dicere.
Solummodo deorum aliquem conjicimus malum
Propter sacra iratum Phoronensibus immisisse.
Omnes enim Piseos inundans, ceu fluvius,
Leo assidue vastabat, maximeque Bembinæos,
Qui prope eum habitabant, intolerabilia perferentes.
Hoc mihi primum certamen perficiendum mandaverat
Eurystheus: cupiebat enim, ut me interficeret sæva bestia.
Ego itaque, sumto flexibili arcu cavaque pharetra,
Sagittis plena, abibam: alteraque manu gerebam clavam
Solidam, una cum suo cortice, ex umbroso oleastro,
Bene magnam: quam ipse sub sacro Helicone
Inventam cum densis radicibus integram evelli.
Verum ubi ad locum, in quo erat leo, perveni,
Tum, arcu sumto, ad inflexum apicem applicui
Nervum, sagittamque acerbam statim imposui.
Undique oculos circumferens perniciosum monstrum speculabar,
Si conspicerem, priusquam illud me videret.
Diei medium erat, neque usquam ejus vestigia
Animadvertere poteram, nec rugitum exaudire.
Neque hominum quisquam apud boves aut opus faciens
Conspiciebatur in arvis, quem interrogarem:
Sed in stabulis pallidus metus quemque tenebat.
Non sane prius pedes continui frondosum montem perquirens,

Quam viderem, viresque illico experirer.
Atque ille quidem in specum suum ante vesperem ibat,
Pastus carnibus et cruore, circumque jubas
Squalidas fœdatas habebat cæde, sævamque faciem
Et pectus, linguaque circumlingebat barbam.
At ego fruticibus illico umbrosis me occultavi
In cacumine silvoso, exspectans quando veniret:
Et misi sagittam in sinistrum propius accedentis ile
Frustra: non enim sagitta per carnem penetravit
Acuta, sed repulsa in virides herbas incidit.
At ille caput cruentum a terra cito sustulit
Obstupefactus, et quaquaversum circumtulit oculos
Observans, hiansque terribiles ostendit dentes.
In hunc ego aliam sagittam a nervo misi,
Ægre ferens, quod mihi prior frustra e manu effugisset:
Mediumque ici pectus, ubi pulmonis est sedes.
Sed ne sic quidem sub corium descendit gravis sagitta:
Sed delapsa est ante pedes sic irrita.
Tertium parabam, graviter animo commotus,
Tendere arcum, quum ille me vidit circumspectans oculis,
Bellua improba, longamque ad poplites volvit
Caudam, statimque pugnam meditatus est: atque totum ei collum
Ira impletum est, rufæque horruerunt comæ
Irascenti, ac spina dorsi curvata est sicut arcus
Fero undique contracto sub ilia et lumbos.
Ut quum carpentarius, multorum operum gnarus,
Ramos inflectit caprifici sectilis,
Calefactos igne prius, orbes futuros currus sellæ axi impositæ:
Illius e manu caprificus procera elabitur,
Quum flectitur, unoque impetu procul exsilit:
Sic in me leo sævus e longinquo irruit
Avidus corpus lædere: at ego altera sagittas
Manu prætendebam, et suspensum ab humeris duplex vestimentum,
Alteraque clavam aridam super bestiæ tempora elatam
Impegi in caput, ictuque diffregi asperam
In ipso hirsuto capite silvestrem oleam
Belluæ vastæ: atque concidit illa, antequam me assequeretur,
Ex alto in solum, tremulisque pedibus constitit,
Nutans capite: nam caligo ei oculos ambos
Occupavit, ictu cerebro in ossibus concusso.
Atque hanc ego dolore attonitam gravi
Quum viderem, priusquam rursus se recollegisset
Cervicis invictæ ad tendinem percussi prævertens,
Abjecto humi arcu et sutili pharetra:

Angebamque firmiter manibus robustis inhærens
A tergo, ne carnem mihi laniaret unguibus.
Inque terram pedes fortiter deprimebam
Posticos calcaneis, conscendens: et lateribus femora muniebam,
Dum illi extendi armos, alte elevato
Sine respiratione: sic animam immanem excepit orcus.
Atque tum quidem deliberabam, quomodo hirsutam pellem
Feri exstincti a membris detraherem,
Difficilem sane laborem: nam non ferro licebat
Scindi, nec lapide, quum experirer, neque ligno quidem.
Ibi deorum aliquis mihi subjecit, ut cogitarem
Ipsis leonis unguibus pellem scindere.
His celeriter pellem detraxi, quam membris indui,
Ut munimentum mihi esset pugnæ corpus laniantis.
Hoc fuit, o amice, Nemeæ belluæ exitium,
Quæ multas clades antea pecudibus virisque intulerat.

LENÆ SEU BACCHÆ.

IDYLLION XXVI.

Ino, et Autonoe, et pomicolor Agave,
Tres thiasos in montem tres ipsæ duxerunt.
Quæ ex decerptis silvestribus frondibus hirsutæ quercus,
Et hedera viridi, et asphodelo humi nascente,
In puro prato exstruxerunt duodecim aras,
Tres Semelæ, novem Dionyso:
Sacraque elaborata e cista manibus depromta
Bene precantes imposuerunt in aris ex recens decerptis frondibus,
Sicut docebat, sicut ipse probabat Bacchus.
Atque Pentheus ex alta rupe omnia spectabat,
Vetusta lentisco abditus, vernaculo frutice.
Autonoe prima eum conspicata horrendum exclamavit,
Conturbavitque orgia insani Bacchi pedibus
Subito incurrens, quæ non spectant profani.
Furebat et ipsa, furebant statim et aliæ.
Pentheus quidem fugiebat territus: et illæ persequebantur.
Peplis e cingulo ad poplites attractis.
Pentheus quidem hoc dixit: Quid vobis vultis, mulieres?
Autonoeque hoc dixit: Mox senties, priusquam audiveris,
Atque mater immugiit, capite filii correpto,
Quantus est fetæ leænæ mugitus:
Ino contra avellit cum scapula magnum humerum,
Pedibus ventrem calcans: Autonoeque idem faciebat:
Reliquæ, quantum supererat carnium, discerpebant mulieres,
Sicque Thebas redierunt contaminatæ sanguine omnes,
Ex monte luctum, non Penthea, referentes.
Non curo: neque alius infensus esse Baccho
In animum inducat, ne si atrociora quidem quis passus fuerit,
Sitque novem annorum, decimumve ingrediatur annum:
Ipse autem sancte vivam, et sancte viventibus placeam.
Ex Jove ægida gestante honorem sortitur hoc effatum:
Piorum liberis bona contingunt, impiorum non.
Salve, Bacche, quem in Dracano nivoso
Jupiter summus magno femore soluto deposuit:
Salve, formosa Semele cum sororibus
Cadmeidibus, quæ multis celebratæ estis heroinis,
Quæ hoc factum patravistis, incitante Baccho,
Non reprehendendum. Ne quis facta deorum vituperet.

COLLOQUIUM

DAPHNIDIS ET PUELLÆ.

IDYLLION XXVII.

DAPH. Prudentem Helenam Paris rapuit bubulcus alius:
Potius me hæc Helena bubulcum osculatur.
PU. Ne gloriare, Satyrisce: inane osculum esse dicunt.
DAPH. Est etiam in inanibus osculis dulcis voluptas.
PU. Os meum lavo, et despuo osculum.
DAPH. Lavas labia tua? da iterum, ut osculer.
PU. Decet te vitulas osculari, non innuptam puellam.
DAPH. Ne gloriare: cito tibi sublabitur, sicut somnium, flos ætatis.
PU. Uva matura est racemus passus, et rosa arida non peribit.
DAPH. Huc veni sub oleastros, ut tibi aliquid dicam.
PU. Non volo: etiam antea me fefellisti dulci sermone.
DAPH. Veni sub ulmos, ut meam fistulam audias.
PU. Tuum tibi animum oblecta: molestum nihil placet.
DAPH. Heu, heu, Paphiæ iram reverere et tu quidem puella.
PU. Valeat Paphia: modo Diana sit mihi propitia.
DAPH. Noli dicere: ne te feriat, et in laqueum inextricabilem incidas.
PU. Feriat, ut vult: rursus Diana nobis opitulatur.
Ne mihi injeceris manum: et insuper labium laniabo.
DAPH. Non effugis Amorem, quem non alia effugit puella.
PU. Effugio, per Pana: tu autem semper jugum geris.
DAPH. Metuo, ne adeo pejori te viro tradat Amor.
PU. Multi meas nuptias ambibant, sed nullus animo meo placuit.
DAPH. Unus et ego ex multis procus tuus huc veni.
PU. Et quid, amice, facere possim? nuptiæ plenæ sunt molestiæ.
DAPH. Non dolorem, non tristitiam habent nuptiæ, sed choream.
PU. Sane vero dicunt, mulieres suos maritos tremere.
DAPH. Potius semper dominantur: quem tremunt mulieres?
PU. Tremo partus dolores: grave est telum Lucinæ.
DAPH. Sed tua domina Diana obstetrix est.
PU. Sed parere tremo, ne mihi et formam perdat.
DAPH. Quodsi pepereris dulces liberos, novam lucem videbis filios.

Pu. Et quam mihi dotem fers nuptiis dignam, si annuero?
Daph. Omnem gregem, omnia nemora et pascua habebis.
Pu. Jura, nolle te post nuptias abire, me invita relicta.
Daph. Non sane, non, per Pana, etiamsi me volueris abigere.
Pu. Parasne mihi thalamos, parasne et domum et stabula?
Daph. Paro tibi thalamos, hosque greges belle pasco.
Pu. Patrique seni quidnam, quid dicam?
Daph. Probabit tuum connubium, ubi meum nomen audiverit.
Pu. Nomen tuum illud dic: etiam nomen sæpe delectat.
Daph. Daphnis ego vocor, Lycidas pater, et mater Nomæa.
Pu. Ex nobilibus es: at non te sum deterior.
Daph. Neque summe honorata: nam pater tibi est Menalcas.
Pu. Ostende mihi tuum nemus, ubi est tuum stabulum.
Daph. Veni, vide, ut florent meæ proceræ cupressi.
Pu. Capellæ meæ, pascimini: bubulci opera visam.
Daph. Tauri, belle pascimini, dum virgini nemora ostendam.
Pu. Quid facis, Satyrisce? quid mamillas intus tetigisti?
Daph. Mala tua primum hæcce florescentia cognoscam.
Pu. Torpeo, per Pana. Tuam rursus extrahe manum.
Daph. Bono animo es, cara puella. quid mihi tremis? quam timida!
Pu. Conjicis me in fossam, et vestes pulcras contaminas.
Daph. At pellem mollem vestibus tuis, en! substerno.
Pu. Heu, heu, et mitram amovisti. quare solvisti?
Daph. Paphiæ primum hoc ego donum offero.
Pu. Exspecta, miser: forte aliquis supervenit: strepitum audio.
Daph. Inter se loquuntur nuptias tuas cupressi.
Pu. Amiculum mihi lacerum fecisti, sumque nuda.
Daph. Aliud amiculum tuo tibi majus dabo.
Pu. Ais te mihi omnia daturum, et fortasse posthac ne salem quidem dabis.
Daph. Utinam possem et ipsam animam tibi adjicere.
Pu. O Diana, noli succensere: tua illa solitaria non amplius est fidelis.
Daph. Faciam vitula Amori, et vacca ipsi Veneri.
Pu. Virgo huc veni, et mulier domum abibo.
Daph. At mulier mater, liberorum nutrix, non amplius puella.

Sic illi, florentibus fruentes membris,
Inter se susurrabant: surgebat furtivum cubile.
Illa quum surrexisset, abibat ad capellas pascendas,
Oculis pudore suffusis, pectusque imum gestiebat:
Hic autem ad armenta boum, lætus concubitu.

COLUS.

IDYLLION XXVIII.

Glaucæ, o amica lanificii colus, donum Minervæ,
Matronis frugalibus te exercere convenit:
Confidens nos sequere in Nilei urbem illustrem,
Ubi Veneris sacrum viride in arundineto tenero.
Eo enim navigationem prosperam petimus a Jove.
Ut hospite meo præsens oblecter, et vicissim amer,
Nicia, Gratiarum suave loquentium sacro germine,
Teque, multo labore ex ebore factam,
Munus in conjugis Niciæ manus tradamus.
Hac multa opera perficies, viriles vestes,
Multas quoque, quas mulieres gestant, thalassinas.
Bis enim in anno agnorum matres mollia in pascuis vellera
Tondenda præbeant, propter Theugenidem pulcris talis:
Adeo est operosa: amatque quæ amant honestæ.
Non enim in ignavam neque otiosam velim
Te dare domum, ortam ex nostra terra.
Etenim tibi patria est, quam ex Ephyra condidit olim Archias,
Insulæ Trinacriæ medullam, probatorum virorum urbem.
Nunc sane domum tenens viri, qui multa novit salutaria
Remedia arcendorum ab hominibus tristium morborum,
Habitabis Miletum amabilem cum Ionibus,
Ut pulcra colo utatur Theugenis inter populares,
Et memoriam illi hospitis carminum amantis semper renoves.
Hoc enim alter alteri dicet, te visa: Certe magna gratia
Exiguo muneri contingit: nam omnia sunt in honore, quæ amici mittunt.

AMORES.

IDYLLION XXIX.

Vinum, o care puer, dicunt, et veritas:
Et nos decet ut ebrios veraces esse.
Et ego dicam, quæ in pectoris recessu recondita sunt.
Non toto me animo vis amare:
Intelligo: quod enim dimidium vitæ habeo,
Vivit ex tua forma, et reliquum periit.
Et quando tu volueris, immortalibus similem ago
Vitam: quando non volueris, densis in tenebris.
Qui hoc convenit, amantem ærumnis tradere?
At si quid mihi obtemperes, juvenis seniori,
Tum, quando et tibi ipsi melius erit, me laudàbis:
Fac nidum unum una in arbore,
Quo nulla perveniet sæva bestia.
Nunc autem hoo die alium tenes ramum,
Alium cras: alterumque post alterum quæris.
Quod si quis tuum pulcrum os conspectum laudaverit,
Huic statim amicus factus es plus quam triennis;
Primum vero amantem tertio loco posuisti.
Superbiam videris spirare.
Ama, dum vives, consimilem semper habere.
Nam si sic feceris, bene audies
Apud cives, et Amor tibi non gravis erit,
Qui virorum animos facile superat,
Et me mollem fecit ex ferreo.
At firmiter tenero ori tuo adhærebo.

Memento, te anno su peori fuisse juniorem,
Nosque ante senescere, quam exspuas,
Et rugas contrahere, juventamque revocari
Non licere: alas enim in humeris gestat:
Et nos tardiores sumus, quam ut volatica prehendamus.
Hæc decet te reputantem esse molliorem
Meque sincere amantem redamare,
Ut, ubi mentum virile habebis,
Mutuo simus Achillei amici.
Sin hæc ventis ferenda committis,
Et tecum cogitas: quid mihi, o bone, molestus es?
Nunc etiamsi ad aurea mala tua causa
Abeam, et custodem defunctorum Cerberum:
Tunc, ne te vocante quidem, ad aulicas fores
Veniam, liberatus sævo desiderio.

IN MORTUUM ADONIDEM.

IDYLLION XXX.

Adonidem Cytherea
Ut vidit jam mortuum,
Squalidam comam habentem
Et pallidas genas,
Ducere aprum ad se
Jussit Amores.
Atque illi statim volucres
Omnem sylvam pervagati
Dirum aprum invenerunt,
Et iterum iterumque ligaverunt.
Tum alter fune adstrictum
Trahebat captivum:
Alter a tergo agens
Percutiebat arcu.
Fera autem incedebat timide:
Metuebat enim Cytheream.
Quam sic allocuta est Venus:
Omnium pessima ferarum,
Tune istud femur læsisti?
Tune meum virum percussisti?
Cui fera respondit:
Juro tibi, Venus,
Per ipsam te, et virum,
Et hæc mea vincula,
Et hosce venatores:
Tuum formosum virum
Nolebam ferire:
Sed ut simulacrum adspexi,
Et, non ferens æstum,
Femur quod nudum habebat,
Insano furore osculari volebam:
Et dens meus læsit.
Hos igitur sumtos, Venus,
Hos puni, excide
(Quid enim gero supervacaneos?)
Amatorios dentes:
Quod si tibi non satis est,
Etiam hæc mea labra.

Quid enim osculari audebant?
Hujus tum miserta est Venus,
Dixitque Amoribus,
Ut vincula ei solverent.
Ex eo tempore Venerem sequebatur,
Neque in sylvam redibat,
Et accedens ad ignem,
Exurebat Amores.

E BERENICE

FRAGMENTUM.

Et si quis precibus flagitat (a Berenice, dea,) felicem capturam et divitias,
Qui ex mari victitat, et cui retia sunt pro aratro,
Is mactet prima nocte huic deæ sacrum piscem,
Quem λεῦκον appellant (est enim omnium nitidissimus):
Tum retia demittet et ex mari extrahet
Plena.

THEOCRITI

SYRACUSII

EPIGRAMMATA.

I.

Rosæ illæ roscidæ, et densum illud
Serpyllum dedicata sunt Heliconiadibus.
Sed lauri nigro folio tibi, Pythie Pæan:
Delphica enim petra hoc profecto decore nituit.
Aram autem sanguine imbuet cornutus hircus iste albus,
Terebinthi comedens extremum ramum.

ALIUD. II.

Daphnis ille candidus, qui pulcra fistula modulabatur
Bucolicos hymnos, dedicavit Pani hæcce:
Perforatas arundines, pedum, acutum jaculum,
Pellem cervinam, peram, qua olim poma gestabat.

ALIUD. III.

Dormis in solo foliis constrato, Daphni, corpus defessum
Recreans: et furculæ recens defixæ stant in montibus.
At venantur te Pan et Priapus, crocea
Hedera venustum caput cinctus,
Antrum ingredientes simul. Tu vero fuge,
Fuge, excusso somni sopore obrepentis.

ALIUD. IV.

In illum vicum, ubi quercus sunt, caprarie, ubi deflexeris,
Ficulneam invenies recens sculptam statuam,
Tripedem, cum ipso cortice, sine auribus: at phallo
Genetricis potentem Veneris opera perficere.
Fanum valde sacrum circumcurrit, perennisque
Rivus e rupibus undique viret
Lauris et myrtis et odora cupresso:
Ubi circumcirca diffusa est per capreolos uvifera
Vitis: canoraque voce vernæ
Merulæ modulantur varia carmina:
Flavæ lusciniæ querelis respondent,

Edentes voce suavem sonum.
Conside igitur illic, et amabilem Priapum
Precare, ut mihi liceat deponere Daphnidis amores:
Et illico dic me mactaturum pulcrum caprum. Sin abnuerit,
Hujusce compos factus volo tres victimas offerre.
Mactabo enim juvencam, hirsutum hircum, agnum quem habeo
Stabularium: audiatque benevole deus.

ALIUD. V.

Visne, per Nymphas, duplicibus tibiis canere
Suave aliquid mihi? et ego pectidem sumtam
Plectro pulsabo; bubulcus autem simul aures mulcebit
Daphnis, cera compacta fistula canens.
Sic stantes prope hirsutam quercum pone antrum
Pana capripedem excutiamus somno.

ALIUD. VI.

Ah, miser tu Thyrsi, quid tibi proderit, si contabefacies
Lacrymis geminos oculos lamentando?
Abiit capella, præclara suboles, abiit ad inferos:
Asper enim ungulis corripuit lupus.
Canes latrant. Quid tibi prodest, quando illius
Neque ossa, nec cinis relictus sit perditæ?

IN STATUAM ÆSCULAPII. VII.

Venit et Miletum Pæanis filius
Cum viro docto depellere morbos conversaturus
Nicia, qui eum in dies semper sacrificiis adit,
Et hoc ex odora sculpi curavit simulacrum cedro;
Eetioni scitæ manus summum pollicitus
Præmium: is vero ad opus omnem contulit artem.

EPITAPHIUM ORTHONIS. VIII.

Amice, Syracusius Orthon hoc tibi præcipit,
Hiberna nocte ebrius ne qua iter facias.
Nam ego hoc utor fato: et pro ampla
Patria peregrina terra jaceo coopertus.

ALIUD. IX.

Homo, vitæ parce, neque tempore alieno
Naviga: nam est non longa homini vita.

Miser Cleonice, tu in opimam Thasum venire
Properabas mercator e Cœlesyria.
Mercator, Cleonice: et sub ipsum Pleiadis occasum
Mare transiens cum ipsa Pleiade simul occidisti.

IN SIMULACRUM MUSARUM. X.

Vobis hoc, deæ, gratum novem omnibus
Simulacrum Xenocles posuit marmoreum
Musicus: non aliter quispiam dicet: et propter hanc peritiam
Bene audiens Musarum non obliviscitur.

EPITAPHIUM EUSTHENIS PHYSIOGNOMONIS. XI.

Eusthenis hoc est monimentum: physiognomon erat sophista,
Doctus ex oculo etiam mentem cognoscere.
Honeste eum sepeliverunt amici in peregrina terra peregrinum:
Et vatibus ipsis mire carus erat.
Omnia quæ decuit consequutus est defunctus sophista;
Quamvis nihil valeret, invenit tamen, qui sui curam gererent.

IN TRIPODEM BACCHO DEDICATUM A DEMOTELE. XII.

Demoteles choregus, qui tripodem, o Bacche,
Et te suavissimum deorum consecravit,
Modicam laudem adeptus erat in pueris; in chorea autem obtinuit victoriam
Virorum, simul et pulcrum et decorum respiciens.

IN SIMULACRUM CŒLESTIS VENERIS. XIII.

Venus hæc non est vulgivaga. Propitiam redde deam vocatam
Cœligenam, castæ donarium Chrysogonæ
In domo Amphiclis, cum quo et liberos et vitam habebat
Communem; semperque iis melius in annum erat
A te auspicantibus, o veneranda. Curantes enim
Immortales ipsi plus habent mortales.

EPITAPHIUM EURYMEDONTIS. XIV.

Parvulum filium relinquebas, et in ætatis flore etiam tu ipse,
Eurymedon, hoc sepulcrum mortuus nactus es.
Tu quidem habitas inter divinos viros; hunc autem cives
Colent, patris memores ut boni viri.

IN IDEM. XV.

Intelligam, utrum tribuas bonis plus, an et ipse improbus
A te, viator, similiter idem obtineat.
Salveto hic tumulus, inquies: nam Eurymedontis
Jacet sacrum levis super caput.

IN ANACREONTIS STATUAM. XVI.

Contemplare statuam hanc, o quisquis es,
Studiose, et dic, quum domum redieris,
Anacreontis imaginem vidi in Teo,
Antiquorum poetarum, si quis alius, excellentis.
Si addideris, juvenibus eum delectatum fuisse,
Depinges accurate totum virum.

IN EPICHARMUM. XVII.

Hæc vox est Dorica, et vir, qui comœdiam
Invenit, Epicharmus.
O Bacche, æneum eum pro vero
Tibi hic dicarunt,
Qui in urbe Syracusarum habitant Pelorenses,
Ut viro populari
(Thesauros enim habebat divitiarum) memores
Rependerent mercedem.
Multa enim ad vitam pueros docuit utilia:
Magna illi gratia debetur.

EPITAPHIUM CLITÆ, NUTRICIS MEDEI. XVIII.

Parvulus istud struxit Threissæ
Medeus monimentum juxta viam, et inscripsit Clitæ.
Habebit gratiam mulier pro eo
Quod puerum nutrivit. Quidni enim? etiam frugi vocatur.

IN ARCHILOCHUM. XIX.

Archilochum consiste et adspice veterem poetam
Iambographum, cujus ingens gloria
Penetravit et ad occasum et ad orientem.
Sane eum Musæ et Delius amabant Apollo:
Tam suavis fuit et doctus
Carmina pangere et ad lyram cantare.

IN STATUAM PISANDRI, QUI HERACLEAM CONDIDIT. XX.

Jovis hic vobis filium vir,
Leonis domitorem, celerem manu,

Primus superiorum poetarum
Pisander scripsit ex Camiro,
Et quot confecit, recensuit labores.
Huncque ipsum populus (ut probe scias)
Statuit hic factum ex ære,
Multis mensibus post et annis.

IN HIPPONACTEM. XXI.

Poeta hic Hipponax jacet.
Si improbus es, noli accedere ad sepulcrum :
Sin bonus et ex probis natus,
Bono animo conside, et, si volueris, dormi.

EJUSDEM IN SUUM IPSIUS LIBRUM. XXII.

Alius est (Theocritus) Chius : ego autem Theocritus qui hæc scripsi,
Unus sum ex multis Syracusius,
Filius Praxagoræ inclytæque Philinnæ :
Musamque alienam nunquam invexi.

XXIII.

Civibus et peregrinis idem tribuit hæc mensa ;
Si quid ibi deposueris, tolle, rationibus recte subductis.
Alius causam prætexat : sed Caïcus alienam
Pecuniam vel noctu volentibus numerat.

SYRINX.

[Neminis o conjux, e longinquo vero pugnantis mater,
Nutricis ejus-qui-patri-adversatus celerem peperisti actorem,
Non Cerasten, quem olim nutrivit ea quæ taurum patrem habuit:
Sed reliquisti eum cujus quondam torruit mentem ambitus scuti,
Cujus nomen totum geminum, qui variæ vocis amorem
Puellæ vocalis incendit inspirabilis.
Qui Pan Musæ canorum compegit violis coronatæ
Ulcus delectamentum amoris ignei.
Qui extinxit virtutem cognominem
Interfectoris avi, et a terra Tyria sustulit.
Cui Pani hunc peras-portantium amabilem
Thesaurum Paris posuit Simichidas
Animo. o calcator hominum,
Mulieris furor Lydæ,
Ex-fure-patre-nate, patre-carens,
O solidungule salve,
Suaviter canas
Voce-carenti puellæ
Pulcre-vocali
Invisibili.]

INDEX

IN THEOCRITUM.

EX EDITIONE THEOPH. KIESSLING.

A

Γ

Δ

E

Z

H

Λ

M

N

Π

P

Σ

T

Υ

Φ

LONDINI: EXCUDEBAT A. J. VALPY, A. M.

